

SZÉKELY OKLEVÉLTÁR.

KIADTA

A SZÉKELY TÖRTÉNELMI PÁLYADÍJ-ALAPRA
FELÜGYELŐ BIZOTTSÁG.

SZERKESZTETTE

SZABÓ KÁROLY.

**III. KÖTET.
1270–1571.**

KOLOZSVÁRTT.

NYOMATOTT FEJÉR VILMOSNÁL AZ EV. REF. KOLLEGIUM KÖNYV- ÉS KÖNYOMDÁJÁBAN.

1890

ELŐSZÓ.

A Székely Oklevéltár két első kötete, a magyar történelmi társulat kolozsvári bizottsága s annak buzgó elnöke néhai gr. Lázár Miklós költségén, 1872-ben és 1876-ban jelent meg.

Azóta folyvást nagy gonddal gyűjtöttem a székelység multjára vonatkozó okleveleket; átkutattam Brassó város e tekintetben igen gazdag levéltárát, a szász nemzet szebeni, Segesvár, Besztercze, Kolozsvár, M.-Vásárhely, Udvarhely és Kézdi-Vásárhely levéltárait, folytattam a kutatást az országos levéltárban s az abba kebelezett gyula-fehérvári káptalani, kolosmonostori conventi s erdélyi kincstári levéltárakban, valamint az Erdélyi Muzeum újabb gyarapodásában és a sepsi-szentgyörgyi Székely Muzeumban. Érdekes adatokat találtam a gr. Teleki család m.-vásárhelyi, a gr. Toldalagi-gr. Toroczkay, gr. Rhédey, gr. Lázár és az Al-csernátoni Domokos család levéltáraiban. Egyes okleveleket nyertem magánosok szives közléséből s találtam Felső-Magyarország távol levéltáraiban is.

Igy sikerült a jelen kötetet, mely 1270–1571-re terjed és így az első két kötet kiegészítésére szolgál, összeállítanom, s abban egy pár kivételével eddig teljesen ismeretlen okleveleket közlenem.

Ezen kötet kiadásának költségét a székely történelmi pályadíj-alapból az arra felügyelő bizottság fedezte, mely már csak nem egészen kész IV-dik kötet kiadását is elhátározta. Ezen utolsó kötetet azonban, melyben a székely-

II

ségre vonatkozó újabb kori oklevelek válogatva lesznek közölve, csak a jövő nyáron Udvarhely és Csik megyébe tervezett utazásom után szándékozom sajtó alá adni, és így a Székely Oklevéltárt befejezni s ezzel a székelyek megirandó történetének alapját megvetni.

Nem mulaszthatom el úgy a magán levéltárak birtokosainak, mint a közlevéltárak tisztviselőinek, kiknek részéről szives előzékenységet és támogatást tapasztaltam, ezennel hálás köszönetemet nyilvánítani.

Kolozsvártt, 1889. dec. 3-án.

Szabó Károly.

Toroczkai Ehellős, Ehellős fia, örökös várát Toroczkót, saját tulajdonjoga föntartása mellett, védelem végett átadja szomszédainak, az Aranyos melléki kézdi székelyeknek, mindaddig, míg az Aranyos mellett laknak. Év nélkül. (1257–1272 közt.)

Fragmenta libelli pergamenacei, quatuor scilicet folia in Sacristia Albensi inweni, quae wetustate obfuscata et semilacera rancidaque fuerant: ex quibus quae legere licuit, ne perirent, transcripsi. Inter quae fragmenta super Castro Toroczko sequuntur haec werbaliter:

Quod Nobilis Vir Comes Ehellews, filius Ehellews de Toroczko, nostram personaliter accedens praesentiam. Castrum suam haereditarium Toroczko, serwata et retenta sibi proprietate et jure dominii eiusdem Castri, de libera sua woluntate dedit, donawit et contulit vicinis suis **Siculis de Kézd**, et per eos eorundem successoribus **de juxta Aranyas**, donec ijdem Siculi wel eorum successores juxta ipsum fluwium Aranyas residentiam facient perpetuo possidendum: Ita ut si Tartarorum, wel alia aliqua potentia alterius cujuscunque Domino Regi insurgens in Regnum Hungariae intrawerit, wel ad faciendas wastationes wenerit, ijdem Siculi, wel ipsorum haeredes, donec juxta dictum fluwium Aranyas permanserint, ut praedixerunt¹⁾ causa defensionis capitem et liberorum suorum, nec non bonorum eorundem in dictum Castrum Toroczko, tanquam in proprium et haereditarium suum Castrum omni tempore et hora, guerrarum scilicet et pacis, cum omnibus bonis suis liberam habeant intrandi facultatem, et in eodem sicut in Castro suo permanendi; proprietate nihilominus ipsius Castri Toroczko cum pleno jure dominij semper praetacto Ehel-

¹⁾ A hiteles átiratban így áll; bizonyosnak tartom, hogy az eredetiben „ut predictum est” állott

lew (reliqua desunt, quatuor circiter wersus desunt).

A kolozsmonostori convent 1666-diki hiteles átiratából, mely megvan a **gr. Thoroczkai család levéltárában Kolozsvártt.** Ezen átirat készült a Báthori Zsigmond 1588,-diki Liber Regiusából, mely a zavaros időkben a gy.-fehérvári káptalanból elveszett s történetesen Papfalvi Havasali László Kolozs vármegyei főszolgabíró birtokába jutott, s melyet Tordai Szaniszló Albert, mint Toroczkai Péter özvegye Fekete Mária ügyvédje, a convent előtt eredetiben bemutatott. – Az a négy levélnyi elrongyolott pergamen töredék, melyről 1588-ban a káptalan conservatora a közlött részletet a Liber Regiusba átírta, ma a káptalan levéltárában nem található. – Ezen oklevéltöredéket, melynek eredetije kétségtelenül a gy.-fehérvári káptalan által volt kiállítva, Hilibi Gál László már 1832-ben közölte, **Nemzeti Társalkodó. 1832. 1. köt. 399–400. 1. s ő** utána közzé tettem én is **Székely Oktár I. köt 18–19. 1.** Minthogy azonban Gál László ezen töredéket lényeges kihagyásokkal tette közzé, szükségesnek láttam azt a conventi hiteles átirat után újra kiadni.

409.

V. István megparancsolja a telegdi (Udvarhely széki) székelyek közönségének, hogy Lőrinczet és fiát Lestyánt Szederjes és Szentkereszt nevü örökölt falvaikkal együtt, – kiket birtokaikkal az erdélyi vajdák hatósága alól fölmentett, – fogadják be magok közzé. Év nélkül. (1270–1272).

Stephanus dei gracia Rex Hungarie, significamus tenore presentium vniuersis tam presentibus quam futuris. Quod accedentes ad nostram presenciam Laurencius filius Hylyce et Levstachus, filius eiusdem, petierunt a nobis, vt ipsos ac possessiones eorundem hereditarias, quarum prima **Zederjes**¹⁾ vocata, super quam est constructa Ecclesia lapidea in honorem Marie virginis, altera vero possessio similiter hereditaria **Scentkerest** vocata²⁾, super quam est

¹⁾ **Szederjes** falu a régi Felső-Fejér vármegyében, Udvarhely szék szomszédságában.

²⁾ **Szent-Kereszt**, a mai **Szász-Keresztur**, németül **Kreutz**, Szederjestől délre másfél órára, a régi Szeben székhez tartozott területen, Udvarhely szék határszélétől egy mérföldre.

constructa Ecclesia lapidea in honorem sancte crucis, que possessiones sunt **in vicinitate Siculorum de Telegd**¹⁾ indistincta, sine meta perfrui et vti secundum legem et statutum omnium Siculorum de Telegd. Vnde nos inspectis seruicijs et fidelitatibus predictorum, scilicet Laurencij et Levstachij filij, eisdem concessimus et dohauimus diligenter, prout postularunt. Eapropter precipimus vobis **vniuersitati Siculorum de Telegd** firmiter per presentes, quatenus prescriptum Laurencium et filium eiusdem, ac suos heredes heredumque successores in vestram vniuersitatem fauorabiliter recipere velitis, et eosdem ab omnibus male facientibus defendere et protegere non tardetis, ita tamen vt prenominatos Laurencium et suos heredes cum possessionibus eorundem excepimus et excipimus ab omnibus Comitibus Waiuodarum, ita vt nullus Officialis alicuius Waiuode presumat, eos iudicare seu molestare.

IV. László király 1279-diki megerősítő leveléből. (Lásd: 410. sz.)

410.

IV. László átírja és megerősíti atyjának V. Istvánnak Lőrincz é fia Lestyán részére év n. (1270–1272) kelt levelét. Kelt 1279-ben

Ladislaus dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Galicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque Rex. Omnibus christifidelibus presentes literas inspecturis Salutem in omnium Salvatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod postquam intelleximus ex serie literarum domini Excellentissimi Regis Stephani patris Antecessoris nostri, Quod inspectis seruicijs et fidelitatibus Laurencij filij Helyce et Levstachij filij predicti Laurencij tantam gratiam condignauit, quod **ipsos ac possessiones eorundem ad legem et vniuersitatem Siculorum de Telegd frui seu permanere permisit**, et nos teneamur gratiam concessam predictorum cum literarum nostrarum munimine confirmare. Quarum literarum tenor talis est. **Stephanus**²⁾ **dei gracia Rex Hungarie** stb. (Lásd föntebb 409. szám alatt). Vt autem series huius cause perpetualiter et

¹⁾ A telegdi székek, Siculi de Telegd, földe a mai Udvarhely szék.

²⁾ A magyar akadémia eredeti példányában hibásan áll **Ladislaus**.

irreuocabiliter perseueret, presentes concessimus literas, duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Venerabilis viri Magistri Nicolai, Aule nostre Vicecancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo nono, Regni autem nostri anno septimo.

Eredetije pergamenen **Segesvár város levéltárában**. – Egy másik eredeti példány van a **M. Akadémia kéziratárában** is, a honnan ez oklevélét közölte Nagy Imre. **Hazai Okmánytár VI. köt. 243–244. l.**

411.

Toroczkai Illyés erdélyi alvajda örökölt birtoka a Torda vármegyei Gerebenes felét, melynek másik felét már elébb rokonainak, Andrásnak és Istvának, Halimbán fiainak, telegdi székelyeknek adta volt, elcseréli Gombuczi Jánossal, Heym fiával, annak hódvásári, ilerteleki, bikkesi részjószágaival és Gombucz nevü földével. Kelt 1303 jun. 3-án:

(C)Apitulum albensis ecclesie beati Mychaelis archangeli Transsiluane vniuersis christi fidelibus, presens scriptum inspecturis, salu-tem in omnium saluatore. Vt, gesta, que in tempore fiunt uarietate temporum non labantur, seu vacillent, ipsa gesta, prouida discrecio sapientum, sollersque inuestigacio virorum peritorum ad Cautelam patrociniio litterarum consueuit roborari. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium, quam futurorum, harum serie volumus peruenire. Quod nobili viro Ehelleo viceuoyuoda, Transsiluano, filio Ehellei de Thurusko, ab una parte, et Comite Johanne de Gumbuch filio Heym, ex altera, coram nobis personaliter constitutis, idem Ehelleus viceuoyuoda, et Comes Johannes, super possessionibus seu terris suis infranominatis, Confessi sunt, Concambium inter se huiusmodi celebrasse, quod dictus Ehelleus viceuoyuoda, quandam possessionem suam hereditariam medietatem videlicet totalis terre, et ville Gerebenus uocate, a parte occidentali, in Comitatu de Torda existentis, ipsum contingentem, cum omnibus vtilitatibus, in siluis, pratis, stagnis, piscinis, terris arabilibus, et alijs ad ipsam medietatem pertinentibus, dedisset, sine preiudicio iuris alieni et assignasset, Johanni Comiti memorato, perpetuo et irreuocabiliter in filios

filiorum possidendam pacifice et habendam. Cuius terre Gefebenus aliam medietalem a parte orientali, sicut idem Ehelleus viceuoyuoda retulit, primitus Cognatis et propinquis suis, **Aridree scilicet et Stephano filijs Halymban, sicut de Tylegd**, dedisset ratione proximitatis et donasset, dioto Stephano filio Halymban, pro se, et Andrea fratre suo coram nobis personaliter comparente, tanquam conmetaneo terre prenotate, et huiusmodi concambio consensum prebente atque annuente. Econuerso autem, in concambium et conmutacionem medietalis dicte terre Gerebehus Comes Johannes prelibalus, similiter sine preiudicio iuris alieni, dedisset et statuisset Ehelleo viceuoyuode prenotato, porcionem suam in terra Heuduasara uocata, et Ileerteluke, ac in terra Bykus ipsum contingentem, sicut dixit emptam eiusdem, sub metis et terminis prout idem tenuit et possedit, et terram Gumbuch, sub metis infrascriptis. Cuius terre Gumbuch mete sicut in pricribus litteris nostris priuilegialibus, super empcione ipsius terre emanatis vidimus contineri, taliter destinguuntur. Prima videlicet meta incipit a parte meridionali in vno berch, qui est inter terram Gumbuch, et terram Ana, ubi sunt due noue mete terre, et descendit iuxta siluam Gumbuch, et cadit iuxta eandem siluam ad rinum Gumbuch, in superiori parte possessionis Gumbuch infra siluam Gumbuch, et ibi sunt similiter due mete terre ex nouo erecte, et sic transeundo riuum memoratum, ascendit ad unum berch per binas metas et crebras prope siluam, et tendit ad unum kuzberch, exinde uergit uersus orientem per nouas metas, et perueniet ad indaginem Moko, abinde descendit per nouas metas, a parte solis, et cadit ad riuum Gumbuch, et ibi sunt due noue mete, et ex alia parte riui similiter due mete, deinde ascendit ad partem septentrionalem, et perueniet ad superiorem finem silue Ana, et ibi in uno berch sunt due mete noue de terra, et sic reuertitur per nouas metas ad primam metam Capitalem, Cum omnibus vtilitatibus ipsarum terrarum sicut in priuilegijs suis super Empcione dictarum terrarum emanatis continetur, eodem modo iure perpetuo in filios filiorum possendas et habendas, Petro Comite de forrou, et Lucachio filio Ladislai de sancto Johanne, pro se et Dominico fratre suo, personaliter coram nobis astantibus, sicut dixerunt commetaneis ipsarum terrarum, Commutacioni huiusmodi dictarum terrarum consensissent et assensum preberent, prout sunt confessi. Assumentes et obligan-

tes se mutuo idem viceuoyuoda, et Comes Johannes, ut quecumque parcium processu temporis super terris suis prenotatis per Concam-bium assignatis inpeteretur, vel in ius euocaretur, pars alia teneretur proprijs laboribus et expensis, partem inpeditam per omnia expedire, et in pacifica possessione dictarum terrarum indefesse conseruare. Vt igitur predictae Commutationes dictarum terrarum robur obtineant perpetue firmitatis, nec tractu temporis per quempiam possint retractari vei in irritum reuocari, ad perpetuam rei memoriam, ad petitionem parcium litteras nostras presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in quindenis Pentecostes. Anno domini Millesimo Trecentesimo Tercio. Stephano preposito, Cantoratu vacante, vincencio Custode, Nycolao Decano, ecclesie nostre existentibus.

Eredetije pergamenen, vörös és. sárga selyemzsinóron függő monyoró alakú ép pecséttel, a **gr. Thoroczkai család levéltárában Kolozsvártt.**

412.

A gyulafehérvári káptalan bizonyítja, hogy András, Udvar fia, kézdi székely, és fiai Fulkun és István, Torján és Rekettyásvölgyén lévő örökölt birtokukat, rokonaik megegyezésénél Jánosnak és Sándornak, Apor fiainak, és Egyednek, István fiának, 120 márkáért örökbe vallották. Kelt 1307. september 19-én.

(C)apitulum ecclesie beati Mychaelis archangeli Transsylvane. Vt gesta, que in tempore fiunt, varietate temporum non labantur seu uacillent, ipsa prouida discrecio sapientum sollersque inuestigacio virorum ad cautelam patrocimo literarum consueuerunt roborari. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie declaramus, quod **Andreas filius Vduor syculus de Kyzdy** et duo filij sui Fulkun et Stephanus pro se et pro filijs suis in nostri presenciam personaliter constituti confessi sunt oraculo viue uocis; quandam terram suam seu possessionem hereditariam **Thorya** et **Reketyasuelge** uocatam¹⁾ porcionem Ramacha ipsos contingentem

¹⁾ **Torja** ekkor Bálványos várához tartozó nemesi jószág volt Fejér vármegye területén, s nem tartozott a székely földhöz, hol a birtokba igtatást a szék tisztjei s nem a király és a káptalan vagy convent emberei teljesítették.

Johanni et Sander filijs Opor necnon Egidio filio Stephani ex permissione omnium cognatorum suorum cum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs iuxta ueteres metas et antiquas vendidisse et locasse pro centum et viginti marcis in filios filiorum inconcusse et pacifice sine preiudicio iuris alieni perpetualiter possidendam et habendam, hoc adiecto vt quicumque cosdem Johannem videlicet et Sander filios Opor necnon Egidium filium Stephani uel suos heredes heredumue suorum successores pro terra seu possessione memorata impeteret aliquo tempore seu in ius euocaret, ijdem Andreas et filij sui Fulkun et Stephanus memorati uel heredes eorundem in proprijs laboribus et expensis expedire tenerentur et ipsos Johannem et Sander necnon Egidium memoratos uel heredes suos in pacifica possessione indempniter conseruare. In cuius rei testimonium et robur perpetuum ad petitionem parcium nostras literas priuilegiales concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum tercia feria proxima post festum Exaltacionis sancte crucis, Gregorio preposito, Vincencio custode, Thoma cantore, Gregorio decano ecclesie nostre existentibus, anno domini M^o CCC^o sep(timo).

Eredetije hártján, függő pecsét nyomaival, a gyulafehérvári káptalan levéltárából **az országos levéltárban (Dl. 29661.)**

413.

Tamás esztergomi érsek bizonyítja, hogy Károly király a Magyarországnak és Ausztria határszélén fekvő Parendorfot, melyet hajdan székekelyek laktak, az ő jelenlétében adományozta az osztrák heiligenkreuzi cistercita monostornak. Kelt Bécsben. 1314. július 22-én:

Nos Thomas miseracione: diuina Archiepiscopus Strigoniensis eiusdemque loci Comes perpetuus, Significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem. Quod, cum Serenissimus dominus noster Karolus dei gracia Hungarie Rex illustris Religiosis viris et deo deuotis fratribus ordinis Cisterciensis in Monasterio sancte Crucis de Austria iugiter deo famulantibus, **quamdam possessionem in metis Hungarie et Austrie existentem Barandanbe¹⁾ vocatam, quam olim**

¹⁾ **Parendorf**, Moson vármegyében.

Siculi inhabitabant et colebant, cum omnibus vtilitatibus et perti-
nencijs coram nobis contulerit iure perpetuo et irreuocabiliter pos-
sidendam et habendam, sicut in literis eiusdem domini nostri Regis
plenius continetur, et abbas ac ceteri fratres dicti Cenobij nos petant
instanter, vt litteras nostras testimoniales super ipsa collacione per
ipsum dominum nostrum Regem eisdem facta concedere dignemur,
nos iuxta verbum organo dominice vocis emissum, quod uidimus
testamur; eorundem fratrum iustis petitionibus annuentes presentes
litteras nostras super premissa donacione ipsi Monasterio sancte
Crucis et abbati ac fratribus in eodem residentibus per ipsum do-
minum nostram Regem facta coram nobis, vt est dictum, sub ap-
pensione sigilli nostri autentici in huius rei testimonium ad vberiore
cautelam duximus concedendas. Datum Wyenne in festo sancte
Marie magdolne, Anno domini M^o CCC^o. Quarto Decimo.

Eredetije pergamenen, függő pecséttel, a **heiligenkreuzi cistercita apátság levéltárában**. – Innen közölve: **Fontes rerum Austriacarum.II. Abthl. Diplomataria et Acta XVI. Bd. 41–42. I.**

414.

A gyulafehérvári káptalan bizonyítja, hogy előtte egy részről Kilián, Salamon és István, más részről Simon, Mihály és János, Mihály fiai, Simján unokái telegdi székelyek és túsoni nemesek, összes szerzett birtokaikon úgy osztottak meg, hogy a telegdi székelyek közt fekvő birtokok legyenek Kiliáné, Salamoné és Istváné, a Kolos vármegyei Túson, Tomb, Móruczháza és Nagyakasztótelöki helységek pedig Simoné, Mihályé és Jánosé. Kelt 1325. jul. 11-én.

Capitulum ecclesie Transsiluane, omnibus christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in salutis largitore. Ne rerum gesta humanarum propter labilitatem temporum, simul dilabantur cum tempore, sed potius memorie valeant commendari, litterarum consueuerunt patrocínio stabiliri. Proinde ad vniuersorum noticiam, tam presencium quam futurorum, harum serie volumus peruenire. Quod constitutis coram nobis, Kyliano, Salamone, et Stephano, ab una parte, et Symone, Mychaele, et Johanne, filijs Mychaelis fili

Symiani **siculis de Tylegd**, el nobilibus de Tusun ex altera, confessi sunt oraculo uiue uocis, in omnibus possessionibus ipsorum inuenticis, seu empticis, videlicet, villis, Molendini, vineis, ac piscinis, et alijs eorundem possessionibus, talem inter se diuisionem celebrasse. quod possessiones ipsorum, scilicet, Molendina, vineas, ac piscinas, cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs, **inter siculos de Tylegd** existentes, Kyliano, Salamoni, et Stephano, fratribus suis, heredumque suorum successoribus, dedissent, seu commisissent, perpetuo possidendas et econuerso, alias possessiones ipsorum, videlicet Tusun, Tumb, Moruchhaza, et Nogakaztoteluki uocatas in Comitatu de Clus existentes, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, Symoni, Mychaeli, ac Johanni fratribus suis, in filios filiorum suorum predictis, perpetuo commisissent seu dedissent possidendas, et coram nobis, mutuo sibi dederunt, seu commiserunt, in filios filiorum suorum, heredumque suorum successoribus, iure perpetuo, et irreuocabiliter possidendas, tenendas, pacifice et habendas. tali condicione interiecta, quod si qua parcium predictarum uel heredes ipsarum processu temporum, ratione dictarum possessionum, per quempiam contigerit inquietari, extunc, quelibet ipsarum, ab inquietantibus, possessionem suam, secundum formam diuisionis ipsam contingentem, proprijs laboribus et expensis, expedire teneatur. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem litteras nostras concessimus, sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum feria quinta proxima ante festum beate Margarete virginis. Anno domini M. C. C. C. X. X. quinto. Nicolao preposito, Santo Cantore, Thoma Custode, et Paulo Archidyacono de Wgacha decano nostro existentibus.

Eredetije pergamenen, zöld és veres selyem zsinóron függő pecsétel, a gr. Teleki család levéltárában M.-Vásárhelyt. (7636. sz.)

415.

Tamás erd. vajda és szolnoki főispán megparancsolja János mesternek, Péter fiának, az ő Külső-Szolnok vármegyei ispánjának, vagy alispánjának Nagy Pálnak, hogy Székely Pálnak, Sándor jász. kapitány szolgájának, a tőle István kún által elvett vagyonáért azonnal szolgáltatson teljes elégtételt. Kelt Visegrádon év n. (1321–1342) apr. 25-én.

Nos Thomas Wayuoda Transsiluanus et Comes de Zonuk, tibi magistro Johanni filio Petri Comiti nostro de Zonuk exteriori, vel Paulo magno vices eusdem gerenti, damus firmiter in preceptis, quod tuox receptis presentibus de rebus **Pauli dicti Zekul seruiensis Sandrini Capitanei Jazinorum** per Stephanum Comanum ablatis, quem admodum idem Paulus ordine iuris contra eundem Stephanum Comanum in tui presencia exsequisset, vltiori dilacione aliquali non obstante omnimodam satisfaccionem congruam exhibeas saluis eiusdem Stephani Comani rebus, et condignam, et aliud nullatenus facere presumas, sicut nos grauiter offendere pertimescis. Datum in Wysegrad in festo beati Marci ewangeliste.

Eredetije pergamenen, a hátára nyomott kerek pecsét töredékeivel, az erd Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. I. köt.) – Cornides másolata után közölte 1326-ra Fejér, VII III. 170. i. és év n. VII. IV. 644. l.

416.

Dezső Szabolcs vármegyei alispán és négy szolgabirája bizonyítják, hogy előttök a székely nemzetből való János, Rezsöl fia, János királyi tárnok, Egyed egri káptalani ember, a székely nemzetből való székely Miklós comes és Márton nádori ember jelenlétében, Lengyel Jánost minden ellene folytatott keresete alól teljesen felmentette. Kelet nélkül (1326. apr. 30. előtt).

Nos magister deseu vice magistri Jacobi Comitis de zobolc et quatuor Judices de eodem. damus pro memoria quod constitutus coram nobis **Johannes filius ressul de genere Siculorum** presente

magistro Johanne Tauarnico aule domini regis¹⁾, egidio sacerdote homine capituli agriensis, **Comite nicolao, Siculo de genere Siculorum**, martino homine domini palatini, et professus est voluntate spontane nullo cogente nec coacte. vt Johannem dictum Lengel, in omnibus actibus et factis inter eos ventilatis, reddidit penitus et omnino expeditum, nec in processu temporum per quempiam. dictam causam. prefhatus (**így**) Johannes, in presencia cuiuscunque iudicis, debeat excitare.

Kivül: expeditoria pro Johanne dicto lengei contra Johannem filium ressul.

Eredetije hártján, zárlatán egy nagyobb s egy kisebb gyűrűs pecsét maradványaival, **a m. nemz. Muzeumban (a Kállay-levéltárban.)**

417.

I. Károly király megparancsolja Nagy-Semjéni Lászlónak és Mihálynak, hogy Péter székelynek, a ki János királyi tárnokot megölte, bárhol található javait foglalják le és adják át e levél előmutatójának, Beke királyi tárnoknak. Kelt Visegrádon 1326. apr. 30-án.

Karolus dei gracia Rex Hungarie, fidelibus suis vniversis nobilibus et possessionatis hominibus quibus presentes ostendentur, specialiter Ladislao et Michaeli filijs Michaelis de Nog Semijen, salutem et graciam. fidelitati vestre firmiter et districte precipiendo mandamus quatenus, vbicunque et apud quoscunque vestrorum vel in villis quorumcunque vestrorum Beke tauarnicus aule nostre exhibitor presencium res et bona **petri Siculi**, qui Johannem filium Nicolai tauarnicum aule nostre interfecit, posset reinuenire, easdem res et bona sibi statuere et assignare debeatis. et nichil de eisdem rebus occultare vel retinere presumatis. Datum in vjsegrad quarta feria proxima ante octauas beati Georgij martiris. anno domini M^o. CCC^o. XX^{mo} Sexto.

¹⁾ Minthogy itt János királyi tárnok mint tanu van említve, ki az 1326. april. 30-án kelt oklevél szerint már ekkor nem élt, bizonyos hogy ezen levélnek 1326. apr. 30-dika előtt kellett kelni.

Eredetije hártján, hátára vörös viaszba nyomott kis gyűrűs pecsét maradványaival, a m. nemz. Muzeumban, (a Kállay-levéltárban).

418.

László mester, székely és csanádi ispán. 1339

Comes ladislaus filius Tiburcij, seruiens **magistri ladislai Comitum siculorum et Chanadiensis**

Említve I. Károly Visegrádon 1339. május 25-én kelt adománylevelében, melyet a **gr. Toldalagi család radnótfáji levéltárából** közöltem. **Történelmi Tár. 1883. évf. 82 l.** – Ugyane szavakkal van említve I. Károly 1339. sept. 24-én kelt levelében is, melyet ugyanonnan közöltem. **U ott. 84. l.**

419.

László mester, székely és medgyesi ispán. 1340.

Ladizlaus crispus seruiens et officialis **magistri ladislai Comitum Siculorum de Medyes**

Említve I. Károly Visegrádon 1310. június 15-én kelt parancsában, melyet a **gr. Toldalagi család radnótfáji levéltárából** közöltem, **Történelmi Tár 1888. évf. 85 l.**

420.

Péter erdélyi alvajda megparancsolja a gy. fehérvári káptalannak, hogy Istvánt, Apor fiát, és Miklóst, János fiát, Apor unokáját, osztotassa meg Gergelylyel, Miklóssal és Jakabbal, Sándor fiaival, Péterrel János fiával. Lászlóval, István fiával, Pálos unokájával, s Jakabbal és Péterrel, Fejér István fiaival, az általok birt Peselnek és Szárazpatak helységeken. Kelt Szentimrén 1340. október 6-án.

Discretis viris et honestis honorabili capitulo ecclesie Transylvane amicis suis plurimum honorandis Petrus viceuoyuoda Transylvanus consuete amicie et honoris incrementum. Nouerit vestre discrecionis amicia, quod cum **Stephanus filius Apor**

et Nicolaus filius Johannis filij Apor Gregorium, Nicolaum et Jacobum filios Sandur, Petrum filium Johannis, Ladislaum filium Stephani filij Palus, Jacobum et Petrum filios Stephani dicti Feyer in facto diuisionis possessionum **Pesulnuk et Zarrazpatak**¹⁾ vocatarum ad nostram presenciam in causam legitime attraxissent, tandem ijdem filij Sandur et eorum proximi iamnotati cum eisdem Stephano filio Apor et Nicolao filio Johannis ipsam diuisionem possessionariam se velle facere coram nobis affirmarunt. Super quo discrecionis amicitiam presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, coram quo Stephanus filius Ladizlai homo noster ipsam diuisionem in predictis possessionibus Pusulnuk et Zarrazpatak vocatis iuxta regni consuetudinem celebrando facere teneatur. porcionem eorundem Stephani et Nicolai ipsis possidere perpetualiter relinquendo. Si qui autem de generatione eorundem Stephani filij Apor et Nicolai filij Johannis ipsam diuisionem acceptare non curauerint, contra eosdem ad nostram citet presenciam ad terminum competentem, et posthec seriem ipsius possessionarie diuisionis, vel si expedit, diem et locum citacionis, nomina citatorum et terminum assignatum nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Sancto Emerico in octauis festi beati Michaelis archangeli, anno domini Millesimo CCC^{mo} XL^{mo} nono.

Kivül: Discretis viris et honestis capitulo ecclesie Transsyluane amicis suis reuerendis pro Stephano filio Apor et Nicolao filio Johannis diuisonalis.

Eredetije papiron, zárlatán pecsét töredékeivel, a gy.-fehérvári káptalan levéltárából **az országos levéltárban (Dl. 29146 sz.)**

421.

A gy.-fehérvári káptalan jelenti Dénes erdélyi vajdának, hogy ítéletlevele értelmében Peselneki Lászlót, István fiát, úgy osztottatta meg Miklóssal, János fiával, Istvánnal, Apor fiával, a Sándor fiaival s

¹⁾ **Peselnek** és **Szárázpatak** helységei, a székely eredetű Aporok által birt Bálványos vár tartozandóságai bár egészen székely földdel vannak körülvéve, valamint ekkor úgy 1848-ig soha nem tartoztak a székely földhöz, hanem Fejérvármegye területéhez.

azok rokonaival a Peselnek és Kászon patakai közt fekvő földön és Bálványos vár felén, hogy három ötöd rész az Aporoké, két ötöd rész pedig a Peselneki Lászlóé legyen, s egyszersmind a két fél birtoka közt a határt is leírja. Kelt 1360. decz. 31-én.

Magnifico viro domino Dyonisyo woyuode Transsylv(ano) et comiti de Zonuk, amico ipsorum honorando capitulum ecclesie (Albensis Transsylvane para)tam amiciciam sincero cum honore. Noueritis, quod cum nos iuxta continenciam literarum vestrarum modum et for(mam) iudicarie vestre deliberacionis quodam modo exprimentium, quas (capite sigilli nostri) consignando vobis remisimus, iustis et iure consonis petitionibus vestris in eisdem literis nobis (a)mica-biliter porrectis annuentes, una cum Johanne de Aruap(atak homine vestro) in predictis literis vestris inserto pro Ladislao filio Stephani de Peselnuk nostrum hominem videlicet Michaellem chori ecclesie nostre clericum pro testimonio fidedignum ad di(uisi)onem terre) inter riuulos Peselnuk et Kazun vocatos habite et medietatis **castr** **Baluanus**¹⁾ vocati feria tertia proxima post octauas festi beati Andree apostoli nu(nc proxime preteriti) fieri debendam duxissemus transmittendum. Tandem ijdem homines vester et noster exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod (ipsi predict)a feria tertia proxima post festum beati Andree apostoli nunc preteriti ad faciem predictae terre inter prefatos riuulos Peselnuk et Kazun existentis. (vicinis et con)metaneis suis uniuersis legitime conuocatis, eandem per veteres et antiquas metas, per quas olym progenitores parcium in predictis literis (vestris nominatim) inserti diuisissent, in quinque partes rectas et equales diuisissent et sequestrassent; quarum tres partes rectas et equales cnm omnibus suis vtilitatibus (et vtilitatum inte)gritatibus, in facie predictae terre tribus diebus continuis moram faciendo, Nicolao filio Johannis, Stephano filio Apor et filijs Sandur ac alijs quibus de porcionibus Olec, Balas et Johannis filiorum A(po)r, duasque partes earundem quinque parcium similiter cum omnibus suis vtilitatibus et vtilita(tum integritatibus) pretacto Ladislao filio Stephani de Peselnuk racione porcionis Amenus et Palus statuissent et commisissent perpetuo possidendas nullo contra-

¹⁾ A székelv eredetű Apor család által birt Bálványos vára, a hozzá tartozó helységekkel együtt, Fejér vármegye területéhez tartozott.

d(ictore inibi) apparente. Mete autem inter predictas tres (par)tes et duas partes distingentes, prout dicti homines vester et (noster) nobis recitarunt, hoc ordine procedunt: prima m(eta incipit a) parte domus Stephani filij Johannis in vertice cuiusdam magni montis, vbi est vnum longum fossatum, infra versus meridiem se extendens, vbi eandem plagam descendit ad quendam riuulum tempore pluioso (így) currentem et in eodem per bonum spacium currendo exit ipsum riuulum versus unam viam transit ad vnum lapidem kwoltar vocatum, vbi vnam metam terream erex(issent); deinde ad partem occidentis currendo uadit ad ri(uulum) . . , dehinc in ipso riuulo ascendendo currit ad villam Peselnuk vocatum et ibi dicte mete terminantur; quequidem mete a parte septemtrionali pre(dictis duabus par)tibus seu porcionibus prefato Ladislao filio Stephani cesis, a plaga uero meridionali alijs tribus (partibus) predictis separant et distingunt. Datum in die (festi beati) Thome apostoli anno domini Millesimo CCC^{no} sexagesimo.

Kivül: Domino Dyonisio wouyuode Transsylvano pro Ladislao filio Stephani de Peselnuk super diuisione et statucione cuiusdam terre intraspecificate relatoria.

Eredetije szakadozott papiroson, hátán viasz pecsét nyomaival, a gy. fehérvári káptalan levéltárából **az orsz. levéltárban (Dl. 29157. sz.)**

422.

Péter erdélyi alvajda Kadocsnak, Apor fiának, és Lászlónak, István fiának, Apor unokájának, Peselneki László, István fia, Pálos unokája, ellen folyt perében végítéletet hozván, meghagyja a gyulafehérvári káptalannak, hogy miután Kadocs idő közben elhalt s joga rokonára Lászlóra, István fiára szállt, ezt igtassa be a Kézdi székelek földjén fekvő Peselnek helység felébe, a hatalmaskodásban elmarasztalt Peselneki László és fiai ellenmondását tekintetbe nem véve, más ellenmondókat pedig idézzen az ő törvényszéke elébe. Kelt Szentimrén 1364 mártius 21-én.

Discretis viris et honestis honorabili capitulo ecclesie Transsylvane dominis et amicis suis honorandis Petrus viceuayuoda Transsylvanus amicicium paratam debito cum honore. Vestre discrecio-

nis amicitie presencium serie declaramus, quod in octauis diei medie XL-me proxime preteritis iuxta continenciam literarum nostrarum citatoriarum Kadoch filius Apor in sua et Ladislai filij Stephani filij Apor de Vsdula fratris sui personis cum sufficienti procuratoria contra Ladislaum filium Stephani filij Palus de Pysulnuk formam possessionarie recaptiuationis et statucionis ac contradiccionis seriem in se declarantes in octauis diei Cynerum anno in presenti emanatarum ad nostram accedendo presenciam exhibuerat nobis easdem literas vestras, asserendo accionem et adquisicionem eiusdem in eisdem explicari, in quarum tenoribus inter cetera habebatur hoc modo, quod cum ijdem Kadoch et Ladislaus filius Stephani filij Apor accepto Paulo de Sard homine nostro et Andrea sacerdote de Monyoros per vos ad literatoriam amicabilem petitionem nostram in testimonio transmissis, quarta feria proxima ante Carnis priuij ad faciem **possessionis Pysulnuk vocate, in terra Kizdi syculorum habite**¹⁾ vicinis et conmetaneis eiusdem legitime conuocatis et presentibus accedendo, rectam medietatem eiusdem iuris ordine recaptiuando per eosdem nostrum et vestrum homines ipsis statui facere voluissent, extunc idem Ladislaus filius Stephani filij Palus huic possessionarie statucioni contradiccionis uelamine obuissset, quemquidem Ladislaum filium Stephani filij Palus eodem die et loco contra annotatos Kadoch et Ladislaum filium Stephani filij Apor ad predictas octauas diei medie XL-me tunc affuturas in nostram citassent presenciam racionem sue contradiccionis redditurum Cuius contradiccionis racionem idem Kadoch sua et ipsius Ladislai fratris sui in personis scire uolebat a Ladislao prenotato. Quo percepto Mychael filius Petri de Burd pro eodem Ladislao filio Stephani filij Palus cum sufficientibus literis vestris procuratorijs consurgendo responderat eomodo, quod ipse Ladislaus filius Stephani filij Palus in facto prescripte possessionis Pysulnuk instrumenta haberei efficacia,

¹⁾ Itt **Peselnék** a kézdi székelyek földén fekvő helységnek van írva, de hogy nem tartozott Kézdi székhez s nem birt a székely föld jogaival, bizonyos abból, hogy az erdélyi vajda hatósága alatt állott, s ott mint vármegyei területen a beigtatást a káptalan és vajda emberei hajtották végre, mi székely földön nem történhetett. Ezen helység a Bálványos várához tartozó többi helységekkel a Kézdi székelyek közzül származott s Siculi de Kyzdnek nevezett Apor család nemesi birtoka volt, s nem a székely ispán, hanem mint Fehér vármegyei terület az erd. vajda hatósága alá tartozott.

que in termino per nos assignando exhibere promptus esset. Vnde quia idem Kadoch pro se et Ladislao predicto fratre suo auctoritate procuratoria dictam medietatem ipsius possessionis Pysulnuk iure hereditario ipsis pertinere debere ac in dominio eiusdem perseuerasse, et de dicta medietate eiusdem possessionis Pysulnuk per eundem Ladislaum potencialiter se exclusos tuisse asserebat, predictusque procurator iamdicti Ladislai filij Stephani filij Palus instrumenta eiusdem ad nostram legitimam requisicionem non in predictis octavis diei medii XLe, sed in termino vlteriori per nos sibi assignando ipsum Ladislaum exhibere posse allegarat. Ideo nos vnacum regni nobilibus nobiscum in iudicio consedentibus decreueramus iudicantes isto modo, quod preassumptus Ladislaus filius Stephani filij Palus in octauis festi beati Georgij martiris tunc proxime yenturis vniuersa sua instrumenta, si qua in facto predictae possessionis Pysulnuk vocate haberet, coram nobis exhibere teneatur, quibus visis iudicium et iusticiam facere ualeremus lege regni obseruata. Ipsis itaque octauis festi beati Georgii martiris occurrentibus, predictis partibus coram nobis personaliter comparentibus, prefatus Ladislaus filius Stephani filij Palus eosdem Kadoch et Ladislaum filium Stephani filij Apor de ipsa medietate prescripte possessionis Pysulnuk se expulisse non negabat et . . . pro se occupasse modo pretacto affirmabat; de qua in termino vlteriori per nos dando racionem efficacem cum alijs instrumentis et literarum suarum munimentis exhibere assumebat, ad quarum exhibicionem nos eidem octauas festi Natiuitatis beati Iohannis Baptiste tunc proxime venturas cum grauamine regni consueto assignaueramus. Tandem ipsis octauis festi Natiuitatis beati Iohannis Baptiste aduenientibus, ipsam causam pro exhibendis ipsis instrumentis in specialem presenciam magnifici viri domini Dionisij woyuode Transsylvani et comitis de Zonuk domini nostri ad feriam secundam videlicet festum Diuisionis Apostolorum tunc venturum duxeramus prorogandam; nempe ab eodem testo Diuisionis Apostolorum ad petitionem parcium ad octauas festi beati Martini confessoris tunc proxime venturas finaliter determinanda extiterat prorogata. Demum eisdem octauis festi beati Martini confessoris aduenientibus prefato Ladislao filio Stephani filij Palus ad exhibenda dicta instrumenta uel racionem efficacem non veniente nec mittente, idem uero Ladislaus filius Stephani filij Apor de Vsdula,

cui medio tempore predicto Kadoch domino uolente ab hac luce decesso vniuersa possessionaria iura ratione fraternitatis successerunt, ad nostram accedendo presenciam quasdas literas nostras priuilegiales tempore honoris wayuodatus condam Stephani woywode felicis recordacionis in festo beati Thome apostoli sub anno domini Millesimo CCC^{mo} XLV^{mo} nono emanatas nostro iudiciario conspectui presenta(uit), in quarum tenoribus inter cetera conperimus haberi manifeste, quod licet Stephanus filius Apor rectam quintam partem possessionum Zarrazpatak et Pysulnuk vocatarum ordine iudiciario coram nobis exequendo a Stephano, Nicolao, Demetrio et Petro filijs Johannis filij Apor, Ladislao filio Stephani filij Palus, Gregorio, Nicolao et Jacobo filijs Sandur, item a Jacobo et Petro filijs Stephani filij Egidij optinisset et eadem quinta pars possessionum predictarum mediante homine nostro ad hoc specialiter destinato et testimonio hominis vestri eidem Stephano filio Apor moderamine iuris obseruato statuta extitisset tandem idem Stephanus filius Apor velut actor ab vna, item Nicolaus, Demetrius et Petrus filij ipsius Johannis filij Apor pro se personaliter, pro predicto autem Stephano fratre ipsorum idem Demetrius cum procuratorijs literis vestris conparuisset, et Ladislaus filius Stephani filij Palus similiter personaliter, pro Gregorio autem, Nicolao et Jacobo filijs ipsius Sandur Bozoch seruiens ipsorum similiter cum procuratorijs literis vestris astitisset et pro Jacobo ac Petro filijs Stephani filij Egidij fratribus ipsorum ut dixissent in etate tenera constitutis parte ab altera coram nobis personaliter conparentes, propter bonum pacis et concordie vnionem et vt omnis rancor inuidie de medio ipsorum excluderetur, talem inter se diuisionem perpetuam in predictis possessionibus vnanimi eorum voluntate fecisse et ordinasse oraculo viue vocis retulissent et fecissent coram nobis: quod de quadam ara in honore beate Elizabeth inter predictas possessiones Zarrazpatak et Pysulnuk vocatas antiquitus lapidibus constructa incipiendo super uiam, que uersus septemtrionem ad magnam siluam procederet et ad magnum montem Kuzberch vocatum, et ab eadem ara uersus plagam orientis ad fluuium Kazun vocatum distingendo eundem fluuium et predictum montem Kuzberch nominatum pro meta eorum ordinantes, predicta possessio Pysulnuk cum vno loco molendini condam Palus super fluuio Kazun existenti et sexta parte **castr**

Baluanus uocati cessisset in porcionem Stephani et Kadoch filiorum Apor ac Ladislai filij Stephani filij Palus prenotatorum. Quarum literarum exhibicionibus factis et perlectis continencijs earundem idem Ladislaus filius Stephani filij Apor medelam iusticie precabatur elargiri. Verum quia idem Ladislaus filius Stephani filij Palus eosdem Kadoch et Ladislaum filium Stephani filij Apor de ipsa medietate possessionis Pysulnuk oretenus exclusisse ac instrumenta literalia eidem de termino ad terminum per nos iuxta suum assumptum exhibere debere dilatatum fuisse, nec eciam ad octauas beati Martini confessoris predictas ad exhibendum dicta instrumenta et rationem efficacem venire uel mittere curauit, verum eciam quia tenoribus predictarum literarum priuilegialium ipsa possessio Pysulnuk cum alijs ad ipsam pertinentibus in diuisionem eorundem Stephani et Kadoch filiorum Apor et ipsius Ladislai filij Stephani filij Palus cessisse adinueniebatur, et cum nos vniciuique in suo iure deesse nolentes sed prodesse cupientes iusticia suadente, ideo nos vnacum regni nobilibus nobiscum iudiciario pro tribunali consedentibus, predictam medietatem ipsius possessionis Pysulnuk cum omnibus ad se pertinentibus prout in eisdem literis priuilegialibus continetur, eidem Ladislao filio Stephani filij Apor perpetuo adiudicauimus possidendam, prefatum uero Ladislaum filium Stephani filij Palus contra eundem Ladislaum filium Stephani filij Apor in facto potencie decreuimus remansisse Vnde cum ad dictam statucionem faciendam homo noster sub vestri hominis testimonio de necessario transmitti debeat, igitur vestram petimus amicciam diligenter per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Martinus de Cheged homo noster specialiter ad hoc per nos transmissus ad faciem predictae possessionis Pysulnuk vicinis et conmetaneis eiusdem vniuersis inibi conuocatis et presentibus accedendo dictam medietatem eiusdem possessionis Pysulnuk cum omnibus ad eandem spectantibus eidem Ladislao filio Stephani filij Apor statuatur, perpetue possidendam contradiccione ipsius Ladislai filij Stephani filij Palus ae filiorum eiusdem non obstante. Si uero alij contradictores existerent, contra prefatum Ladislaum filium Stephani filij Apor citet eosdem in nostram presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis ipsorum reddituros Et posthec seriem omnium premissorum prout fuerit oportunum nobis in vestris literis ad octanas

festi Epiphaniarum domini nunc venturas vestri gracia amicabiliter rescribatis. Datum in Sancto Emerico octauo die termini prenotati anno domini Millesimo CCC^{mo} LX^o quarto.

Kivül: Discretis viris et honestis honorabili capitulo ecclesie Transsylvane dominis et amicis suis honorandis pro Ladislao filio Stephani filij Apor statutoria.

Eredetije papiroson, zárlatán pecsét nyomaival, a gy.-fehérvári káptalan levéltárából **az országos levéltárban. (Dl. 29147.)**

423.

Miklós, néhai István vajda fia, székely ispán. 1366. jun. 20.

Nicolao filio quondam Stephani voyuode **Siculorum nostrorum**, et Zathmariensi, Maramorosieni et de wgacha **Comite**.

I. Lajos király 1366. június 20-dikán kelt kiváltságlevelének záradékából, **a szász nemzeti levéltárban (I. 18.)**

424.

Zsigmond király megparancsolja Sepszi széknek, hogy Miklósvár helységét, melynek Stibor egykori vajda adott szabadságot, hogy a többi székek módjára törvényszéket tarthasson, ezen szabadságában ezen ügy bővebb megvizsgálásáig ne háborgassa. Kelt a morvaországi Kostély mezőváros alatti táborban 1404. július 28-án

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Vicarius generalis ac Regni Bohemie Subordinator. Fidelibus suis vniuersis et **singulis Siculis nostris ad Sedem Sebes** spectantibus et pertinentibus, Salutem et gratiam. Ad nostre Maiestatis veniens conspectum fidelis noster **Petrus dictus Konin Siculus noster predictae Sedis de Sebes** nobis significare curauit, quomodo alias vir Magnificus Stiboricz tunc Waijwoda noster Transsylvaniensis¹⁾ ad supplicationem proudorum

¹⁾ Stibor két ízben volt erdélyi vajda, 1385-től 1390-ig, és 1411-től 1415-ig. **A tunc Waywoda** kifejezésből bizonyos, hogy Miklósvár részére első izbeli vajdasága alatt adott szabadalmat külön szék tartására.

virorum Judicis, Consulium et Seniorum possessionis seu ville **Mikloswara** vocate, agnoscens exinde communis boni profectum, et reipublice vtilitatem, annuisset et indulisset seriose, vigore suarum litterarum, quod ipsi in dicta villa Mikloswara ad instar ceterarum Sedium parcium illarum Sedem Judiciariam habere ac celebrare, ac causas, lites et questiones quascunque Judiciarias sentenciarum more definire et decidere Juridicis temporibus debitis et opportunis valerent atque possent, Quam nunc vos, ignoratur qua de re, de predicto loco remouere niteremini et velletis. Nosque nolentes dictam Sedem absque deliberacione saniori de predicto loco per quempiam demoueri. fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus predictam Sedem Judiciariam, statu in eodem, in quo nunc existit, in predicto loco vsque aduentum fidelium nostrorum virorum Magistrorum Johannis filij Henrici de Tamasij et Jacobi filij Laczk de Zantho Waywodarum nostrorum, et **Johannis de Harazth atque Ladislai de Monostor Comitum Siculorum nostrorum**, sinatis et relinquantis, permittentes ultraquoque in eodem more hucusque solito et consueto moderatiuum Judicium et Justiciam exhibere et recipere, prout ordo Juris. Nam commisimus eisdem Waywodis nostris et Comitibus Siculorum nostrorum, vt ipsi in huiusmodi eorum aduentu, vncum Incolis et Siculis nostris ad Sedes Chijk, Vdwarhely et Maros spectantibus, matura deliberacione prehabita, in facie predictae Sedis Judicium faciant, disponant et ordinent id, quod Juri videbitur conueniens et opportunum. Datum in descensu nostro campestri terre Morauię nostre prope oppidum Costely feria secunda proxima post festum beati Jacobi Apostoli, Anno domini Millesimo Quadringentesimo quarto.

Ezen levelet átirta 1459-ben Vingárti Geréb János erdélyi főkapitány, s ezen átiratot ismét átirta és megerősítette 1610-ben Báthori Gábor erd. fejedelem, mely utóbbi átirat eredetiben megvan a **gyula-fejérvári káptalan levéltárában**. – Báthori Gábor 1610-diki átiratának a gy.-fejérvári káptalan által 1769-ben kiadott hiteles átirata megvan az **erd. Muzeumban (Jos. Kom. Kemény, Codex Diplom. Transumtorum Tom. XIII.)** Töredékét közöltem Székely Oklt. I. köt, 97. l.

425.

Zsigmond király Krisztianus kolozsvári plebanus és Mun Miklós kolozsvári polgár kérelmére, kik előadták, hogy városuk és kerülete a közelebbi, országos zavarok idejében a székelyek dúlása és égetése miatt csaknem végromlásra jutott, a Kolozsvártt és kerületében lakó százokat minden szabadalmaikban, különösen pedig az I. Lajos királytól nyert összes kiváltságaikban megerősíti. Kelt a Kostel alatti táborban 1404. jul. 30-án.

Commissio propria domini Regis.

Nos Sigismundus Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Marchio Brandenburgensis etc Sacri Romani Imperij generalis Vicarius, et Regni Bohemie gubernator Memorie commendamus significantes tenore presencium quibus expedit vniuersis Quod venientes nostri in conspectum culminis, honorabilis et prouidi viri, dominus Cristannus plebanus. in Coloswar, et Nicolaus dictus Mun, cuius eiusdem Ciuitatis nostre Coloswar, proposuerunt nobis, eorum et tocius Communitatis de dicta Coloswar et eius districtu nominibus, quomodo **temporibus proximi disturbij Regni nostri, dum certi Siculi nostri partes nostras transilvanas invasissent**, propter constanciam perfecte fidelitatis eorum et nostro sacro dyademati semper inconcusse obseruatam, ad extreme desolacionis exterminium tum concremaciones, tum etenim per alias desoluciones et proximorum eorum interempciones et spolia deuenissent Itaque nisi nostra desuper graciose prouiderit maiestas, timendum foret, ipsam Communitatem Ciuitatis et districtus Coloswar, absque alicuius recuperacionis vela mine, destrui posse funditus et desolari. Vnde nostre humiliter supplicarunt maiestati, ipsis, nominibus quibus supra, dignitate regia desuper benignius prouideri. Nos autem consideratis multimodis fidelitatibus et fidelium seruiciorum eorundem gratuitis meritis, quos intrepidus et inconcussos semper in nostris reperimus obsequijs, presertim propter intollerabilia dampna ipsis predictis temporibus disturbij illata et irrogata pie compacientes Nolentesque ut communitas ipsius Ciuitatis et districtus eiusdem ad extraneam desolacionis deueniat paupertatem, Sed ut potius nostris fauoribus et gracijs vberius et salubrius reformatur, Ipsos in vniuersis et singulis ipsorum

libertatibus gracijs et indultis generalibus et specialibus, quibus tempore felicis recordacionis domini Ludouici Regis Hungarie soceri et predecessoris nostri carissimi, et aliorum regum Hungarie nostrorum predecessorum treti fuerunt quomodolibet et gauisi, in omnibus et per omnia prout in priuilegijs et alijs literalibus eorum instrumentis continetur, quas gratas ratas et acceptas habemus, et presentis nostri scripti patrocinio corroboramus, volumus illesos et sine dampno aliquali perpetue conseruare, nec ipsos per quempiam, cuiuscunque status dignitatis et preeminencie fuerit, contra eorum libertatem quomodolibet perturbari, Harum nostrarum testimonio et vigore literarum. Mandamus igitur vobis, fidelibus nostris viris Magnificis Johanni filio Henrici et Jacobo Laczk Wayuodis parcium nostrarum transsiluanarum predictarum, necnon Comitibus Siculorum nostrorum vestrorumque viceWayuodis et viceComitibus cunctisque alijs officialibus nostris, presentibus scilicet et futuris presencium noticiam habituris, harum serie firmiter et districte, Qautenus prefatos vniuersos saxones nostros de koloswar et eius districtu, in predictis eorum libertatibus prerogatiuis et gracijs, prout predicta eorum sonant priuilegia et literalia instrumenta protegere conseruare manutenere et tueri debeatis, nec ipsos audeatis contra easdem quomodolibet perturbare, pro ut nostram grauissimam indignacionem cupimus (igy) euitare. Presentes eciam, dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri priuilegij redigi faciemus. Datum in descensu nostro Campestri, sub Costal feria quarta post testum beati Jacobi Apostoli, Anno domini Millesimo Quadringentesimo quarto.

(P. H.)

Eredetije pergamenen **Kolosvár város levéltárában.** – Kiadta Jakab Elek **Kolosvár tört. Oklevéltár. I. köt. 116. 1.**

426.

A gy.-fehérvári káptalan bizonyítja, hogy a Tordára martius 1-re hirdetett országgyűlésen Somkerek János és Antal, valamint rokonai, Tuzsoni Istvánnal Semjén fiával, a Kolos és Torda vármegyei s Maros széki jószágokért köztök folyt perben a Maros széki főtisztek és főemberek közbenjárására egymással kiegyeztek, s a vármegyei

és székelyföldi jószágokat egymás közt egyenlően fölosztották. Kelt 1408. ápr. 9-én.

Capitulum Ecclesie Transsiluane, Omnibus christifidelibus tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore, Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod cum nos pro prosequendis et expediendis factis negocijs, ac Causis Ecclesie nostre, et nostris, ad Congregationem generalem virorum Magnificorum, dominorum Jacobi Iachk, et Johannis Henrici wojjuadarum Transsiluanorum et Comitum de Zolnuk, presente viro Magnifico, domino Pijpone, de Ozora, Regie Maiestatis Hungarie Supremo Tesauro, ac Themesijensi et Camararum Saliu Regalium Comite, homine Regio, ad hec specialiter transmissio, nuper secundo die diei Cijnerum, Torde celebratam, Honorabiles viros, dominos Georgium lepes prepositum et Mychaelem, Custodem ecclesie nostre, ac Iadislauum, de kykellew, Nicolaum de Ozd, Blasium Siculum de Wgucha, decanum, Archydiaconos, et Johannem Wolah dictum, socios et concanonicos nostros duxissemus destinandos, Tandem, exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod Johanne et Anthonio filijs Nicolai de Somkerek, pro se, ac Iadislao Archydiacono de Zolnuk et Nicolao filijs, ac Elena filia magistri Petri de Strigh, pridem vicewoyuode, ex domina katherina carnali sorore eorundem Johannis et Anthonij progenitis, quorum onera et grauamina, si in infrascriptis non persisterent, in se assumptendo, ab vna parte, ab alia vero Stephano, filio Semijenij de Twzon, pro domina Margaretha, consorte sua, filia scilicet condam Stephani filij Gerew, cuius onus et grauamen similiter in se assumpsisset, si in infrascriptis non persisterent, coram ipsis ibidem personaliter constitutis, confessum extitit per eosdem concorditer, pariter et relatum, quod licet, super porcionibus possessionarijs, Aui eorundem Johannis et Anthonij, ex parte matris, prefate vero Margarethe ex parte patris, in possessionibus Mehes, Gerebenes, Welkeer, Nijulas, Neema, et Zenthmarton, in Comitibus de Clus et de Torda habitis, ac hereditatibus, videlicet Terris, fenetis, Siluis, Nemoribus, locis Molendinorum, Curijs domibus et sessionibus **in terra Sicularum in sede Maros**, et alias vbilibet habitis, que condam predictorum Gerew et Iadislai filij eiusdem fuissent, more et consuetu-

dine Sicularum ad ipsos jure successorio deuolutis, inter ipsos litis et questionis materia mota fuisset, et diu ventillata, Tamen pro compositione et ordinacione multorum proborum nobilium virorum et Sicularum, **Blasij filij Valentini de Gijulakwtha, maioris exercitus sedis Maros, Jacobi filij ladislai de Zenthgyurgh principal s Judicis,** ac Seniorum Sandri de kysdi, ac Symonis et Nicolai filiorum eiusdem, Nicolai dicti Balagar, Jacobi filij Alardij, et Benedicti Bijchak dicti, Mathie filij Thome, Megyes filij Erdew, Stephani filij Emerici, et Valentini filij ladislai, ad talem pacis et concordie sentencialiter et Judicialiter deuenissent vnionem, quod ijdem Johannes et Anthonius filij Nicolai, ac ladislaus Nicolaus filij, et Elena filia prefati magistri Petri, pecuniam ipsorum videlicet Quingentos et Sexaginta sex florenos, pro quibus predictas porciones possessionarias ab impignoracione olym temporibus condam dominorum ladislai et frank woyuodarum Transsiluanorum, pro birsagijs impignoratas redemissent, ac labores et expensas, quos et quas in processu premissae litis fecissent, videlicet vt allegassent, Mille florenos, eidem domine Margarethe, consorti predicti Stephani filij Semyen pure et simpliciter relaxassent, ac omnes premissas porciones possessionarias et **hereditates in terra Sicularum habitas,** ad ipsos, vt prefertur, communiter deuolutas, in duas partes rectas et equales diuisissent, Quarum parcium vnam rectam et equalem, prefatis Johanni et Anthonio filijs Nicolai ac ladislao Nicolao et Elene, filijs et filie prefati Magistri Petri, Aliam vero partem similiter rectam et equalem prenominate domine Margarethe, eorumque heredibus, ijdem Judices et arbitri communes, sentencionaliter Judicassent, commisissent et assignassent, perpetuo possidendam, Tali obligamine et pena mediante, quod si temporis in processu aliqua parcium premissam Judiciariam compositionem et ordinacionem, ac ordinatiuam diuisionem in parte, vel in toto, infringere et retractare voluerit, extunc alieri parti, compositionem et diuisionem sustinenti, in Centum marcis fini argenti Budensis ponderis. Judici vero in decem marcis, eisdem ponderis, ante litis ingressum deponendis conuincatur eo facto. Ad que omnia et singula premissorum partes se spontanea obligassent voluntate. Datum feria Tercia proxima post dominicam Ramispalmarum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octauo, Honorabilibus et discretis viris, dominis, Georgio lepes preposito,

Johanne Cantore, Mychaele Cust de, ac Blasio Siculo Archydiacono de Wgucha, decano, Canonicis nostre ecclesie existentibus.

Eredetije hártján, veres selyem zsinórról függött pecsétje hijával, a gr. Teleki család m.-vásárhelyi levéltárában (7391. sz.).

427.

Zsigmond király megparancsolja a Maros széki székelyeknek, hogy a Somkerei Antal által birt Sáromberkéhez és Gernyeszeghez tartozó Ebes nevű szántóföldeket és erdőket, melyeket, jöllehet Andrásfalvi Balázs egykori főhadnagyuk, vallomása szerint, neki visszabocsátott, mégis folyvást erőhatalommal bitorolnak, azonnal bocsássák vissza a törvényes birtokosnak. Kelt Visegrádon, 1409. ápr. 8-án.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij vicarius generalis et Regni Bohemie gubernator, fidelibus suis **vniuersis et singulis Siculis nostris sedis Marusiensis** parcium nostrarum Transilaanarum Salutem et graciam Ex continencijs literarum nostrarum per fidelem nostrum dilectum, Anthonium de Somkerek coram nobis specietenus productarum luculenter conspeximus, Quod licet **Blasius filius Valentini de Andreasfalua alias maier exercitus seu primipilus vester**¹⁾ coram nobis Id fassus fuerit, vt ipse quasdam particulas terrarum arabilium et Siluarum **Ebes** vocatas ad possessiones suas Sarumbereg et Gernijzeg vocatas alias per nostram maiestatem sibi perpetuo datas spectantes, quas alias occupassetis, eidem remiserit et restatuerit Anthonio prenotato Tamen vos easdem sibi remittere et resignare non curassetis, sed eisdem vteremini de presenti potencia vestra mediante, In suum preiudicium et derogamen Jurium suorum multum ingens, Super quo fidelitati vestre firmissimo nostro damas sub edicto omnino volentes, quatenus, mox habitis presentibus, prescriptas terras arabiles et Siluas ad dictas possessiones Sarumbereg

¹⁾ Itt a **hadnagy** hivatalnév latinul **maior exercitus**-nak, vagy **primi pilus**-nak van fordítva ; később **primipilus** csak **lófő**-t jelent.

et Gernezeg pertinentes eidem Anthonio remittere-et resignare deheatis, ab vltiorique vtensione earundem vos per omnia retrahentes Aliud nullomodo facere presumatis, Alioquin conmisimus et serie presencium districte committimus fideli nostro viro **Magnifico Michaeli filio Salomonis de Nadasd Comiti Siculorum nostrorum** vt ipse vos ad premissa facienda cum vestris grauaminibus et dampnis inconpassibiliter conpellat et astringat, Auctoritate nostra regia presentibus eidem in hac parte attributa mediante, Presentes enim perlectas reddi iubemus presentanti, Datum in Wissegrad in festo Beati Dionisij martiris, Anno domini M CCCC Non^co^{mo}.

(P. H.)

Eredetije papiroson a gr. Teleki család m.-vásárhelyi levéltárában (5088. sz.)

428.

Zsigmond király bizonyítja, hogy előtte Andrásfalvi Balázs Maros széki egykori főhadnagy azt vallotta, hogy a Maros széki székelyek a Sáromberkéhez és Gernyeszeghez bírt Ebes nevű szántóföldeket és erdőrészeket, melyeket egy ideig elfoglalva tartottak, Somkerekai Antal és János testvéreknek visszabocsátották, s őket azok birtokába a székely szokás szerint a szék birája jelenlétében ő igtatta be. Kelt Budán 1409. apr. 10-én.

Nos Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij vicarius generalis, et Regni Bohemie gubernator, Memorie commendamus per presentes Quod **Blasius filius Valentini de Audreasfalua pridem maior exercituancium¹⁾ seu primipilus Siculorum Sedis Marusiensis parcium nostrarum Transsiluanarum**, ad nostram veniendo presenciam per eundem viuauoce sponte confessum exlitit in hunc modum, Quod licet alias **vniuersitas dictorum Siculorum predicto Sedis Marusiensis** quasdam parficulas terrarum arabilium ac Siluarum Ebes vocatas ad possessiones Sarumbereg et Gernyzeg vocatas, dudum pro meritorijs fidelibus seruicijs fidelis nostri dilecti Anthonij

¹⁾ A másik eredeti pecsétes példányban **pridem vexillifer** áll

filij Nicolaj de Somkerek eidem et per eum Johanni fratri suo de eadem per nos perpetuo datas spectantes ab eisdem minusiuste sequestrando et pro seipsis occupando aliquamdiu easdem occupatiue erga manus ipsorum conseruauerint, Tamen quia tandem iidem Siculi memoratos Anthonium et Johannem ad easdem terras arabiles et Siluas plenum et efficax Jus habere reperissent et agnouissent Ideo ipsi Siculi easdem dictis Anthonio et Johanni Jure ipsis incumbenti versauice remisissent et resignassent In quarumquidem dominium lege et consuetudine dictorum Sicularum requirente ipse scilicet Blasius presente Judice terrestri eosdem introduxisset et ipsis easdem nullo contradictore protunc apparente restatuissent, Incuiusquidem fassionis testimonium presentes concessimus eisdem Johanni et Anthonio¹⁾ ad Juris ipsorum cautelam vberiore literas Sigilli nostri impressione munimine roboratas, Datum Bude feria quarta proxima post festum pasce domini Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Nono.

(P. H)

Eredetije pergamenen a gr. Teleki család m.-vásárhelyi levéltárában (5087. sz.) – Ugyanott ugyanazon szám alatt van egy másik eredeti pécsi példány is papírosan.

429.

Nádasi Mihály székely ispán bizonyítja, hogy a Maros széki székelyeknek Vásárhely városában tartott közgyűlésén, Madarasi Barabás és Jakab, a nyárádtői és lukafalvi székely örökségek iránt Szengyel Tamás ellen és Sólyom Mátyás fiai Pál és Balázs ellen folytatott perben barátságosan kiegyeztek, s a peres örökségeket egymás közt egyenlően megosztották. Kelt Vásárhelyen, 1409. decz. 10-én.

Nos **Michael filius Salomonis de Nadas Trium generum Sicularum Comes**, Memorie commendamus, Quod **In congregacione nostra generali Vniuersitati Sicularum Sedis Maros** vnacum **Michaele filio Ponija Primipulo, Emerico filio Pauli de Zenthanna Judice terrestri**, feria quarta proxima post festum beati Martini confessoris **In ciuitate**

¹⁾A másik hiteles példányban: Anthonio et Johanni áll.

Vasarhel celebrata **Stephanus filius Semien de Zenkeral**¹⁾ tanquam verissimus procurator Barnabe et Jacobi filiorum Ladislai filij Emericij de Madaras a nobili domina vrsula vocata filia videlicet Johannis filii Petri filii condam Arnoldi pocreatis (igy), eosdem Barnabam et Jacobum penes se habendo, Inpersonis eorundem demedio aliorum exurgendo, contra Thomam dictum Zengel. Paulum et Blasium, filios Mathie dicti Solijom proposuit eo modo, quod reclas et equales medietates partes vniuersarum hereditatam et bonorum omnium videlicet In villis **Nyaragteu** et **lucaffalva** existencium videlicet domorum locorum Sessionalium Molendinorum, quarumlibet etiam vtilitatum ad easdem hereditates pertinencium, eosdem Barnabam et Jacobum per prefatum Petrum filium Arnoldi auitico Jure Integraliter concernencium, potencialiter occupassent, occupatisque in dominium earundem condescendo (igy) vterentur de presenti, cum tamen Genitricis eiusdem Thome Pauli et Blasi per prefatum Petrum filium Arnoldi tunc de paternis bonis nuptui tradite fuissent, Et Ideo Iphis Inpredictis hereditatibus nulla porcio deberet prouenire, Cuius occupacionis et condescensionis hereditatum prefatus procurator rationem scire velle asserebat Justicia mediante. Quibus perceptis prefatus Thomas de Zengel prose personaliter annotatosque Paulum et Blasium penes habendo Inpersonis eorundem modo procuratorio respondit exaduerso, quod hoc verum foret, quod Ipsi rectas et equales medietates partes predictarum hereditatum, quarumlibet, possiderent et vlerentur Sed non potencialiter Jmo legitime, quia Ipsi similiter nepotes prefati Arnoldi anthiqui essent, a filiabus annotati Petri filii Arnoldi propagati, matresque Ipsorum tunc de paternis bonis nuptui tradite non fuissent, et dictas medietates predictarum hereditatum tempore Judicatus Jacobi filii ladislai de Zengergh legitime ab eisdem Barnaba et Jacobo optinuissent Insuper pro indebita occupacione et detencione vsuum fructuum et quarumlibet vtilitatum porcionum ipsarum percepcione super eosdem Barnabam et Jacobum Mille florenos optinuissent, Interminoque per nos Iphis deputato eundem Jacobum filium ladislai Judicem ipsorum et ad aprobacionem assercionis Ipsorum aducere prompti essent et parati. Quibusquidem proposicionibus auditis partes in premissis per nos Juris

¹⁾ **Szentkirály** falu Maros széken, M.-Vásárhely közelében.

equitatem postularunt in partiri. Et quia ex assercionibus non nullorum Juratorum et assessorum Instantissime comperimus verissime quod mater ipsius Thome de Zengel de premissis hereditibus, tunc de paternis bonis per eundem Petrum patrem suum non domo patris sui sed de alia domo et per aliam nuptui tradita fuisset, Ideo eidem Thome de Zengel recte et equales medietates partes Inpremissis hereditatibus et bonis legitime deberent prouenire. Pro eo nos Judicantes commisimus vt quintodecimo die congregacionis nostre predicte Idem Incausam attracti super premissis assercionibus Ipsorum prefatum Jacobum filium ladislai ad examen nostri Iudicij aducere teneantur, Ipso termino adveniente prefatus Jacobus filius ladislai Infigura nostri Iudicij comparendo ad requisicionem nostram oretenus fatebatur, Quod prefatus Thomas Paulus et Blasius In suo Iudicatu rectas et equales medietates partes predictarum vniuersarum hereditatum et dictos Mille florenos Iuridice procedendo optinuissent, prefatique Stephanus filius Semien et ladislaus filius Emericij, pater videlicet prefatorum Barnabe et Jacobi, prout verissimi procuratores eidem Jacobo filio ladislai in fassione sua premissa contradicebant, et Ideo nos, vnacum eisdem Iudice et Juratis Assessoribus Judicantes commisimus vt Idem Jacobus filius ladislai vigesimo quinto die congregacionis nostre predicte sola sua Inpersona fassionem suam Juramentaliter aprobare debeat et teneatur, Interim vero medio tempore Si partes predicte pacificarj possint postulata a nobis concordari licencia concordarj commisimus, Ipso termino Juramentalis deposicionis adveniente et ex certa relacione hominum nostrorum fidedignorum presente prefato Emerico filio pauli Iudice terrestri, partes predicte non nullorum proborum virorum compositiua ordinacione interveniente, prout eciam per easdem partes predictas specialiter fuimus Informati, Quod Ipsi omnem fomitem ac materiam iam ventilate litis perpetualiter sedarj fecissent, diuisionemque Inter Ipsos perpetue duraturam celebrassent, quod idem Thomas prefatis Barnabe et Jacobo premissos Mille florenos omnino relaxasset, Anihilando, predictasque rectas et equales medietates partes predictarum vniuersarum hereditatum quarumlibet eidem Thome de Zengel et per eum suis heredibus possidere relinquissent in reuocabiliter, Ita tamen, quod Idem Thomas de Zengel de domo illa In quam In Nyragtev descendisset, vsque festum Michaelis Archangeli

nunc venturum exire et eandem domum prenotatis Barnabe et Jacobo resignare Alio loco sibi domum denuo edificari facere debeat et teneatur, Datum vigesimo octavo die congregacionis nostre predictae loco memorato Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nono.

Eredetije pergamenen, a hátára nyomott pecsét helyével, az erd. kincstári levéltárból, **az országos levéltárban.** – Töredékét Huszti András másolata után közöltem **Székely Oklt. I. köt. 105–107 l.**

430.

Zsigmond király megparancsolja Nádas Mihály székely ispánnak és a Maros széki főtisztoknak, hogy Somkerei Jánost és Antalt s rokonaikat Sztrigyi Lászlót, Miklóst és Ilonát igtassák vissza azokba a Maros széki jószágokba melyeken azok Túzsoni István nejével, Gyerőfi István leányával Margittal megosztottak, de a mely jószágokba Túzsoni István és neje, Maros széken új pert indítván, magát a szék ítélete értelmében a szék tisztjei által beigtattatta. Kelt Budán 1404. feb. 11-én

Relacio Piponis de ozora Comitis Themessiensis. Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Marchioque Brandenburgensis etc. Sacri Romani Imperij vicarius generalis et Regni Bohemie gubernator, fidelibus suis **Magnifico viro Michaeli filio Salamonis de Nadasd Comiti Siculorum nostrorum, Item Ponije maiori exercitus, necnon Emerico fillo Pauli Judiei Siculorum nostrorum ad Sedem Marus parcium nostrarum Transsiluanarum spectantium** Salutem et gratiam. Ex continencijs literarum Honorabilis-Capituli Ecclesie Transsiluane, coram nobis specietenus productis, intercetera percepimus, Quod quamuis Johannes et Antho-nius filij Nicolai de Somkerek, Ladislaus Archydiaconus de Zolnuk, et Nicolaus filius, necnon nobilis puella Elena filia magistri Petri de Strigh ab vna, Item nobilis domina Margaretha vocata consors Stephani filij Semieni de Thuzon filia scilicet condam Stephani filij Gerew, cuius onus et grauamen Idem Stephanus in hac parte super se assumpsisse dinoscitur, parte abaltera, inter alia eorum Jura possessionaria ipsos communiter tangencia in eisdem literis lacius specificata hereditales terras feneta, Siluas feneta loca molendinorum

Curias domos et sessiones in terra Siculorum nostrorum et alias vbilibet habitas, que condam Gerew et ladislai filij eiusdem fuissent ad ipsas partes Jure possessorio deuolutas, ordinatiua compositione proborum et Nobilium virorum mediante sub pena ipsam compositionem tenenti centum, Judici vero decem Marcarum fini argenti ponderis Budensis, per partem eam infringentem, ante litis ingressum deponendarum, in duas veras et equales partes, perpetuo diuiserint, Tamen vti nobis Idem Anthonius quernlose exponit, predicti Stephanus et nobilis domina consors eiusdem prescriptam compositionem seu diuisionem infringendo et uiolando, penamque dictarum Centum et decem marcarum Argenti exeo incurrere non formidando, in Congregatione generali per nos de speciali nostro mandato vniuersitati Siculorum dicte Sedis celebrata super dictis hereditatibus nouam litem suscitando, per vestram ad Judicacionem premissas vniuersas hereditates dumtaxat ad Juris proprietatem ipsius Nobilis domine filie Stephani ascribi vendicando, seipsos eciam in dominium porcionum ipsis Anthonio Johanni, ladislao Nicolao et Nobili puelle de predictis hereditatibus cessarum, statui et intraduci procurassent In grande Juris ipsorum preiudicium et dampnum valdemagnum, Et quia nos huiusmodi vestram ad Judicacionem, tum exeo quia iamdicte litere ipsius Capituli quas ratas habemus, ante prescriptam vestram ad Judicacionem suborte existunt, tum de gracia speciali, simulcum literis exinde secutis, presentibus reuocamus, exeoque predictos Johannem Anthonium ladislaum Nicolaum et Nobillem puellam rursus in dominium premissarum porcionum eorum ipsos in iamfatis hereditatibus concernencium restitui facere volumus, Igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, mox habitis presentibus, annotatos Stephanum et nobilem dominam de dominio medietatis prescriptarum hereditatum antelatorum condam Gerew et ladislai. Coram testimonio dicti Capituli, quod per Idem illac serie presencium transmitti Jubemus, excludendo, sepredictos Johannem Anthonium ladislaum Nicolaum et nobilem puellam rursus in dominium earundem reintroducendo et statuendo, in eisdem contra quoslibet illegitimos impetitores signanter vero contra ipsos Stephanum et consortem eiusdem, pacifice conseruetis, Committentes eisdem Stephano et nobili domine, vt si ipsi quitquid vltioris Juris seu accionis contra eosdem racione preuia

se habere pretenderent, Extunc ipsi simulcum vniuersis eorum literalibus Instrumentis superinde habitis ad nostram presenciam, vbi-cumque quintodecimo die festi Pasche domini nunc venturo deo dante constituemur, aduersus ipsos Johannem Anthonium Iadislaum Nicolaum et nobilem puellam tamquam legitime euocati, pro habenda per nos in premissis maturiori deliberacione, venire teneantur. Secus facere non ausuri. Seriem autem premissorum cum nominibus euocatorum si necesse fuerit in literis dicti Capituli ad eundem terminum nostre fideliter rescribi Jubemus maiestati Presentesque perlectas reddi volumus presentanti, Datum Bude feria tertia proxima post dominicam Inuocauit Anno domini Mcccc decimo.

(P. H.)

Eredetije papiron a gr. **Teleki család maros-vásárhelyi levéltárában (7410. sz.)**

431.

Brassó város bírása és tanácsa bizonyítja, hogy előtte számos meg-nevezett Sepszi széki székelyek egy darab erdős földet, az Olt mellett Botfalu közönségének 50 arany forintért örökösen eladtak, hogy azon pénzen a király pártütő ellenségei ellen várat vagy erősséget építse-nek. Kelt Brassóban 1415. jul. 19-én.

Memoria etenim hominum diuersis Sauciatu obliuionum Jaculis, Necessario Igitur ea que in tempore fiunt et ad futurorum agnitionem deriuari diliguntur, ne labente tempore homineque marcescente obliuionis subcumbant imperio, Restauo testimonij et Sigilli quomodolibet eternentur Sapientes igitur queque posteritatem conspectancia Scriptice perhennari decreuerunt, Nos Igitur Iudices, Comites, Juraticonsules, vniuersique Ciuitatis simulque districtus Brassoniensis Seniores et Iudicarij, Memorie commendando, Significamus, Tenore presencium futuris et presentibus quibus expedit vniuersis. Quod nobis in nostro existentibus consistorio, Accesserunt nostrum respectum personalem, Nobiles ac viri prudentes, videlicet, Demeter fya istwan Rippo, Agasthy kelleman de **Barotfalu**, Sedis Schepsi, Item de **Gydafalw**, Myhall fya Janusth, Mathee balasth, Peto fya

micloz Item de **Borosno**, Gerger biro, Symon fya Juirg, Mathee, Item de **vzonfalu**, Micloz fya myhall, ylias biro, Ellekes, Item de **Sancto Georgio** forro Lazlo, kusch Gerger, daczo Janusch. Item de **bulembe** forro Peter, Budic fya istfan, Peto fya budic, Item Andreas de **Arpatak**, Jantscho de eadem, Antall de prefata **Arpatak**¹⁾, In ipsorum personis ac tocius communitatis Sedis Sepsy, qui quidem absque dissonancia vocum, non compulsi nec coacti, nec alicuius sinistritatis dolo circumuenti, Sed voce concordi animoque deliberato spontanee Coram nobis palam sunt professi, Quomodo ipsi quoddam Territorium, sew particulam terre, siluestris dispositionis, Inferius per vera signa metalia conscribendum simulque expressandum, viris, honorabilibus et Prudentibus, domino Martino plebano de **Botfalu**, Comiti Jacobo de eadem, Nicolao dicto Ropert. Comiti Nicolao filio Comitis Joban, Petro filio Nicolay, Tytmar, Petro filio suarcz han, Paulo dicto clitsch, Iuueni Jacobo, Stephano missell, Petro de henczman, Andree Lenczik, Stuffen clos, Salomoni dicto kocze, Tumpa. Jacobo theys dicto, Nicola retsh, Gysell, Jacobo fyscher, ac vniuersis Senioribus et populis de eadem Botfalw, pro quadam summa pecunie, quinquaginta videlicet auri florenis, ab ipsis populis et Senioribus de antefata Botfalw plene et integre receptis, simulque persolutis. vendidissent assignassent, pariterque contulissent, ymo coram nobis ipsis vendiderunt, assignauerunt ac contulerunt in filios filiorum et heredum per heredes Jure perpetuo possidendum tenendum et in vsus ipsorum conuerlendum, nullo vmquam penitus hominum contrarium haiusmodi vendicionis postulante, promittentesque nichilominus prenotati Nobiles viri Siculi videlicet, quod si quispiam hominum temporum inprocessu, prefatos Judicem Seniores, ac vniuersos populos de preexpressata Botfalw, ratione pronominati Territorij, impetere aggrauare aut molestare machinaretur, exlunc pretacti Nobiles viri, ipsos populos de iam dicta villa Botfalw, Coram quouis Iudice, ymo Regia Maiestate et Sicularum Comite, conseruare ac protegere debet, Siculi Idem, ad hoc se propria obligarunt voluntate, Laboribus proprijs simulque expensis, vigore et Testimonio presencium mediante. Territorium

¹⁾ **Barót, Gidófalva, Borosnyó, Úzon, Szentgyörgy, Bölön**, mind Sepszi széki helységek, csak **Árapatak** tartozott az ugynevezett Szék földén Fejér vármegye területéhez.

autem preexpressum talis est dispositionis, videlicet Incipiendo iuxta aquam alt wlgariter dictam Ab alia parte aque versus Siculos, in plaga meridionali, in transitu aque in quodam signo, **Burorieffoca** dicto, per longam distanciam versus plagam septemtrionalem descendendo, ad aliud signum wolffgraben vocatum, deinde ab eodem signo metali Iterum descendendo versus plagam septemtrionalem, ad quendam montem Steyn wlggo dictum, Ibiq̄ue Territoria prenotatorum Nobilium virorum Sicularum videlicet, ab vna, Altera vero hominum de villa Botfalw, in prefata aqua Att dieta, Siculis adextris, et hominibus de Botfalw, asinistris, iuxta acutum lapidem aque contiguum segregatiue terminari demonstrantur, Tali notabili interserta condicione, Quod si Judex Seniores, ac populi de iamdicta Botfalw prefatam aquam alt dictam, in lacu aut fossato, in toto aut in parte secundum descripcionem metaliū signorum, per modum decursus aque ducere possint et valebunt, hoc Idem ipsis facere concessum est, ac taliter venditum libere ac penitus absolute, In casu autem quo ipsi de Botfalw, preexpressatam aquam alt dictam, in sepefatis signis metalibus ducere nequirent, nec valerent, extunc eque bene vendicio eiusdem Territorij siluestris, per prenotata et expressa signa metalia, per modum discrete cognicionis, Regulari et terminari videatur, directe, plane multumque expresse, Ad que se partes vtreque, Coram nobis propria obligarunt voluntate, vendicionis autem et empccionis talis notabilis est causa, quod quia **Nobiles viri, Siculi videlicet** Cum eisdem quinquaginta Auri florenis, **quoddam Castrum sew fortalitium in terra ipsorum contra notabiles domini nostri Regis Emulos edificare inceperunt**, Sepefati autem de Botfalw Seniores, Idem territorium ea de causa emerunt, vt ipsi Territorium ipsorum, tempore Inundacionis aquarum illesum Infrugibus valeant conseruare, Acta sunt hec tempore Judicatus valentini Godfridi, Symonis Rewdell Magistriciuium, Petri dicti Hulsnak villici etc. Iudices autem Sicularum illo tempore fuerunt Frenz biro filius barta de Borosno, et Mycloz fya Gūrgd de eadem, Testes vero ad hoc specialiter vocati erant Comes Hencz de ewltwar, Lucas villicus de eadem, Item Renoltz Clos de honchp(erg), Item villicus de Petersberg, Item villicus de Tartlaw, In testimonium autem premissorum, In huius testimony firmi(tatemque) perpetuam, presentes sub appenso nostro Sigillo duximus roborandas, Datum

Corone In vigilia festi Sancte Margarethe virginis et martiris Anno domini Millesimo Quadringentesimo, quintodecimo.

Eredetije pergamenen, ép függő pecséttel, **Brassó város levéltárában.**

432.

Zsigmond király megparancsolja a Sepsi és Kézdi széki székelyeknek, hogy a brassai polgárokat és- barczasági szászokat régi szabadságukban, mely szerint vas és egyéb áruikat az ő területükön át szabadon vihetik Moldvába s onnan bármiféle árukat szabadon hozhatnak be, háborgatni ne merjék. Kelt Kassán 1419. junius 5-én.

Relacio domini Budensis prepositi
Ecclesie Alberegalis.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Dalmacie Croacie etc. Rex. Fidelibus nostris **vniuersis et singulis Siculis nostris Regalibus¹⁾ ad Sedes Sepsij et kyzdly pertinentibus** Salutem et gratiam. Venientes nostre maiestatis in presenciam fideles nostri prouidi valentinus Iudex et Johannes Notarius nostre Ciuilatis Brassouiensis ac Johannes de keresthyenfalwa et Thomas de Cydino villici in suis ac vniuersorum et singulorum Ciuium et hospitum dictarum Ciuitatum et villarum nostrarum predictarum nominibus et personis nostre plurimum conquerendo significare curauerunt maiestati, Quod quamquam ipsi el eorum quilibet antiqua eorum libertate et consuetudine requirente ab antiquo ferreamenta et alias res Mercimoniales per medium vestri et tenutas vestras absque aliquali perturbacione et molestia deferre, et aliunde similiter res mercimoniales cuiuscumque generis existant apportare et apportarifacere liberi fuerint et extiterint Tamen nunc nonnulli forent ex vobis qui libertatibus et consuetudinibus eorundem opponentes predictis minime attentis eosdem Ciues et hospites Ciuitatum et villarum nostrarum prefatarum in delacione et apportacione huiusmodi ferramentorum ac aliarum rerum mercimomialium in vestris tenutis et Jurisdiccione vestra impediretis, ymo neminem ex eisdem

¹⁾ A királyi székelyek (Siculi regales nevezet előfordul Zsigmond király 1408-ban kelt levelében is. **Székely Oklt. I. köt. 103. l.**

absque muneribus collacionalibus pertransire permetteretis in ipsorum preiudicium et dampnum, dicteque libertatis et consuetudinis eorum antique derogamen non modicum, Verum quia nos eosdem Ciues et hospites Ciuitatum et villarum nostrarum pretactarum eorum antiquis libertatibus et consuetudinibus quibus ipsi hucusque vsi fuerunt et gauisi illibate frui volumus et gaudere. Igitur vestre vniuersitatis et vestrum cuiuslibet fidelitati firmissimo nostro Regio Damus sub edicto mandantes seriose quatenus agnita presencium noticia a modo inantea et deinceps Antedictos Ciues et hospites in delacione huiusmodi ferramentorum ac similiter delacione et in ap- portacione quarumcunque rerum mercimonialium per eosdem hinc- iude fienda in nullo impedire seu quouismodo molestare presumen- tes, eosdem et quemlibet eorum semper et omni tempore cum huius- modi rebus ipsorum mercimonialibus, cuiuscunque generis et maneriei existant per vestri medium ac tenutas vestras, ad dictas partes Moldwe deferendis et deinde apportandis in eundo el redeundo quiete pacifice omnique impedimento remoto et absque aliquorum munerum collectalium et aliorum quorumcumque recepcione transire ire et redire permittere et permittifacere debeatis alijs literis nostris Sandrino Siculo Bungo dicto ad dictam sedem kysdij pertinenti et filijs suis in eo, ut ipsi eosdem Ciues et hospites Ciuitatis et villa- rum nostrarum supradictarum ab portacione huiusmodi ferramen- torum et aliarum rerum mercimonialium deberent inhibere, non obstantibus quibuscumque, Alioquin vobis uel altero vestrum in hys secus facientibus quod non credimus commisimus et serie presen- cium firmiter committimus fidei nostro Magnifico **Michaeli filio Sa- lamonis de Nadasd** Comiti vestro, ut ipse vos ad Id faciendum per remedia oportuna compellat et astringat auctoritate nostra Regia presentibus in hac parte sibi attributa et Jure mediante Secus igitur facere non ausuri nec presumatis modo aliquali gracie nostre sub obtentu, presentes eciam post earum lecturam semper reddi Jube- mus presentanti Datum Cassouie secundo die festi penthecostes Anno domini Millesimo quadringentesimo decimonono Regnorum nostro- rum Anno Hungarie etc. XXXIIJ-⁰Romanorum vero Nono.

(P. H.)

Thomas de Mera
Archidiaconus de Heues.

Eredetije az alá nyomott pecsét maradványaival **Brassó város levéltárában.**

433.

István erdélyi püspök, Csáki Miklós erd. vajda és Nádasdi Mihály székely ispán fölhívják a hét szász szék közönségét, hogy miután az erdélyi nemesség gyűlése a nemesek harmad részét jobbágyai tized részével együtt a király szolgálatára följánlotta, ők is összes lakosaik egy harmadát a király szolgálatára fegyverezzék föl. Kelt Tordán év n. (1420. körül).

Prouidi viri et circumspecti, Amici nobis sincere dilecti, Noueritis nos vnacum presentibus partis Transsiluane regni Nobilibus, pro habendo cum eisdem tractatu, in negocijs seu factis, per Serenissimura principem dominum nostrum, dominum Sigismundum dei gracia Romanorum Hungarieque etc. Inclitissimum Regem ac semper Augustum nobis Iniunctis, vobisque limpide specificatis, in Ciuitatem Tordensem aduenisse. Illustrissimi domini eciam litteras ipsius regie maiestatis ipsis loquentes. . . . ostendisse, qui omnes voce vnanimi, visis dictis litteris, se ad queuis seruicia Jamdicti domini nostri Regis promptos exhibuerunt et sollertes, disponentes coram nobis, ordinantes terciam partem Nobilium decimam vero rusticorum, emedio ipsorum ad dicta seruicia pretaxati domini nostri Regis, quocunque per nos vocarentur, more exercituancium deputare, Vnde vestras rogamus amicitias perpresentes, quatenus, quemadmodum dicti Nobiles, vt premissum est. decimam partem rusticorum Ipsorum famulatuos deputauerunt, conformiter et vos decimam partem omnium vestrorum, ad Jamdicti domini nostri Regis seruicia prelibata, de vestri medio famulatuos velitis appromptuare, Scripta in Torda predicta feria secunda proxima post dominicam Oculi.

Stephanus dei gracia Episcopus ecclesie Transsiluane.

Nicolaus de Chaak. Wayuoda Transsiluanus.

Michael filius Salomonis de Nadasd Comes Sicularum.

Kivül: Prouidis viris et circumspectis vniuersitati Saxonum septem sedium parcium Transsiluanarum. Amicis nobis sincere dilectis.

Eredetije papíroson, zárt alakban, kívül egy veres és két zöld viaszba nyomott pecsét nyomaival, a **szász nemzeti levéltárban (I. 78.)**

434.

Nádasdi Mihály székely ispán bizonyítja, hogy előtte Szentkirályi Bolgár Miklós tiltakozott az ellen, hogy Náznánfalvi Tamásnak egy szolgáját, ki Medgyesfalvi Jakabtól egy lovat ellopott s ezért akasztófára ítéltetett, az ő háza előtt végezték ki. Kelt Fejéregyházán 1420. aug. 9-én.

(Nos **Michael filius Sa)lamonis** de **Nadasd Comes Siculorum**, damus promemoria, Quod Egregius Miles **Niculaus (Bolgar dictus de) Zenthkyral** nostri acoedendo in presenciam. protestatus est prohibicione quomodo quidam familiaris **(Th)ome de Naznanfalua** quendam eqnum **Jacobi filij Emerici** de **Megesfalua** furtive recipiens tamquam furem publicum. Juxta decretum suis excessibus legitimo Judiciario **(Qu)o** audito predictus **Sijmon Mathias** et **Andreas** sui fratres eundem furem patibulo et ad domum ipsius **Nicolai Bolgar** posuisent in preiudicium eiusdem Datum in ffeijregház in vigilia sancti laurencij martiris Anno domini M cccc xx.

Eredetije csonkán a **gr. Teleki család m.-vásárhelyi levéltárában (a lajstromozatlanok közt).**

435.

Zsigmond király megparancsolja Pelsőczy Péter székely ispánnak, hogy a brassai polgárokat se ő maga se Brassó vidéki tisztjei és várnagyai ne háborgassák a barczasági erdők és vizek használatában Kelt Kassán 1423. ápril 28-án.

Commissio propria domini Regis.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, fideli nostro Magnifico **Petro filio condam detrici palatini de Pelsewcz Comiti Siculorum**

nostrorum, Salutem et gratiam, In personis Ciuium et tocius Communitatis Ciuitatis nostre Brassouiensis nostre exponitur maiestati graui sub querela, Quomodo vos, vestrique officiales et Castellani circa pertinencias districtus Ciuitatis predictae constituti, contra priuilegiatas libertates Ciuium predictorum, cis aduc datas et concessas, antiquasque consuetudines, Siluas et aquas, in et circa districtum Ciuitatis predictae existentes, more alias consueto vti et frui non permetteretis plurima Impedimenta et dampna eis exinde Inferendo, In eorundem preiudicium et dampnum multum ingens, Supplicatum itaque extitit in personis eorundem maiestati nostre, vt eis circa premissa remedium adhibere dignaremur opportunum. Et quia nos prescriptos Ciues Ciuitatis nostre predictae in vtensione Siluarum et aquarum predictarum eorum antiquis consuetudinibus et priuilegiatis libertatibus Illibate frui volumus et gaudere, Igitur fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus, amodo in posterum, et deinceps prescriptas Siluas et aquas omnino et totaliter, Juxta antiquas consuetudines et libertates eorundem Ciuium, prout in literis eorum super huiusmodi libertatibus emanatis continetur, libere et absque omni Impedimento vti permittatis et permittifaciat, Secus nullatenus facere presumentes, presentes quoque post earum lecturam reddi Jubemus presentanti, Datum Cassouie feria quarta proxima post festum Sancti Georgy martiris Anno domini Millesimo Quadringentesimo vigesimo tercio Regnorum nostrorum anno Hungarie etc. tricesimo septimo Romanorum tredecimo et Bohemio Tercio.

(P. H.)

Eredetije papiroson **Brassó város levéltárában.**

436.

Zsigmond király parancsa Geréb Jánoshoz, Jakab szebeni polgármesterhez, András szebeni biróhoz és a Dán havaselvi vajda mellett lévő királyi hadak többi kapitányaihoz, a vajda személyes őrizetére, szükséges 100 oláh lovas és 900 oláh gyalog havi zsoldjának fizetése és a vajda oltalmára fölváltoa rendelendő királyi hadak dolgában. Kelt Lippán 1426. nov. 5-én.

Commissio propria domini regis.

Sigismundus dei gracia romanorum rex, semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex

Fideles dilecti. Scituri, quod nos egregium logofetum seu cancellarium fidelis nostri dilecti magnifici Daan parcium nostrarum Transalpinarum wayuode per ipsum pridem in suis legacionibus seu ambassatis ad nostram transmissum maiestatem, die hodierna in predictis legacionibus expeditum ad prefatum Daan wayuodam remisimus et tempore ipsius remissionis nobis cum magnifico Pipone de Ozora comite Themesiensi et ceteris nostris baronibus nobiscum existentibus presente prefato logofeto super eo, quibus viis et modis mediantibus eundem Daan wayuodam in dominio suo prenolato possemus preseruare tractantibus, prescriptus logofeth seu cancellarius allegauit eo modo, quod pro custodia persone proprie dicti wayuode sufficerent sexingenti equites et pediles volahi vel pauciores, qui cum ipso Daan wayuoda continue permanerent.

Nos itaque audita prefati logofeti responsione pro prefati Daan wayuode proprie persone defensione, ex deliberacione prefati comitis Piponis et ceterorum baronum nostrorum disposuimus, vt in custodia et tutela speciali ipsius Daan wayuode mille homines, centum videlicet equites et noningenti pedites debeant continue apud ipsum Daan wayuodam perseuerare.

Item dum prefatum logofetum super eo, quantum vno die ad vnum equitem et ad vnum peditem sallarium sufficeret deputari, requisitum habuimus, idem logofetus allegauit, quod vnus volahus eques pro suo sallario vnus diei in vno perpele, et tres volahi pediles similiter in vno perpele contentarentur, et ipsis talismodi sallarium sufficeret deputari, que omnia nos parati sumus iuxta ipsius logofeti allegacionem effectualiter perficere et adimplere.

Item voluimus et eidem fidelitati vestre committimus, quatenus de solucione premissi sallarii dictis mille hominibus persoluendi diligenter de eo videlicet, vtrum premissi mille homines valahi cum minori summa pecunie, prout idem logofeth nobis retulit, valeant expediri, perscrutari et edoceri debeatis, quia si cum minori summa pecunie predicti mille homines valahi, quomodo dictus logofeth refert, contentabuntur, tunc plures gentes cum dicta pecunia possent conseruari. Et si ex huiusmodi scrutinio plures gentes quam dictos mille volahos cum dicta pecunia agnoueritis posse conseruari, ex tunc prefatum Daan wayuodam de eo quod predicta summa pecunie pro conseruacione maioris quantitatis gengium, quam dictorum mille walahorum, se extendere potest, suo modo debeatis informare.

Item volumus et eidem fidelitati vestre committimus, ut cum dicto Daan wayuoda talimodo tractare et in suis tractatibus disponere debeatis, vt prescriptam summam pecunie, que per nos ratione salarii dictorum mille walahorum sibi assignabitur, non aliis, nisi ad ipsos mille walahos exponere et eandem eisdem de die in diem plenarie dare et, persolvere debeat sine defectu aliquo.

Item quia nos uobiscum et vniuersitate parcium nostrarum Transsiluanarum certos tractatus conuene bonum concernentes habere volumus, pro eo fidelitati vestre committimus seriose, quatenus vos, Iacobus magister ciuium personaliter cum aliquibus paucis prioribus capitaneis Saxonum et nobilium ac gentium Brassouensium consiliis, qui uobis experti et ad huiusmodi tractatus ingenii maturioris esse uidebuntur, demptis tamen Johanne Gereb et Andrea iudice ciuitatis nostre Cibiniensis, quos in capitaneos et ductores speciales gentium nostrarum exercituum nobilium uidelicet et Saxonum duximus preficiendos, ad nostram maiestatem in dictas partes Transsiluanas, ubi nos audieritis fore constitutos, venire debeatis sine mora.

Item mandauimus et seriose commisimus per alias literas nostras vniuersis nobilibus ac **Siculis** et Saxonibus, necnon ciuitatibus et quibuslibet districtibus parcium nostrarum Transsiluanarum predictarum, vt si quicumque ex ipsis gentes ipsorum exercituum iuxta nostram dispositionem pridem per nos cum ipsis factam in succursum dicti Daan wayuode nondum direxissent, extunc easdem gentes ad prefatum Daan wayuodam inibi vsque tempus debitum per nos ad id deputatum permansuras debeant destinare sine mora.

Item mandauimus quoque et, seriose commisimus per certas alias literas nostras vniuersis et singulis nobilibus Saxonibus et **Siculis** necnon ciuitatibus et districtibus parcium nostrarum Transsiluanarum vt si quipiam ex ipsis iuxta nostre maiestatis dispositionem pridem cum ipsis factam gentes ipsorum exercituum versus prefatum Daan wayuodam nondum adhuc direxissent et transmississent, destinare debeant sine mora.

Et ecce pecunia pro solutione salarii vnius mensis dictorum centum equitum et noningentorum peditum walahorum per ciues Cibinientes per nos iam ibi directa uobis apportabitur et laboretis apud eundem Daan wayuodam vt dicta pecunia non aliis nisi dictis

centum equitibus et noningentis peditibus pro custodia sue persone deputatis de die in diem distribuatur.

Item de vltiori solucione huiusmodi pecunie disposicionem de mense in mensem faciemus, vnde resciatís ab ipso Daan wayuoda, vbi ipsam pecuniam an in Cibinio vel in Brassouia habere voluerit, et, in quacunq[ue] dictarum ciuitatum eandem habere volebit, in tali ciuitate disposicionem de solucione ipsius pecunie faciemus, itaque ad quemlibet mensem huiusmodi pecunia successiue sibi persoluetur

Item vltra predictos mille homines disponere volumus, vt semper gentes nostre exercituales in illis partibus pro tuicione persone ipsius Daan wayuode conseruentur, quare fidelitati vestre committimus, vt ad nostram maiestatem citissime venire debeatis, quia habitis vobiscum ac cum ceteris parcium nostrarum Transsiluanarum fidelibus tractatibus viam et modum inuenire volumus vt huiusmodi gentes nostre exercituales inibi valeant canseruari, ita videlicet, vt quousque vnus exercitus de illis partibus reuertetur, semper ante reuersionem ipsius alter exercitus noster in illis partibus constituitur. Datum in ciuitate nostra Lypa vocata in festo beati Emerici ducis anno domini Millesimo quatringsesimo vigesimo sexto regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XXXX, romanorum XVII^o et Bohemie septimo

Kivül: Fidelibus nostris Johanni Grebe, Jacobo magistro ciuium, Andree iudici ciuitatis nostre Cibiniensis ceterisque capitaneis gencium nostrarum exercitualium nunc apud magnificum Daan parcium nostrarum Transalpinarum wayuodam constitutarum nobis grate et sincere dilectis.

Eredetije papiroson, zárlatán veres kerek pecsét töredékeivel, az orsz. levéltárban (DI. 11863. sz.)

437.

Kusalyi Jakcs János székely ispán bizonyítja, hogy Zsigmond király az ország nagyjaival és a Sepsi széki főemberekkel Sepsi-Szentgyörgyön tartott törvényszékén Gidófalvi Jánost, Bálint fiát, Pétert és Miklóst, Barabás fiait, kiknek származása mellett a Sepsi széki fő-

emberek tanuskodtak, az Aghaz nemből való igazi nemes székelyeknek elismerte, s kimondotta hogy a ki őket ilyeneknek el nem ismerné, azonnal azok vérdijában marasztaltassék el. Kelt Sepsi-Szentgyörgyön 1427. május 13-án.

Nos Joannes Jakch de Kusal Comes trium generum Siculorum, Memorie commendamus per presentes, quod cum Serenissimus Princeps dominus Sigismundus Romanorum Imperator semper Augustus ac Hungarie, Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, vnacum suis Prelatis et Baronibus Regnique Proceribus protunc secum constitutis, ac vniuersis Senioribus sedis Sepsi feria tertia proxima post testum beati Johannis Apostoli et Ewangeliste ante portam Latinam in Zenthgeurgh pro tribunali consedisset, **Johannes filius Valentini, Petrus et Nicolaus filij Barnabe de Gidofalwa,** in eorum ac omnium fratrum suorum et consanguineorum patruelium natis et nascendis personis, presentibus et audientibus singulis Senioribus dicte Sedis Sepsij proposuit, quod Ipse et singuli sui fratres verique predecessores ipsorum fuissent et essent **de vero et certo genere nobilium Siculorum wlgo Aghaz nominatorum,** et hoc prescriptis Senioribus constaret euidenter, Tunc ipsi vniuersi et singuli Seniores affirmauerunt protunc in Judicio considentes, imo proposuerunt esse et fuisse. Auditis premissis affirmationibus prelatus dominus Rex, et per consequens omnes, iudicando commisit isto modo, Quod si quispiam prefatum Johannem aut suos successores patruelles de nobile Seniorum non esse allegaret, et hoc ipse Johannes vel suus frater cum idonea persona probare posset, extunc in homagio ipsius conuincatur ipso facto barum literarum nostrarum testimonio mediante. Datum loco et termino in prenotatis, Anno domini Millesimo Quadringentesimo¹⁾ Vigesimo Septimo.

Szentgyörgyi és Bazini Péter erd. vajda és székely ispán 1508-ban kelt ítéletlevelének 1782-diki hiteles átiratából, **Bodor Tivadar sepsiszentgyörgyi ügyvéd birtokában.**

¹⁾ Az 1782-diki hiteles átiratban világosan hibásan áll: Qvingentesimo.

438.

Zsigmond király Brassó városát a törökök ellen s az ő ellenségei ellen tanusított hűségéért és jó szolgálataiért a város határában épített és építendő összes malmoktól a király, a székely ispánok és a törökvári vár részre szedetni szokott adó fizetésétől örökre fölmenti. Kelt Brassóban 1427. június 19-én.

Nos Sigismundus dei gracia Romanorum rex seper augustus, ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, Memorie conmemoramus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, Quod nos qui ex innata nobis liberalitate cunctorum nobis fideliter obsequencium merita et actus virtuosos digne retribucionis brauiometiri, exindeque ipsos fauoribus prosequi gracious, et premijs solemus decorare donatiuis, Tum attenda et in Regalibus precordijs perspicaci meditatione recensita fidelitatis attollenda constancia fidelium nostrorum Judicis Juratorum Consulium, vniuersorumque Ciuium Cinitatis nostre Brassouiensis, qua progenitores ipsorum primum, quos longa iam mundi etas per mortem absorbuit, in conspectu condam Serenissimorum predecessorum nostrorum, diuorum scilicet Regum Hungarie indesinenter, nulloque dato medio, ymmo elegantissime claruerunt, et multipliciter coruscarunt. Postremo vero filij superstites et posterij eorum puta moderni Judex Jurati Consules et Ciues prefate nostre Ciuitatis vlgencia in ipsis progenitoribus eorum magnorum progressuum continuata recordia, et antiquorum gesta fidelia, preteritorumque in posteros exempla directa, tamquam infusum ymaginis spiritum sequentes, se in nonnullis nostris et Regni nostri arduis negocys prosperis scilicet et aduersis plerumque pro nostri Regii culminis exaltacione, et honoris eximio incremento fideliter laborioseque insudando, necnon personis, ac rebus et bonis eorum minime parcendo nobis nostroque sacro regio dyademati, sub diuersitate locorum et temporum hactenus tanto propensius s uduerunt reddere gratos pariter et acceptos, quanto ipsa fidelitatis eorum constancia, ab ipso euo vsque in presenciarum contrariam sibi passa non fuit reprehensionis instanciam, ipsaque adeo celebri et viuaci digna est memoria, quod eam nec vetustas inposterum abolere, nec exacti temporis antiqua curricula sopita taciturnitate

possunt concludere, Tum etenim penurie ipsorum Ciuium nostrorum, quam ex tyrannica inuasionem et violenta combustionem eiusdem nostre Ciuitatis, ac ablacionem et depredacionem rerum et bonorum ipsorum, eis per Turcos Crucis christi persecutores aliosque nostros et dicti Regni nostri emulos, temporibus iam preteritis nonnullocies illata et irrogata contraxerunt, visceribus conpaciens pietatis. Nec minus eciam pro restaurandis multiphariarum, multipliciumque expensarum et impensarum oneribus, per ipsos nostros Ciues ad sustentacionem nostre et Reginalis maiestatum, prelatorumque Baronum et procerum nostrorum in eadem Ciuitate nostra pro recuperacione ac tuicionem et conseruacionem parcium nostrarum Transalpinarum, tunc per eosdem Turcos, ac quendam Radol alias Praznaglawa nuncupatum, notorium nostrum rebellem atque infidelem demolitarum, iam fere vnus medij integri Anni spacio, moram trahencium copiosissime factarum et expositarum, pro quibus licet ijdem nostri Ciues a maiestate nostra multo maiora mererentur remuneracionum impendia, In particularem tamen omnium premissorum recompensam, omnia et singula Jura ac census prouentus dacia munera, ac queuis emolimenta, tam in frumento farina vel pecunia, quam alijs quibuscunque rebus consistencia de vniuersis et singulis Molendinis eorundem Ciuium nostrorum, intra metas eiusdem Ciuitatis nostre nunc existentibus vel inantea quocunque temporum in processu in Ciuitate nostra predicta, siue inter Montes, aut in Campis, vel alijs locis quibuscunque intra easdem metas ipsius Ciuitatis nostre, per eos vei quoscunque ex ipsos, ipsorumque heredes et posteritates, quandocunque et quocienscunque erectis et erigendis, **nobis ac Comitibus Sicularum nostrorum, et Castro nostro Terch vocato** prouenire debencia, eisdem et eorum singulis, ex certa nostre maiestatis sciencia, necnon de beneplacita voluntate Serenissime principis domine Barbare, dictorum Regnorum nostrorum Regine Conthoralis nostre carissime, Prelatorum eciam et Baronum nostrorum ad id accedente consilio prematuro plene et integre ac in perpetuum duximus remittenda et relaxanda, ac remittimus et relaxamus, ipsosque et eorum singulos a solucione huiusmodi decetero in eum eximimus, exoneramus et supportamus, ymmo talismodi prouentus Jura et quaslibet obuenciones pretactorum Molendinarum in vsum et proprietatem prefatorum Ciuium et Incolarum, consequen-

terque comodum et vtilitatem eiusdem Ciuitatis nostre pleno Jure conuertimus annectimus appropriamus et incorporamus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Magnificis **Johanni et Michaeli Jakch de kusal modernis, Alys eciam quibuscumque futur is Comitibus Siculorum nostrorum, eorumque Castellanis et vicecastellanis per ipsos in dicto Castro nostro Terch vocato nunc constitutis et in futurum consituendis**, firmo nostro regio aliter omnino habere nolentes mandamus sub edicto, quatenus, amodo imposterum, prefatos nostros Ciues Brassouienses, occasione et pretextu memoratorum Jurium ac censuum, daciorem prouentuum, munerum et generaliter quorumcumque emolimentorum de Molendinis ipsorum predictis nobis et dicto Castro nostro sic vt prefertur prouenire debencium, contra formam premissi nostri Indulti et dispositionis eis et eorum singulis modo antelato facti, in personis rebusque et bonis ipsorum quibusuis impedire molestare seu quouismodo dampnificare, aut ipsos seu eorum quempiam ad faciendam solucionem huiusmodi artare nequaquam presumptatis nec sitis ausi modo aliquali, Presentes denique post earum lecturam apud manus exhibentis volumus semper remanere, Datum Brassouie predicta feria quinta proxima ante festum Natiuitatis beati Johannis baptiste Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc quadragesimo primo, Romanorum decimoseptimo et Bohemie septimo.

Zsigmond királynak 1427-diki kiváltságleveléből, mely eredetiben s a gyulafejevári káptalan 1442-diki hiteles átiratában is megvan **Brassó város levéltárában**

439.

Zsigmond király meqparancsolja Csáki László erdélyi vajdának, hogy a székelyek ellen, kik föllázadva a nemesek jószágait dulták és égették, s kiknek megzabolázására Kusalyi Jakes János és Mihály székely ispánoknak parancsot adott, ha általok föl lesz szólítva, összes hadaival, valamint a szászokkal együtt, kiknek külön paran-

csot küldött, azonnal siessen a székely ispánok segítségére. Kelt Bécsben 1430. jul. 19-én

Commissio propria domini Regis.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, Fideli nostro Magnifico Ladislao de Chaak parcium nostrarum Transsiluanarum Wayuode, Salutem et graciam, Ad nostre maiestatis deuenit audienciam, quod dolenter gerimus, Quomodo nonnulli ijmo fere omnes Siculi ipsarum parcium nostrarum Transsiluanarum, elatis ceruicibus superbie et ceruicibus proteruie extensis, simul et in vnum conspirantes Jam nonnullas villas et possessiones quorundam Nobilium dictarum parcium nostrarum Transsiluanarum ignis incendio consumpserint, quorundam eciam Nobilium possessiones et terras metis earundem dispersis et abolitis pro se occupauerint et alia multa mala in partibus illis temeraria eorum presumpcione mediante nequiter et rebeliter perpetrauerint in nostre maiestatis displicenciam, Regnicolarumque nostrorum contemptum et notabile ac graue detrimentum, et nisi talismodi perniciosorum actuum eorum habene concite compriantur, timendum est quod et peramplius maiorem sument et attemptabunt audaciam malignandi, vnde quia non est conueniens vt huiuscemodi rebellionis presumpcio ipsis Siculis vlterius admittatur committendi. Ideo mandauimos per alias literas nostras fidelibus nostris Magnificis Johanni et Mychaeli Jakch de kwsal, Comitibus ipsorum Sicularum nostrorum, vt Ipsi in medium dictorum Sicularum personaliter accedentes et super premissis certitudinis veritatem capientes, eosdem Siculos ad satisfactendum in hacparte illis contra quos deliquerunt compellant et astringant, Si qui vero ex eisdem Juri et Justice astare ipsorumque Comitum Jussioni et Judicio parere noluerint, tales per omnia opportuna remedia eciam sumpta maiori eorum potencia, quam habere potuerint, vestroque subsidio et auxilio concurrente, ad omnem obedienciam et fatisfaccionem cogant et compellant ab ulterioribusque inferendis et patrandis coerceant et compescant Quapropter fidelitati vestre firmo nostro Regio sub edicto precipimus et aliter habere nolentes mandamus, quatenus, premissis rebus sic stantibus, si et dum necesse fuerit, vosque per dictos Comites Sicularum nostrorum fueritis requisiti,

statim et sine mora vos cum vniuersis vestris gentibus necnon omnibus Saxonibus parcium nostrarum Transsiluanarum predictarum, quibus eciam serie aliarum literarum nostrarum scripsimus et mandauimus, in subsidium ipsorum Comitum Siculorum nostrarum illac quo necesse fuerit pro reprimenda dictorum Siculorum proteruia et rebellionem pariter cum ipsis Comitibus Siculorum procedere et proficisci debeatis, Secus gracie nostre sub obtentu facere non ausuri, Datum Vyenne feria quarta proxima ante festum beate Marie Magdalene,

Anno domini MCCCXXX, Regnorum nostrarum Anno Hungarie etc Xliij-to, Romanorum vigesimo et Bohemie decimo.

(P H.)

Eredetije papiroson, a gr. Teleki család m.-vásárhelyi levéltárában (8053 sz.)

440.

Lépes György erdélyi püspök Túzsoni Bolgár László özvegyét, ki Hidegvizi Bartha özvegyét, a leánya Magdolna, Túzsoni Bolgár János neje, kelengyjéért és menyasszonyi ajándékáért kielégítette, a kiátkozás alól fiával Lászlóval együtt fölmenti. Kelt 1431. dec. 13-án.

Georgius Lepes dei et Apostolice sedis gracia Episcopus Transsiluanus, vobis discretis viris dominis, de Panijth vicearchydiacono, vasarhel, Zenthkijral, ceterisque ecclesiarum plebanis in Districtu Maros constitutis et existentibus paternam benedictionem cum salute. Quia Nobilis domina Relicta Nicolai Bolgar de Thuson cum ladislao filio suo Nobili domine relicte Bartha de hydegvijz, super rebus paraffernalibus et dote duntaxat condamnate Magdalena vocate filie eiusdem consortis videlicet Johannis Bolgar de predicta Thuson condignam impendit satisfaccionem coram nobis, predictosque Nobilem dominam relictam Nicolai Bolgar et ladislaum filium eiusdem ab Interdicti et excommunicacionis sentencijs absoluimus, Igitur committimus vobis, quatenus, ab executione mandati nostri in hac parte contra eos promulgati supersedere debeatis, Ipsamque dominam, et filium eiusdem ladislaum absolutos fore pronuncietis, eisque diuina officia audire, et alia ecclesiastica administrare permittatis sacramenta, harum nostrarum testimonio

literarum, presentes Sigillo domini Martini Archydiaconi de hunyad fecimus consignari, Datum Albe in festo beate lucie virginis Anno domini MCCCCXXXj^{mo}.

(P. H.)

Talimodo quod partes predictae in proximis octauis festi Epiphaniarum domini comparere teneantur coram nobis

Eredetije papiroson a gr Teleki család m.-vásárhelyi levéltárában (8005. sz.).

441.

Zsigmond király a hét szász szék panaszára megparancsolja Kusalyi Jakcs Mihály székely ispánnak, hogy a kozdi széki szászoknak, kiket a mult évben, midőn hadaival Brassó felé vonult, mintegy 7000 forintig megkárosított, azonnal tegyen eleget; különben helytartóinak: György esztergomi érseknek, Péter egri püspöknek, Garai Miklós nádornak, Pálóczi Máté országbirónak, Henrik tárnokmesternek. Rozgonyi János kincstartónak és Besenyő Pál egykori tótországi bának meghagyta, hogy ezen ügyben, valamint a szászok egyéb ellene emelendő panaszaira nézve is, azonnal szolgáltatassanak igazságot. Kelt Sienában 1432. dec. 14-én.

Commissio propria domini Regis.

Sigismundus dei gracia Romanorum Rex semper Augustus Ac Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex, Fideli nostro **Magnifico Michaeli Jakch de Cussal, Comiti Siculorum nostrorum**, Salutem et gratiam. Venientes in conspectum nostre maiestatis fideles nostri prouidi Magister Johannes alias notarius, ac alter Johannes lukitel, Jurati Ciues nostre Ciuitatis Cibiniensis, necnon Jacobus de Senk, in eorum, ac vniuersorum Ciuium et hospitem, ac Saxonum nostrorum dicte Ciuitatis nostre Cibiniensis, et Septemsedium Saxonicalium parcium nostrarum Transsiluanarum in personis, nostre maiestati, gravissimam porrigentes querelam, conquesti sunt eomodo, Quomodo tu. Anno proxime preterito, dum vnacum tuis gentibus exercitualibus, exercituancium more, versus partes Brassouie, potencie quorundam inimicorum nostrorum, eotunc illas partes inuadere machinancium, resistendo accedere et proficisci voluisses, tunc ad sedem Kozd veniendo, hominibus eiusdem Sedis, dampna, ad

Septem milia florenorum Camare se extendencia, cum dictis tuis gentibus exercitualibus, intulisses et irrogasses, inferreque et irrogare fecisses, potencia tua mediante, in ipsorum preiudicium et dampnum valdemagnum, Et quia nos prefatos homines dicte Sedis kozd, per neminem minusiuste et indebite volumus quoquomodo dampnificari Igitur fidelitati tue firmissime precipimus, et aliud habere noleutes mandamus, quatenus, receptis presentibus, omni in hac parte subterfugio relegato, pretactis nostris Saxonibus dicte Sedis kozd, super omnibus premissis dampnis, per te et tuos ut preferitur illatis et irrogatis, plenam et omnimodam satisfaccionem impendere et exhibere, ipsosque superinde plenarie contentare debeas, Alioquin serie aliarum litterarum nostrarum fidelibus nostris Reverendis in christo patribus dominis Georgio, Archiepiscopo Strigoniensi, et petro Episcopo Agriensi, necnon Magnificis Nicolao de Gara, Regni nostri Hungarie predicti palatino, Comiti Mathijus de paloucz Judici Curie nostre, Henrico Magistro Tauernicorum, Johanni de Rozgon, Thesaurario nostre maiestatis, et Paulo Bisseno alias Regni nostri Sclauonie Bano, vicarijs nostris generalibus, districte precipiendo commisimus, ut ipsi tam super premissis, quam alijs quibuscunque querimonijs, per dictos nostros Saxones, contra te, et tuos, eis porrigendis, Juxta eorundem Saxonum nostrorum legitimas comprobaciones, eisdem, ex tui, et tuorum familiarum, parte, Judicium et Justiciam, ac omnimode et indilate satisfaccionis complementum, Jure exposcente, impendere et exhibere debeant et teneantur, Secus ergo in premissis non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutus, Datum in nostra Imperiali Civitate Senarum, die dominico proximo ante festum beati Thome Apostoli, Anno domini M CCCC XXXij-o, Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. xlvj-to. Romanorum xxiiij-o et Bohemie xiiij-o.

(P . H.)

Eredetiye papiroson, a **szász nemzeti levéltárban (II. 65.)**.

402.

Zsigmond király a kőhalmi szászok panaszára megparancsolja Kusalyi Jakcs Mihály székely ispánnak, hogy azoknak némely székelyek részéről,

*kik őket folyvást rabolják, verik, öldöklök és égetik, azonnal szolgál-
tasson elégtételt, s a szászokat a székelyek ellen oltalmazza; külö-
mben úgy fog intézkedni, hogy parancsa megvetését megbánja. Kelt
Székes-Fehérvártt 1436. január 22-én.*

Commissio propria domini Imperatoris.

Sigismundus dei gracia Romanorum Imperator, semper Au-
gustus, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc Rex, fideli
nostro, **Magnifico Michaeli Jakch de kwssal, Comiti Siculorum no-
strorum**, Salutem et gratiam, Exponit nobis prouidus vir, Petrus
dictus feijer, Juratusenior opidi nostri kwhalom vocati in sua, ac
vniuersorum Saxonum nostrorum, in eodem opido commorancium.
personis, graui cum querela, quomodo, quidam Siculi, parcium
nostrarum Transsiluanarum, ipsis exponentibus per incine(raciones)
. interempciones, verberacionesque ac spoliaciones hominum,
diuersas Iniurias dampna, et nocumenta intulissent, et inferri non
cessarent, In ipsorum preiudicium e dampnum valdemagnum, vnde
volumus, ac tue fidelitati firmissime mandantes precipimus, quate-
nus, mox visis presentibus, alio nostro mandato exinde non expe-
ctato, ex parte prefatorum Siculorum, quos ydem exponentes in
premissis culpabiles fore demonstraerint, eisdem super premissis
condignum Iudicium. ac debite satisfactionis complementum, adeo
impendere et exhibere, ipsosque expenentes, contra pretactos Si-
culos, taliter et ade(o) protegere et defensare debeas, vt ijdem,
contra predictos Siculos, pro illata eis premissa Iniuria, nostre (n)on
cogantur querulari maiestati, Quoniam si forsitan, prefatorum Sicu-
lorum fauore allectus, predictis nostris mandatis (c)ontrafeceris, ex-
tunc teneas pro constanti, qaod predictis nostris Saxonibus sic prouide-
bimus, quod eisdem super pretactis Iniurijs satisfaccio (imp)enda-
tur, teque penitebit premissa nostra in hac parte contempsisse pre-
cepta atque mandata, Aliud ergo facere n(on) ausurus, graciae nostre
sub obtentu, presentesque post earum lecturam reddi iubemus pre-
sentanti, Datum in Albaregali, die dominico proximo ante festum
Conuersionis beati Pauli Apostoli, Anno domini, Millesimo. Quad-
ringentesimo. Tricesimosexto. Regnorum nostrorum Annis Hungarie
etc. xlix-mo, Romanorum vigesimosexto, Bohemie sedecimo, Imperij
vero Tercio.

(P. H.)

Eredetiye papiroson a szász nemzeti levéltárban (II. 75.).

443.

Kusalyi Jakcs Mihály székely ispán, Losonczi Dezső, az erdélyi nemesség kapitánya, több magyarországi s erdélyi főnemessel együtt tudósítják a szászok közönségét, hogy táborukkal Kolozsvár külvárosát megszállották, s meghagyják a király nevében a szászoknak, hogy a fellázadt parasztság kiirtására összes gyalogjaikkal és lovasaikkal azonnal siessenek segélyökre. Kelt Kolosmonostoron 1438. január 9-én.

Michael Jaakch de kwsal Sicularum Comes desew de Losoncz vniuersorum Nobilium parcium Transsiluanarum Capitaneus Stephanus filius bani de Losoncz predicta Georgius consimiliter filius Bani de Balwanus Andreas de Thelegd Nicolaus de Bethlen Johannes farkas de Harinna lorandus lepes vicewayuoda Transsiluanus, et alij milites, tam de Hungaria quam parcium Transsiluanarum Nobiles, vniuersis et singulis Saxonibus Septem Sedium Saxonicalium, Amicis nostris predilectis, debitam Reuerenciam cum honore, Ecce nos hodie, in valida potencia, Invasimus suburbium Clusuar Ita, quod de eadem Ciuitate exire nullus potest, Quapropter vestras requirimus amicicias, et in persona Excellentissimi domini nostri Alberti Regis precipimus et mandamus, quatenus, statim receptis presentibus, cum peditibus et equitibus vestris, ad extirpandos infideles Rusticos insuccursum venire et accelerare debeatis, Scientes quod si venire recusaueritis, Nos eidem Serenissimo domino nostro Regi suomodo studebimus rescribere, Secus in premissis non facturi Si gratiam dicti domini nostri Regis habere volueritis, Datum in Clusmonostor quarto die festi Epiphaniarum domini Anno eiusdem etc. xxxviiij-o.

(P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.)

Eredetije papiroson a szász nemz. levéltárban (II. 82.). Kiadva: Archiv XII. 85. 1.

444.

Váraskeszi Lépes Loránt erdélyi alvajda fölhiszja a szászokat, hogy a Kápolnán mult évi sept. 16-án az erdélyi nemesek, szászok és szé-

kelyek közt kötött egyesség értelmében, – melyet a nemesek és szászok minap a febr. 2-dikán Tordán tartott gyűlésen előtte megerősítettek, – azonnal siessenek a föllázadt parasztok leverésére. Kelt Tordán 1438. febr. 6-dikán.

Nos Lorandus Lepas de waraskezij vicewayuoda Transsiluanus, Memorie commendamus perpresentes, Quum pridem videlicet tertia festum sancte Crucis *) in possessione kapolna vocata vncum Baronibus et Nobilibus necnon Saxonibus pocioribus septemsedium Saxonicalium et **Siculorum** dicte partis Transsiluanensis, fuissemus congregati, Inter cetera tractantes, vti proteruia et rebelliones Nephandissimorum Rusticorum contricione et eradicatione, necnon sicuti contra Insultus Thurcorum seuissimorum, has defensare partes, coram nobis et Baronibus, vniuersi Nobiles et Saxones prefate Sedes, inter se ipsos talem fecerant vnionem et fraternitatem, quod dum et quando casu contingente prefati Turcij has invadere subintrare conarentur s(at)hagenando partes, tunc, prefati Nobiles in succursu Annotatorum Saxonum mutueque sincere vnionis firmitatis venire et accellerare deberent et tenerentur, predicti eciam Saxones, contra emulos seu Inimicos Nobilium, signanter autem ad conterrendum predictorum Nephandissimorum Rusticorum proteruionem venire et accellerare deberent et tenerentur, ad quod se partes sponte obligarat (**igy**) Juramento, coram nobis, prescripti vero Nobiles et Saxones pridem Thorde in generali congregacione nostra videlicet in festo purificationis virginis gloriose nunc preterito **), premisam disposicionem et ordinacionem Ipsorum necnon vnionem firmiter confirmarunt coram nobis Harum nostrarum testimonio litterarum. Datum Thorde predicte. Infesto beate dorothee virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo Octauo.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a szász nemzet levéltárában (II. 80.).

445.

Pelsőczy Bebek Imre székely ispán felszólítja a brassai és barczasági szászokat, hogy az országutat, melyen a minap a törökök Törcs

*) Sept; 16.

**) Febr. 2.

*vár alatt be akartak törni az ország dulására, a törcsvári várna-
gyok rendelkezése szerint minél nagyobb erővel védelmezzék. Kelt
Görgényben 1438. sept. 14-én.*

Emericus Bvbek de Pelsevch

Comes Siculorum etc.

Circumspecti viri Notificamus vobis Quomodo nunc perfidissimi Turci fidei christiane persecutores hostes et inimici nostri nuper sub Castro Terch viam et publicam stratam vnde prefati huc ad opri-
mendum et deaustandum hoc Regnum venire possent laborauerunt Proeo vobis et vestrum cuilibet firmiter precipientes mandamus et eciam serio rogitando vestras Sagacitates amonemus, quatenus, prefatam viam ob respectum amoris domini nostri Regis necnon huius Regni secundum quod vobis fideles nostri Castellani deelarabunt cum fortitudine maiori et forciori polueritis, cum tali fortitudine prefatam viam laborare non prolongetis Ne aliqua desolacio huius Regni ex parte prefate vie per prefatos hostes nostros fieri contingat Et si taliter fiet quod dominus deus auertat extunc ad nos istam causam proponere non potestis quod nos non amonuissemus Si feceritis benequidem scientes reuera quod nos ante comunem conspectum huius Regni cum Illustrissimo domino nostro Rege vobis regraciari faciemus Alioquin si non feceritis iram et furorem valde magnum domini nostri Regis euadere ullatenus potestis Cetera vero lator presencium vobis oretenus deciarabit cui fidem credulam adhibeatis Scriptum in Gergin dominica proxima in die Exaltacionis sancte Cruéis Anno domini etc. xxxviiij-o.

Kivül: Circumspectis viris Judici ceterisque Consulibus de Brasso necnon districtus eiusdem fidelibus nostris fincere dilectis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

446.

Emekei Miklós székely alispán nyugtatoányt ad a brassai tanácsnak a Sz.-Márton napi censusról, melyet a király és Hunyadi János erd. vajda parancsa értelmében a brassai és barczasági. szászoktól a város házán finom ezüstben fölvettt. Kelt Brassóban 1441. május 13-án.

Nicolaus Emeke vicecomes Syculorum significamus vniuersis quibus expedit, quod nos honestos et circumspectos viros Judicem Juratosciues ac cunctos Incolas Ciuitatis Brassouiensis et terre Barcza, Amicos nostros dilectos, pretextu census sancti Martini confessoris, e medio gencium Saxonice Nacionis regie maiestati annis singulis in argento fino cum pondere regis Bele in dicla Brasso et terra Barcza prouenire solitos, per nosque mediantibus literis regalibus ac literis Magnifici Johannis de Hwnyad wayuode transsiluanensis ergo manus prefatorum ciuium pro quietancia habitis in die sancti Seruacij et in pretorio dicte Ciuitatis plene integre in argento fino leuatos, et nobis per ipsos Ciues extradatos amministratos et exolutos, reddimus quitos expeditos et penitus absolutos presencium literarum testimonio mediante. Datum die prefato Anno domini M^o CCCC^o xljo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

447.

I. Ulászló király megparancsolja Ujlaki Miklós és Hunyadi János erdélyi vajdáknak, hogy a szebeni szászokat a Szenttamási Szilveszter székeltyől elkobzott javakért az ő előbbi rendelete mellett se háborgassák, minthogy Sárai Cseh Péter és Csáki László egykori vajdák leveléből meggyőződött, hogy Szenttamási Szilveszter javait a szászok hamis pénz terjesztéséért kobozták el, s az említett vajdák azt itélték, hogy azokat a szebeniek, Zsigmond király rendelete ellenére, soha se tartozzanak visszaadni. Kelt Szent-Miklóson 1441. nov. 13-án.

Belacio laurencij de Hedrewar
Regnj Hungarie palatinj.

Wladislaus dei gracia Hungarie Polonie Dalmacie Croacie etc, Rex. Lithuanieque princeps Snppremus et heres Russie, Fidelibus nostris Magnificis Nicolao de wijlak, et Johanni de Hunijad wayuodis parcium nostrarum Transsiluanarum vel eorum vicewayuodis, Salutem et graciam. Dicitur nobis in personis prouidorum Judicis Juratorum et ceterorum Ciuium Ciuitatis nostre Cibiniensis, Quod licet. **Silvester de Zenthamas, Siculus**, illarum parcium, tacita veri-

tate per importunam instanciam quasdam litteras nostras forsan et vobis loquentes a nobis impetiuerit, in qua concessimus eidem hanc facultatem, vt ipse pro illis rebus suis, quas tempore cuiusdam captiuitatis sue, a se predictos Ciues abstulisse, ac nec ad precepta condam domini Imperatoris sibi reddidisse dicebat, res ipsorum Ciuium, ubicunque reperiendas, valeret pro satisfaccione huiusmodi rerum suarum facere arestarj, Tamen venientibus nunc in nostri presenciam quibusdam ex dictis Ciuibus presentantibus que nobis quasdam litteras, condam Petri Cheh de Saro el ladislai de Chak alias similiter wayuodarum Transsiluanorum, nos reuisis huiusmodi litteris ex earundem serie agnouimus, dictas res ipsius Siluestri, tempore illo quo idem propter delacionem falsarum monetarum per dictos Ciues captus fuerat ab eodem ablatas fuisse, Et quod licet tandem ipso Siluestro de huiusmodi captiuitate euadente ab eodem dictoque condam domino Imperatore gratiam super re hac obtinente Idem condam dominus Imperator mandauerit dictis wayuodis, vt antefatas res dicti Siluestri eidem per pretactos Ciues facerent restitui, Tamen demum, ipsis, Siluestro et procuratore dictorum Ciuium pretextu huius rei Juxta contenta litterarum Imperialium, in presenciam dictorum waijuodarum, litiginario more conuenientibus adiudicatum extitit per dictos wayvodas, deliberacione matura visis vtriusque partibus (igy) Juribus et auditis proposicionibus, ipsas res pretacti Siluestri exquo idem in tam notabili crimine delacionis falsarum monetarum captus eas amisit, Juxta consuetudinem Regni per dictos Ciues nunquam eidem debere restitui, non obstantibus litteris Imperialibus prenotatis, prout hec omnia in dictis litteris prenarratorum waijuodarum, quibus et tenor dictarum litterarum Imperialium verbaliter insertus est, per quas ecinm perpetuum silentium super hac re ipsi Siluestro impositum extitit, lucidius continentur Quare fidelitati vestre mandamus seriose, quatenus, prefatos Ciues dicte Ciuitatis Cibiniensis, seu quoscunque ex ipsis, ad instanciam dicti Siluestri racione preuia, non obstantibus dictis litteris nostris ipsi Siluestro datis, in personis aut rebus impedire vel dampnificare aut arestare vel Impediri permittere nullatenus presumatis, Secus ergo facere non Ausuri, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in villa Zenthmiklos in lesto locati Bricc ij

confessorijs, Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo-primo.

(P. H.)

Eredetije papiroson a szász nemz. levéltárban (II. 104.).

448.

Hunyadi János erdélyi vajda tanácsolja a brassai tanácsnak, hogy kebeléből küldjön hozzá Hermányba biztosokat, a kik az összes székelly székekből oda gyülekezett előkelő székelyekkel a Földváron történt öldöklés ügyében kiegyezzenek, mert különben a székelyek bosszút fognak rajtok állani. Kelt Hermányban 1442. május 21-én.

Johannes de Hwnyad
wayuoda Transsiluanus.

Circumspecti virj, Ecce Juxta dispositionem, inter vos et **Siculos**, pro et super hominum morte et interempcione, in fewldwar, factis, habitam, hodierna die, **principales siculi de cunctis sedibus siculorum**, huc venerunt. et in Herman nobiscum constituti vobiscum concordiam et compositionem facere, et habere volentes, vestras Amicicias cum graui obprobrio et fastidio, quasi lesi prestolantur, Et vti de sermonibus eorum sentimus, si ad faciendam compositionem vnacum eisdem, hac vice venire nolueritis, de cetero in hoc facto siculi hactenus processerunt, vobiscum procedere non intendunt, sed aliter, et forsan vindicare et vlciscj, ob hoc non opinamur fore Bonum el congruum, sed sinistrum, si ipsos ab hinc, incompositos sine concordia abire permiseritis et permiserimus, Consulimus Igitur vobis, vt quosdam, e vestri medio electos, huc ad faciendam concordiam vnacum eisdem dirigetis, ipsos enim vsque ad diem crastinum, ob causam hanc, obseruabimus, et credimus, speramusque concordiam bonam Inter vos et eosdem facere posse, dummodo volueritis aduenire, super qua laborabimus omni pro posse nostro, Alias si inde ipsos sine concordia et incompositos recedere contingat, et contingere poterit grandius periculum suborirj et succendi inter partes, Scripta in Herman, secundo die festi sancte Trinitatis, Anno domini etc. XL-mosecundo.

Kivül: Bone circumspeccionis viris Judici villico Juratique Ciuibus et cunctis Senioribus Ciuitatis Brassouiensis Amicis nobis honorandis

Eredetije papiroson **Brassó város levéltárában.**

449.

Hunyadi János erdélyi vajda, székely és temesi ispán, megparancsolja a kézdi széki tiszteknek, hogy Csernátoni Imre fia Domokos részéről Márton brassai polgárnak, a tőle jogtalanul elvett 23 ökörért, azonnal szolgáltatassanak elégtételt; mert különben a brassai tanácsot hatalmazza föl az elégtétel megvételére. Kelt Tordán 1444 május 25-én.

Johannes de Hwnijad wayuoda Transsiluanus, Siculorumque et Themesiensis Comes etc. Agilibus viris **Judici ac Capitaneo, necnon Senioribus Sedis kjsdi**, Salutem cum dileccione, dicit nobis prouidus Martinus de Brassouia graui cum querela, quomodo **Dominicus filius Emericj de Chornatha**¹⁾ temporibus preteritis viginti tres boues ipsius Martinj indebite et, minusiuste abstulisset, et quo sue placuisset voluntatj fecisset, in preiudicium et dampnum ipsius Martinj valdemagnum, Super quo dileccioni vestre serie presencium firmiter committimus, quatenus habitis presentibus, ex parte dictj Dominicj filij Emerici, antefato Martino exponenti de et super dictis viginti tribus bobus, meram plenam et omnimodam impendatis satisfaccionem taliter et adeo, vt ipse exponens nobis superinde decetero non cogatur querularj, qui si feceritis benequidem, Alioquin committimus firmiter per presentes, Circumspectis Judici et Juratis Ciuibus dicte Ciuitatis Brassouiensis, vt ipsi antefato Martino eorum conciuui, de et super dictis viginti tribus bobus, ex parte antelactj Dominicj filij Emericj, omnimodam recipiant satisfaccionem, nostra in persona et auctoritate presentibus eis in hacparte attributa mediante, Secus igitur facere non ausurj, Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Thorde in festo beati Vrbanj pape Anno Domini M^oCCCC^oxluiij-to.

(P. H)

Eredetije papiroson **Brassó város levéltárában.**

¹⁾ Nyujtódi Domokos, az Alcsernátoni Domokos család törzsatyja.

450.

Hunyadi János erdélyi vajda, székely és temesi ispán parancsa Bethlen Gergely és Emekei Miklós székely alispánokhoz. Kelt Tordán 1444. május 25-én.

Johannes de Hwnijad wayuoda Transsiluanus Sicularumque el Themesiensis Comes etc Egregijs viris **Gregorio de Bethlen, et Nicolao de Emeke, vicecomitibus Sicularum** (megparancsolja, hogy a Brassó városához és a Barczasághoz tartozó azon falvakat, melyeket némely nemesek a királytól adományban nyertek és elfoglaltak, foglalják el és csatolják vissza Brassóhoz és a Barczasághoz). Datum Thorde in festo beati vrbani pape Anno domini M-o CCCC-o Xliij-to.

(P. H.)

Eredetije papiroson **Brassó város levéltárában.**

451.

Hunyadi János erdélyi vajda, székely és temesi ispán, ismételve megparancsolja Nyujtódi Demeternek és Domokosnak, hogy a Márton brassai polgártól elvett 23 ökröt adják vissza; különben ezen levelel Brassó városát hatalmazza föl elégtétel vételére. Kelt Szászsebesen 1444. aug 28-án.

Johannes de Hwnyad wayuoda Transsiluanus Sicularumque et Themesiensis Comes, vobis Nobilibus **demetrio et dominico de Nywthod**, nobis dilectis Salutem et dileccionem, pluries vestris dileccionibus recolimus scripsisse, vt viginti tres boues prouidi Martini per vos ablatos restitueretis, que facere minime curastis. Super quo vobis vicereplicata conmittimus et mandamus quatenus annotatos vigintitres boues ipsi Martino reddere et restituere debeatis, Alioquin presentibus damus auctoritatem Circumspectis Ciuibus Brassouiensibus vt super vos racione preuia satisfaccionem recipiant, presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum In Zazsebes In festo Beatj Augustini doctoris Anno domini M° CCCC° xLiiij-to.

(P. H)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

452.

Hunyadi János kormányzó megparancsolja Kézdi széeknek, hogy a brassai szászoktól Kézdi Sándor által elvett 42 ökröt azonnal adassa vissza, kelt Szászsebesen 1448. febr. 20-án.

Nos Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. vobis **vniuersis Siculis in Sede Kizdi conmorantibus** firmissime precipimus, quatenus statim visis presentibus illos quadraginta duos Boues Saxonum de Brassouia per **Sandrinum de kizdi** alias receptos, eo quod vos dictum Sandrinum in hac parte expedire polliciti esse dicimini, antefatis Saxonibus sine mora reddere et restituere debeatis Aliter commisimus Castellanis nostris Castri Terch vt ipsi vos ad hoc faciendum per vestra grauamina arcius compellant et asstringant auctoritate nostra mediante Aliud non facturi in premissis presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in Zazsebes feria tertia proxima post dominicam Reminiscere Anno domini M. CCCC^o xlviiij-o.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

453.

Hunyadi János kormányzó megparancsolja Bizerei Miklós és Fejéregyházi Bálint törcsvári várnagyoknak, hogy a brassai polgároktól Kézdi Sándor által jogtalanul elvett 42 ökörért, a Kézdi széki székekelyek részéről, kik a Moldvából jövő utat önkényesen tiltották el a fogadást tettek, hogy Kézdi Sándort mindenki ellen megoltalmazzák, a brassai szászoknak azonnal adassanak teljes elégtételt. Kelt Szászsebesen 1448. febr. 20-án.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Egregys viris Nicolao de Bizere et Valentino de feyereghaz Castellanis nostris Castri Therch vocati vel eorum vicesgerentibus Salutem cum dileccione, Quia nos prout ex narratione Magnifici Johannis Zekel fratris nostri ac Egregiorum Nicolai de Wyzakna et Johannis Gereb Intelleximus vt **vniuersi Siculi in Sede Kysdi existentes, Sandrinum de Kysdi** in recepcione et ablacione quadraginta duorum Bouum

Saxonum de Brassouia in quadam prohibita via de Moldauia venientium facta contra omnes defensaturos polliciti fuissent, Quibus habitis quia prenotata via non de voluntate Saxonum sed solum ex proprio motu eorundem Siculorum prohibita, ex eoque dicti Boues per memoratum Sandrinum indebite recepti fore videbantur, Pro eo vestris dileccionibus firmiter committimus quatenus statim visis presentibus sine omni vlteriorj dilacione ex parte memoratorum vniuersorum Siculorum sedis kysdi super prescriptis quadraginta duobus Bobus per Jamfatum Sandrinum receptis, eo quod dictum Sandrinum ipsi Siculi expedire et defendere polliciti sunt antedictis Saxonibus Brassouiensibus omnimodam satisfaccionem impendere et, exhibere debeatis Aliud non Ausuri facere in premissis presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in Zazsebes feria tertia proxima ante dominicam Oculi Anno domini MCCCCGxl-mo octauo.

(P. H.)

Eredetiye papiroson **Brassó város levéltárában.**

454.

Bogdán moldvai vajda fölhivja a brassai tanácsot, hogy ne adjanak hitelt azon rágalmaknak, melyekkel némely árulkodók Nyujtódi Demetert és testvérét Domokost Bikali György erdélyi alvajda és székely ispán előtt elvádolták, hogy t. i. azok a kereskedőket rabolnák s az ország vámját károsítanák; jövőre pedig jó szomszédságot s országában a kereskedőknek teljes biztonságot ígér. Kelt Szilisztriában 1450. mart. 25. előtt.

Circumspectis providis prudentibusque viris Judici consulibus et Ciuibus in Brasso cunctis eciam burgensibus villicis et villanis incolis in Barsa commorantibus Bagdanus dei gracia Waywoda terre Moldawie Amiciciam paratam Circumspecti prouidi et prudentes viri amici ac vicini dilecti Noueritis quod nostram peruenit ad audienciam, quomodo **Demetrius de Nijoytod et Dominicus frater eius** apud magnificum **Georgium de Bykal vise wayuodam Transilwanie et Comitem Siculorum** etc. occasione sinistra et falso crimine plurimum sunt denigrati et acusati, quod ipsi mercatores in vijs spoliarent vastarent et dampnarent vnde theloneum regni plu-

rimum detrimentum pateretur, Super quo certissime sciatis quod nos memoratos viros Egregium Demetrium cum Dominico fratre suo scimus semper fuisse fideles tutores et defensores ipsorum mercatorum omniumque viatorum et nichil horum perpetrasse sed ipsos ut putamus a quibusdam Delatoribus zelo invidie diffamatos nobisque caros et dignos amicos ac fideles in omnibus approbatos Quamobrem presentibus vestras amicitias requirimus diligenter Quatenus sepefatos Demetrium et Dominicum saluos et expiatos de prescriptis rebus diffamis nostri ob respectum velud vobis confidimus tamquam amicis nostris dilectis Decetero quoque pactum amicitie magis ratum firmabimus et tenere promittimus perpetue roborandum omnibus nostras partes quacumque causa negociorum intrepidam securam saluam et liberam indemnemque facultatem infallibiliter obscurare non minus quam temporibus Alexandri wayuode patris nostri habuistis volumus augmentare iura iusticie equitatis ac de dampnis contingentibus debite satisfaccionis complementum ratificare ita et in tantum ut exactis negocijs quilibet saluus in propria recipiatur Illa tamen, que vsque modo illata sunt licet non ex consensu nostro, taceantur, quia non sunt recuperabilia et transierunt Quod nos de v habere speramus semper. Datum in fforo silistorum ante annunciacionem beate virginis.¹⁾

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

455.

V. László király megparancsolja a széki és dézsi sókamarák ispánjainak, hogy Segesvár város és szék lakosait a régi királyoktól nyert szabadságukban, mely szerint székely földi sóval élhettek s azt területükön szabadon árulhatták, háborgatni ne merjék. Kelt Pozsonyban 1453. febr. 2-án.

Commissio domini Regis.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc.
Rex Austrieque et Stirie dux necnon Marchio Moraue fidelibus

¹⁾ Hogy ezen levél csak 1450-ben kelhetett, mert Bikali György csak ezen évben viselte az alvajdaságot és székely ispánságot, kimutatta **gr. Lázár Miklós, Székely ispánok és alispánok. 26. l.**

nostris Comitibus Camerarum Salium nostrorum de Zeek et Dees, ac eorum Camerarijs et vicecamerarijs nunc constitutis et infuturum constituendis. Salutem et gratiam. Nostre maiestatis accedentes conspectum fideles nostri prouidi Stephanus Lewsch modernus et Johannes Aurifaber pridem Magistriciuium Ciuitatis nostre Segeswar vocate, in eorum ac vniuersorum Juratorum Ciuium seniorum et ceterorum Saxonum nostrorum eiusdem Ciuitatis ac Sedis Segeswariensis nominibus et in personis nobis exposuerunt multum querulose, Quod licet ipsi ex diuorum Regum Hungarie nostrorum scilicet predecessorum et presertim Serenissimorum principum dominorum Sigismundi Imperatoris Aui et Alberti Regum, patris, nostrorum carissimorum graciosam concessionem et annuenciam semper et ab antiquo et presertim tempore condam Comitis Piponis de Ozora **sales terre Sicularum nostrorum** in dictas Ciuitatem et sedem Segeswariensem ac in ipsorum medium apportare et conducere ibidemque vendere ac eisdem Salibus et non alijs vti et frui consueuerint, Tamen post mortem prefatorum Aui et patris nostrorum, Camerarij et vicecamerarij predictarum Camerarum salium nostrorum de Zeek et Dees ac eorum homines et familiares contra prescriptas dictorum exponencium libertates domos et habitacula eorundem vi et potencialiter perquirentes vniuersos sales terre Sicularum, quos in prenotatis Ciuitate et Sede ac in ipsorum medio tam in foris annualibus et Ebdomadalibus, quam in huiusmodi eorum domibus et habitaculis proprijs reperissent, pro se abstulissent et auferre facerent incessanter in ipsorum preiudicium et Juris derogamen satis magnum. Vnde nos eos peramplius per neminem Camerariorum contra pretactas eorum libertates, quibus temporibus in prescriptis et signanter temporibus Aui et patris nostri vsi fuerunt, et gaudere deberent, in presenciarum impedire volentes, vestre fidelitati firmiter precipimus et mandamus quatenus, premissis sic vti superius nostre narrata sunt maiestati stantibus et se habentibus, alio nostro mandato superinde non expectato, a modo inantea annotatos Sales terre Sicularum in pretactis Ciuitate et Sede Segeswariensi ac in ipsorum exponencium medio, prout et quemadmodum prescriptorum Aui et patris nostrorum ac Comitis Piponis temporibus fuit consuetum, conducere et apportare inibique vendere et venditioni exponere permittatis et permittifaciatis, ipsis exponentibus

aut alteri eorum contra premissas eorum libertates, nullum Impedimentum seu quascunque molestias Iniurias et nocumenta inferentes et facientes quouismodo. Et aliud nullomodo facere presumatis gratie nostre subobtentu Presentes quoque post earum lecturam reddi iubemus presentanti Datum Posony in festo Purificacionis virginis gloriose Anno domini Millesimo Quadringentesimo tercio. Regni autem nostri Anno Tredecimo.

Commissio domini Regis ex
deliberacione consiliariorum.

(P. H.)

Eredetiye pergamenen **Segesvár város levéltárában.**

456.

V. László király megparancsolja Hunyadi János beszterczei ispánnak s az ország főkapitányának, Ujlaki Miklós és Rozgonyi János erdélyi vajdáknek, hogy a székelyek által a szomszédos nemesek jószágáiból elfoglalt földeket adassák vissza s a régi határokat állítsák helyre. Kelt Pozsonyban 1453. febr. 7-én.

Commissio domini Regis.

Ladislaus dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Rex ac Austrie et Stirie dux necnon Marchio Morauie etc. Fidelibus nostris Spectabili et Magnificis Johanni Comiti Bistriciensis generali Capiteo nostro in Regno Hungarie ac Nicolao de Wylak et Johanni de Rozgon Waijuodis nostris Transsiluanis vel ipsis absentibus vicewaijuodis eorundem, Salutem et gratiam, Exponitur nobis in personis vniuersitatis Nobilium parcium nostrarum Transsiluanarum, Quomodo **temporibus preteritis, in illis metis seu terminis, qui ipsos et terram Siculorum disiungerent, non parua fuisset et esset occupacio atque distractio terrarum ipsorum Nobilium per dictos Siculos facta,** quarum pretextu sepius inter ipsos Nobiles et Siculos contenciones Jurgia et rixe hactenus contigissent et contingere possent infuturum. Vnde cum nostri officij sit inter subditos nostros pacem seruare tollere scandala et occasiones dissensionum, ac vnumquemque in suo Jure manutenere, Ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus habitis presentibus pro huius-

modi terris occupatis dissidentibus, tam scilicet Nobilibus quam Siculis, ad facies huiusmodi terrarum conuocatis et presentibus terras huiusmodi contenciosas diligenter reuidendo conspiciendo et considerando, si a dictis Nobilibus occupatas fore comperieritis, eis restatuere et tam ipsos Nobiles quam Siculos ad antiquos terminos imponere, ac pacificam et perpetuam inter ambas partes distinctionem metaliter facere debeatis. Auctoritate nostra vobis presentibus in hac parte attributa et Justicia mediante, Ita vt vnaquaue pars suis terminis contenta alteram ledere vel nobis propterea conqueri vltius non cogatur. Volumus autem vt si qua parcium vestris in hoc ordinacionibus contradicere vellet, per remedia opportuna illi silentium imponere et contumacem compescere debeatis. Secus ergo in premissis non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restititis. Datum Posonij feria quarta proxima post festum beate Dorothee virginis et martiris, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio Regni autem nostri anno Tredecimo.

Commissio domini Regis
in consilio.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a gr. **Teleki család m.-vásárhelyi levéltárában** (8078. sz.).

457.

Gúthi Ország Mihály székely ispán parancsa Brassó város és a Barczaság Uraihoz. Kelt Brassóban 1454. febr. 3-án.

Nos **Johannes Orzaag de Guth Syculorum Comes.** (megparancsolja Brassó és az egész Barczaság biráinak, hogy prásmári Toscha Miklóst és Simon szabót, pécsi polgárt, a Fejér vármegyei Zernyest és Tohán helységek egy harmadában, melyet Zsigmond királytól nyertek adományban, minden törvénytelen megtámadók ellen oltalmazzák). Datum in prefata Brassouia Anno domini Millesimo quadringentesimo quarto, in die Sancti Blasij martiris.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

458.

V. László király magparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Nádasi Nagy Simont új adomány czimén igtassa be a Fejér vármegyei Régen helység felébe, kivéve ha ezen helység királyi birtok, vagy királyi várhoz, vagy pedig a szászok vagy a székelyek földéhez tartozó volna. Kelt Budán 1456. október 16-dika körül.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie Dalmacie, Croacie etc rex Austrieque et Stirie dux, necnon marchio Morauie etc. fidelibus nostris conuentui ecclesie de Klusmonstra salutem et gratiam. Cum nos pro fidelibus seruicijs fidelis nostri **Symonis magni de Nadaz** nobis exhibitis et impensis directam et equalem medietatem **possessionis Regen vocate in comitatu Albensi parcium Transsiluanarum existentis** ¹⁾, in cuius pacifico dominio ipse Symon a certis annis retroactis perstitisse seque persistere asserit eciam de presenti, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eadem medietate possessionis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, modis et rationibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, et **dummodo non sit possessio regalis aut ad castra regalia aut terras Saxonum vel Siculorum non pertineat** ²⁾, memorato Symoni suisque heredibus et posieritatibus vniuersis noue nostre donacionis titulo vigore aliarum literarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque ipsum Symonem in dominium eiusdem et ipsius iuri nostri regij per nostrum et vestrum homines legitime

¹⁾ Az eredetiben világosan **Regen** áll: de hogy itt nem a Torda vármegyei Szász- és Magyar-**Régen**ről van szó, bizonyos. Azt hiszem, hogy a régi Alsó-Fejér vármegyei **Réten** értendő, melyet egészen a régi Segesvár és Nagy-Sink szék területe vesz körül.

²⁾ Ezen záradék is bizonyítja, hogy a király a szászok vagy székelyek földéhez tartozó jószágot nem adományozhatott. Hasonló kifejezés: „dummodo predictae possessiones non sint **terre Saxonum vel Siculorum nostrorum**, aut ad aliquod Castrum nostrum Regale vel aliquem Officiolatum parcium nostrarum Transsiluanarum non pertincant olvasható V. Lászlónak Budán 1456. ápr. 24-én kelt beigtató parancsában is, melyet, a Losonczi család több tagjának a Belső-Szolnok vármegyei Somkút, és Koldo (ma Kudu) falukra nézve adott, s melynek eredetije a kolosmonostori convent levéltárából az országos levéltárban van.

facere introduci. Ideo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus de Wezewdy aut Gregorius de Hydegwyz, vel Paulus sin Michael de Haywsfalw sev Thomas Porkolab de Poka alijs absentibus homo noster ad facies dicte medietatis possessionis consequenterque iuris nostri regij in eadem habiti vicinis et conmetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo introducat memoratum Symonem in dominium eiusdem et ipsius iuris nostri regij statuaturque eandem et idem (eidem) simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet premissis nostre donacionis titulo ipsis incumbenti perpetuo p(ossidendam s)i non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem contra annotatum Symonem nostram in presenciam a(d term num competentem rationem contradiccionis eorum reddituros; et post hec huiusmodi introductionis et statucionis seriem cum contrad(ictorum et e)uocatorum. si qui fuerint, vicinorumque et conmetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato (nobis) fideliter rescribatis. Datum Bude feria sexta pro xima . . . festum beati Ambrosij confessoris, anno domini (Millesi)mo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. sexto decimo, Bohemie vero tercio

Kivül: Fidelibus nostris conuentui ecclesie de Klwsmonstra pro Symone magno de Nadaz introductoria et Statutoria.

Eredetije papiroson, záró nagy pecsét nyomaival, a kolosmonostori convent levéltárából az **orsz. levéltárban** (Dl. 26401. sz.) – Megjelent hibásan és kihagyásokkal: **Székely Okltár I. k. 173. l.**

459.

Rozgonyi Osvát székely ispán. 1457. apr. 6-án.

Magnificus Osualdus de Rozgon Comes Siculorum.

Említve van V. László királynak Budán 1457. apr. 6-dikán kelt s a szebeni tanácsához intézett parancsában, a **szász nemzeti levéltárban** (II. 180.).

460.

Kazimiri Masa Mihály székely alispán, törcsvári, höltövényi és királykői várnagy, biztosítja a tergovistyei és más oláhországi kereskedőket, hogy ha 1000 vagy 2000 forint értékű árút hoznak vagy küldenek Brassóba, azoktól nekik a vám felét elengedi. Kelt Brassóban 1458. január 16 án. (Kiadva másolatban István alvárnagy pecsétjével, 1458. febr. 27-én.).

Nos **Michael Masa de kasimir vicecomes Syculorum Nec non Castellanus Castrorum Terch heltwin et similiter kyralku** tenore presencium duximus manifestandum, quatenus quicumque essent mercatores de medio vestri in Tergouista, aut vbiuis locorum vellet, mittere et ducere bona sua et mercancias suas ad nostram ciuitatem Brassouiensem pro vtilitate ipsorum scilicet que bona vel mercancie valoris essent mille florenorum aut duorum, propterea prestemus vobis fidem nostram christianam et sub iuramento et sigillo nostro manibus nostris proprijs adnexo, quicumque tales de medio vestri uel huismodi mercatores cum bonis suis et mercancijs aput nos venirent, ipsis omnibus huiusmodi de bonis et mercancijs suis, mediam partem remitteremus et relaxemus ut tunc Juramentum prestauimus, Scriptum Brassouie in vigilia Sancti Anthonij Anno domini Millesimo CCCC° lviiij°

licet presens scriptum sit tenor litere et copia Michaelis Masa, tamen ad maiorem euidenciam eiusdem copie, nobilis vir Stephanus vicecastellanus dicti Michaelis Masa castellani Sigillum suum presentibus impressit feria secunda proxima post dominicam qua canitur in ecclesia Reminiscere miseracionum Anno domini prescripto.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában**

461.

Mátyás király megparancsolja az összes székelységnek, hogy a köztök és a brassai szászok közt a közelebbi zavarok idejében történt öldöklésekért és vérengzésekért, miután az ekkor elkövetett hatalmaskodásokat a legközelebbi pesti országgyűlés végzése elengedte és leszál-

litotta, a brassai szászokat fenyegetni, háborgatni és károsítani ne merjék. Kelt Zentán 1458. sept. 21-én.

Commissio propria dominij Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris Agilibus viris **vniuersis Siculis nostris**, vbilibet, et in quibuscunque locis commorantibus, Salutem et gratiam Exponitur maiestati nostre, in personis fidelium nostrorum Circumspectorum Judicis Juratorum, ceterorumque Ciuium et tocus Ciuitatis nostre Brassouiensis, Quomodo hys nouissime preteritis disturbiorum temporibus, vos, contra eosdem Ciues nostros Brassouienses, et econuerso, ipsi contra vos, aliquem conflictum habuissetis, seu habuissent, in quo scilicet conflictu, nonnulli tam ex vobis quameciam ex ipsis Ciuibus, interfecti essent, alij vero diris vlneribus sauciati, Nunc autem uti nostre maiestati declaratur, vos ratione vestrorum interfectorum et vlneratorum eisdem minas imposuissetis, ipsos Ciues in eorum bonis et rebus dampnificare et spoliare pretendentes, Et quia talismodi patraciones et vlneraciones et omnes alij actus potenciarij, temporibus preteritis, vsque huc quoque, et per quempiam commissi, iuxta vim et formam generalis Noui decreti in Ciuitate nostra pestiensi per vniuersos prelatos Barones proceres et Nobiles Regni nostri Hungarie editi, sopiti sunt et penitus condescensi, Ideo fidelitati vniuersitatis vestre et cuiuslibet vestrum harum serie firmiter mandamus, quatenus visis presentibus Amodo impu-sterum ab impositionibus talismodi dictarum minarum penitus et omnino desistatis, ipsosque Ciues et hospites nostros prefate Ciuitatis Brassouiensis in personis possessionibus rebusque et bonis ipsorum quibusuis impedire molestare seu quouismodo dampnificare nusquam et nequaquam presummatis et nec sitis ausi modo aliquali, graciae nostre sub obtentu, presentibus perlectis exhibenti restituti Datum in villa Zentha feria secunda proxima post festum Natiuitatis beate Marie virginis Anno Domini Millesimo quadringentisimo quinquagesimo octauo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

462.

Mátyás király a hét szász szék panaszára megparancsolja az erdélyi vajdáknak és Vingárti Geréb Jánosnak, hogy Kóhalom városának, melynek határából Sixtus rákosi székely bizonyos földeket hatalmasul elfoglalt, a felek kihallgatása és leveleik megvizsgálása után szolgáltassanak igazságot. Kelt Budán 1459. martius 7-én.

Commissio propria dominj Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc Fidelibus nostris Magnificis Waijuodis vel vicewaijuodis parcium nostrarum Transsiluanarum ac Egregio Johanni Gereb de Wijngarth, Salutem et gratiam, Accepimus querimoniam pro parte vniuersorum Saxonum septemsedium Saxonicalium earundeta parcium nostrarum Transsiluanarum maiestati nostre factam, Quomodo **quidam Sixtus Siculus de Rakosd** ¹⁾, hijs preteritis temporibus, nonnullas quantitates terrarum Arabilium et fenetorum, intra metas Opidi nostri kewhalom adiacencium, semperque ad Idem pertinencium, ab eodem Opido nostro sequestrando, pro se occupasset et occupatas conseruaret eciam de presenti, potencia mediante, In preiudicium eorundem Saxonum commorancium in dicto Opido nostro kewhalom et aliorum non modicum, Vnde nos nolentes ipsos Saxones huiusmodj Juribus eorum per quempiam ita in debite priuari, fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, Aliud habere nolentes, quatenus, receptis presentibus, vocatis partibus videlicet tam dicto Sixto, quam prefatis Saxonibus nostris, vel earum legitimis procuratoribus, ad terminum breuem vestram in presenciam, Auditisque ambarum parcium proposicionibus visisque et examinatis Juribus et litteralibus instrumentis earundem, in facto dictarum terrarum arabilium et fenetorum, Judicium et Justice complementum facere, ac easdem terras arabiles et feneta eisdem Saxonibus adeo, Auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte concessa et Justicia mediante, rectificare debeatis, vt eisdem Saxonibus superinde decetero non sit opus nostre quomodolibet querulari maiestati, Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude feria quarta proxima post dominicam letare, Anno domini, Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo Nono.

(P. H.)

lecta.

Eredetiye papiroson a **szász nemzeti levéltárban. (II. 203.).**

¹⁾ **Rákosd** a mai **Alsó-Rákos** egykor Felső-Fejér vármegyei helység Kóhalom város határának szomszédságában.

463.

Lábatlani László székely ispán megparancsolja Udvarhely szék tisztjeinek, hogy Váralja helység részére a pálfalvi lakosokkal, kik 50 arany forint kártérítésben, vérontásban és kétszeres birságban elmarasztaltattak, szolgáltsanak, teljes elégtételt. Kelt Görgényben 1459. szept. 18-án.

Ladislaus de Labathlan comes Siculorum ac generalis capitaneus parcium Transsylvanarum memorie commendamus tenore presencium significantes quibus incumbit vniuersis, quod secundum continenciam priorum literarum nostrarum evocaloriarum pro parte agilibus viris de **Varalya** vocatis, quomodo ipsi nostri in presenciam constituti vniuersi ab vna, parte vero ex altera vniuersi de **Palfalwa** vocati similiter constituti, omnia sua iura de verbo ad verbum proponentes et vti comprobauerunt dicti de Varalya, vt sua iura ipsorum conprobancia cum vniuersis personis super faciem terre commetaneis, vicinis et capitanei honoris exercitus super metas et vti ordo iuris donauit ipsis scilicet Varalya, vt dictam super Palfalwa vocatam, vt quitquid super ipsos quesiuisset, scilicet Palfalwam ordo iuris donasset, insuper dampna sanguinis effusionem necnon dupplici pathvarie sunt convicti contra Varalya. Ideo firmiter precipiendo committimus et mandamus in persona serenissimi domini nostri regis vobis egregio **Andree Pan iudici regalium** ac Augustino eadem necnon vicegerentibus ipsorum, **capitaneo exercitu honoris ac vniuersis senioribus in sede Hudvarhel** vocatis, quatinus ad dictam faciem dicte possessionis Palfalwa accedere velitis personaliter, ipsosque amonere, vt de dampnis quinquaginta florenis auri puri sanguinis effusione necnou de dupplicis birsagijs amonere valeant, vt dictis Varalya vocatis satisfaccionem inpendant, alioquin committimus auctoritate nostra presenti, vt de bonis ipsorum dictis Varalya de dicta Palfalwa satisfaccionem inpendant; s. cum bonis ipsorum non peruenerint, extunc singula capita ipsorum retineri valeant. Secus non facturi, presentibus perlectis semper exhibenti restituti. Datum in Gergen feria tertia proxima ante festum beati Mathei, anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

(P. H.)

Eredetije papíroson, aljára nyomott zöld pecsét maradványaival, a gyulafejérvári káptalan levéltárából az **országos levéltárban (DI. 30844. sz.)**

464.

Vingárti Geréb János erdélyi főkapitány Hidvégi Nemes Bálint és több székely társa kérelmére átírja Zsigmond királynak Miklósvár szék részére 1404-ben kiadott szabadalomlevelét. Kelt Szász-Kézden 1459 május 15-én.

Nos Johannes Gereb de Wingarth parcium Transsylvanarum Supremus Capitaneus etc. Memorie commendamus quod nostri venientes in presenciam Nobiles et Agiles viri **Vaentinus Nemes de Hiduegh ac Damianus Ryppo nomine, Dominicus atque Blasius filij Georgij de Baroth, et Demetrius de Zebod (?) de Kewzepajtha** exhibuerant nobis quasdam litteras preceptorias quondam Serenissimi domini Sigismundi Hungarie etc. Regis, patenter emanatas, non abrasas, non viciatas, nec in aliqua sui parte suspectas, nec destructas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, petentes nos debita cum Instancia, vt tenorem earundem nostris in litteris inseri, transsumi et transscribi facere dignaremur, Juris ipsorum ad cautelam. Quarum tenor talis est: **Sigismundus Dei gracia Rex** stb. (Lásd föntebb 1404. évre 424. sz. alatt) Vnde nos supplicationibus eorundem Valentini Nemes et aliorum prenominatorum fauorabiliter inclinantes, tenorem prescriptarum litterarum nostris in litteris de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali inseri et transsumi facientes, eisdem Valentino et alijs prenominatis duximus concedendum. Datum in Zaazkezd feria tertia proxima post festum Pentecostes. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Nono.

Báthori Gábor 1610-diki átiratában megvan a **gyula-fejérvári káptalan levéltárában**. – Ezen átiratnak a káptalan által 1769-ben kiadott hiteles átirata megvan az **erd. Muzeumban (Jos Com. Kemény Codex Diplom. Transsumtorum XIII. köt.)**

465.

Lábatlani László székely ispán és főkapitány, Héderfáji István és Szentiványi Székely Mihály beszterczei ispánok, mint a király által

*Erdélybe külön rendelt bírák bizonyítják, hogy előttök Gothárd gy.-
fehéroári kanonok és Szentkirályi Gesztesi János úgy egyeztek meg,
hogy a mit a Gesztesi megveretése és börtönöztetése ügyében az álta-
lok választandó négy jámbor nemes Tordán nov. 3-án itélni fog,
abban 42 arany forint birság terhe alatt megnyugosznak. Kelt
Tordán 1459-ben, az országgyűlés 17-ik napján.*

**Nos Ladislaus de Labathlan Siculorum ac Supremus Capitaneus
necnon Stephanus de Hederfaija et Michael Zekel de zenthijwan
de Bistricia Comites, nunc vero per Regiam clemenciam pro fa-
ciendo moderatiuo Judicio in medio Nobilium Siculorum et
Saxonum**

parcium nostrarum Transsiluanarum Judices specialiter deputati,
Damus pro memoria Quod venerabilis dominus Gothardus et Cano-
nicus ecclesie Transsiluane ab vna, et **Johannes Gezthesij de Zenthky-
ral** partibus ab altera coram nobis personaliter constituti, per eos-
dem fassum extitit hoc modo Quod licet inter ipsos racione verbe-
racionis et captiuacionis prefati Johannis Gezthesij litis ef controuersio-
nis materiam coram nobis mouere debebant de parcium voluntate
ad tercium diem post festum omnium sanctorum proxime venturum
in opido Thorda personaliter constitui et causam ipsorum manibus
quatuor proborum et Nobilium virorum sub vinculo infra scripto
sub mittere debeant et teneantur, vt quidquid ijdem quatuor probi
homines disponerent et arbitrarentur, id ambe partes pro rato habere
debeant, et si qua parcium disposicioni et arbitramento dictorum
quatuor hominum non consentiret in Quadraginta duobus florenis
auri conuincatur et conuinci debeat Si autem prefatus dominus
prepositus die et loco in memoratis non constitueretur et ipsum
arbitramentum infringere niteretur, extunc in dictis Quadraginta
duobus florenis auri conuincatur ac prefatus Johannes Gezthesij
presencium vigore mediante suam accionem aquirere valeat atque
posset. Datum Decimo Septimo die congregacionis nostre antedecte
in loco memorato Anno domini Millesimo Quadringentesimo quin-
quagesimo Nono.

Eredetije, a hátára nyomott pecsét helyével, a gr. Teleki család
m.-vásárhelyi levéltárában (a rendezetlenek közt).

466.

Idősb Losonczy Dezsőfi László székely ispán, Vizaknai Miklós és Tarkői György alvajdák és székely alispánok megparancsolják Brassó város tanácsának, hogy a király parancsa szerint azokat a barczasági malmokat, melyek mindig a várakhoz tartoztak s melyeket hatalmasul foglaltak el, várnagyaiknak bocsássák vissza. Kelt Görögény várában 1460. jul. 13-án.

Ladislaus maior filius desew de lossoncz, Comes Siculorum Nicolaus de vizakna, et. Georgius filius Rycalif, de Thakew **(igy)** vieewayuode parcium Transsiluanus, **(igy)** et Siculorum vice Comites.

Sapienti ac prudenti viri nobis grate sincereque dilectj. Significamus vobis in eo quomodo Molendina terre Barcza, que scilicet Molendina Alias semper ad Castra pertinuissent nunc autem a Castris potencia ipsorum mediante, occupassent, et tenerent adhuc de presentj, bene constat vobis, vt quemadmodum literam domini nostri Regie Maiestatis videlicet preceptoriam per vos bene vidistis qualiter sonat, Aparent nostre Maiestati, vt qui Molendina potencia ipsorum tenerent illis manibus adiuuamen essetis, Pro eo harum serie presencium committimus vobis in persona Regie Maiestatis, Aliud habere nolentes, quatenus, statim visis presentibus illa prescripta Molendina quas occupassetis, ad predicta Castra, et ad manus Castellanis nostris remittere, et resignare debeatis, Manus autem vestras de illis extra recipere debeatis. Si feceritis benequidem, Alioquin sciatis firmiter quod secundum continenciam literarum domini nostri Regie Maiestatis, Hominibus nostris commisimus vt iterum ad predicta Castra occupare debeant. Cetera lator presencium clarius dicet vobis cui credere velitis tamque nostris prolatis Ex Castro Georgen die dominico videlicet in festo beate Margarethe virginis, Anno domini M^o quadringentesimo Sexagesimo.

Kivül: Sapientibus ac Prudentibus viris Judicj Juratis ceterisque Cinibus Ac totj communitatj Ciuitatis Brassouiensis Amicis nostris dilectis.

Eredetije papiroson zárt alakban, zöld pecsétje nyomaival, **Brassó város levéltárában.**

467.

Rozgonyi Osvát és idősb Losonczi Dezsőfi László székely ispánok az Udvarhely és Maros széki főtisztekkel és székelyekkel Szász-Kézden tartott gyűlésben, Nyárádtői Szél Simonnak néhai Nyárádtői Szél János leányai Briccia, Apollina és Anastasia ellen egy a Nyárád vizén lévő maloméért folytatott perében a peres malmot Szél Simonnak ítélik, az alperesek ügyvédjének Karácsonfalvi Péternek pedig huszonötöd magával, mind igaz székely fiakkal, Székely-Vásárhelyen az ő emberök előtt leteendő esküt ítélnék az iránt, hogy Szél Simonnak a malom elfoglalásával 40 arany forint kárt nem tett. Kelt Szász-Kézden 1460. október 9-én.

Nos **Osualdus de Rozgon, et Ladislaus maior filius deseu de Lossoncz, Comites Siculorum etc.** Memorie commendamus per presentes, Quod nobis feria tertia proxima, ante festum beati Galli confessoris, **vnacum Capitaneo, maiore exercitus, et Judicibus ac Ceteris Siculis de Sedibus Odvarhel et Marus,** pro quibusdam perarduis eorundem Siculorum negociorum expeditionibus necessario perficiendis, **ad Opidum Zazkizdi** convenientibus ¹⁾ in vnum, Agilis **Sijmon filius Jacobi dicti Zel de Naradthew** ²⁾, ad nostram et eorundem Siculorum veniendo presenciam proposuit eomodo. Quomodo ipse Briccium Apolinam et Anastasiam, filias condam Johannis similiter dicti Zeel de dicta Naradthew, racione et pretextu cuiusdam Molendini **in fluuio Narad** decurrentis, in cuius dominio per ad Judicacionem Magnifici **Ladislai de Labathlan, Siculorum Comitis** literatenus factam, quam pre nostris obtulit oculis reuidendam, demumque per literas Spectabilis et Magnifici domini Michaelis Zylagj de Horogzegh perpetui Comitis Bistriciensis ac parcium Transsiluanarum Gubernatoris introductorias, et Statutorias, pariter et Euocatorias, **Capitaneo maioris exercitus, et Judicibus, Opidi Zekelvasarhel** loquentes, necnon Johannis Greb de vyngarth, similiter parcium Transsiluanarum vicegubernatoris, relatorias econuerso ipsi Capitaneo et Judicibus antedictis exinde confectarum interpositas, foret Introductus, Quas per ordinem nobis et eisdem Siculis produxit mani-

¹⁾ E szerint ekkor a székely ispánok Udvarhely és Maros szék közgyűlését a székely földön kívül, a Segesvár széki Szász-Kézd mezővárosában tartották

²⁾ **Nyárádtó Maros** széken.

feste reuidendas, Petrus filius Michaelis de **karaczijonfalva**, procurator annolatarum filiarum dicti condam Johannis Zel et indebite diuersimodo impediret molestaretque, potencia sua inediante. Inpreiudicium suum ac dampnum Quadraginta florenorum auri se extendens, satis ingens, nostris literis Euocatorijs contentis ad nostram Euocasset in presenciam. Quo audito prelibatus Petrus filius Michaelis similiter ad nostram et eorundem Sicularum exurgendo presenciam, retulit eomodo, Quomodo ipse in nullo memoratum Symonem inpediisset, sed et neque intra Molendinum istud vllo vnquam

tempore fuisset, neque in dictis Quadraginta florenis eundem dampnificasset, Et nullum factum ad eundem (**igy**) Molendinum habuisset, neque haberet eciam de presenti, Vnde nos auditis ambarum parcium propositiõibus, et allegacionibus, visisque tot literis, et literalibus Instrumentis ac alijs certis probabilibus documentis per annotatum Symonem filium Jacobi Zel pro eo porrectis, per prefatum vero Petrum filium Michaelis nichil prodiictis, ad Judicandum commisimus eomodo, vt memoratus Symon filius Jacobi Zel in pacifico dominio ipsius Molendini contradiccione prelibatarum filiarum pretacti Johannis Zel et ipsius Petri filij Michaelis non obstante. perpetuo permaneat, Antefatus siquidem Petrus filius Michaelis de dicta karaczijonfalva, super eo quod eidem Symoni Quadraginta florenorum auri dampna modo pretensato non intulerit, feria quinta proxima, ante festum vndecim Milia virginum proxime affuturum, **vigesimoquinto se de et sub sonitu vnus Campanæ hominibus, Sicularum videlicet filijs existentibus, die scilicet Judiciarie (igy) In Opido Zekelvasarhel Juramentum Coram homine nostro ad Id deputato deponere debeat et teneatur**, Harum nostrarum testimonio literarum mediante, Datum in dicto Opido Zazkyzdi die et termino prememoratis Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo.

(P. H.)

Eredetije papiroson, az erdélyi kincstári levéltárból, az **országos levéltárban**.

468.

Istenmezei Albert székely alispán fölhívója a brassai tanácsot, hogy az általa Radul Mircse oláhországi vajdával kötött fegyverszünetet

a megállapított határideig szorosán tartsa meg, mert annak megtartását törcsvári várnagyainak ő is megparancsolta. Kelt Kolozsvártt 1462. aug. 25-én.

Sagaci viri Amici nostrj Carissimi, presencium serie rogamus vestras dilecciones et prudencias, quatenus, Trewgas pacis cum Illustrj principi Radol mirche wayuode parcium Transalpinarum per nos vsque adterminum prefixum dispositas firmiter et inuiolabiliter obseruare vsque ad illud certum tempus quem disposuistis velitis Scripsimus enim per alias literas Castellanis nostris in Castro Terch constitutis, vt et ipsi iuxta dispositionem nostram ipsas trewgas pacis bonomodo et Inuiolabiliter obseruare debeant et teneantur Insuper hominibus nostris Inquibus poteritis petimus subueniatis. Datum in Closwar In festo Assumpcionis Beate Marie **virginis** Anno domini etc. LXij-do.

A dominis autem Rege et Waywoda ac Regni Nobilibus nichil formidetis in hac parte, quia aliud habent facere.

Albertus de Istenmezeye
vicecomes Siculorum etc.

Kivül: Sagacibus viris Judici et Juratis ac vniuersis consultati in Ciuitate Brassouiensi constitutis et conmorantibus Amicis nostris dilectis.

Eredetije zárt alakban, pecsét helyével, **Brassó város levéltárában.**

469.

Rozgonyi Rajnáld székely ispán visszavonja azt a levelét, melyet Szekeres Tamásnak, Nátafalusi Csontos Radnót Zahorral elszökött jobbágyának, adott volt, hogy elfoglalt javaiért említett földes ura jobbágyainak javait törvénnyel vagy törvény nélkül lefoglalhassa. Kelt Varanón 1463. máj. 15-én.

Rijnoldus de Rozgon Siculorum etcet. Comes vniuersis et singulis Caslellanis et vicegerentibus necnon Iudicibus et Juratis ceterisque populis presencium noticiam habituris Salutem cum honore. Licet quasdam literas Thome Zekeres Jobagioni nostre (**igy**) in Zachur commoranti concesseramus, qui de possessione Nobilis **Radnoltj**

Chontos de Natafalwa clandestine recesserat, vt pro suis Rebus et Bonis per ipsum Radnoldum ab ipso Thoma receptis arestare possit et valeret, tandem visa Justicia dictj Nobilis Radnoltj eidem Radnoldo gratiam fecimus, vt siue legittime sit siue aliter idem Thomas Zekeres, pro suis Rebus Jobagiones dicti Radnoltj aut Res arestare non valcat et nec possit, in cuius Rei euidenciam presentes literas nostras eidem duximus concedendas. Ex varano sabatho proximo Ante festum Sophie virginis Anno domini Millesimo CCCC Sexagesimo Tercio.

(P. H)

Eredetije papiroson a **Nátafalusi család levelei közt.**

470.

Az erdélyi nemesség közönsége fölhitója Brassó városát, hogy a király koronázása ügyében és saját érdekében nov. 13-án az Aranyos széki Kocsárd falu mellett tartandó országgyűlésre küldje el előkelő követeit. Kelt Tordán 1463. oct. 15-én.

Vniuersitas Nobilium parcium Transsiluanarum, Ad octauas festi beati Michaelis Archangeli supervenientis, Circumspectis et honestis viris Judici Juratisque Senioribus Brassouiensibus, presentium noticiam habituris, debitam reuerenciam cum honore, Noueritis Quod quia ad honorem solempnitatis Coronacionis Regie maiestatis, et eciam super mentibus nostris tractandis, generalem congregationem nostram die dominica proxima post festum beati Martinij Episcopi et confessoris, **Ad villam Koczard vocatam In Sede Siculorum Sedis Aranijas**, Cis fluuium Aque Marwsij fieri debere decreuimus, quam cum consilio vestre honestatis concludere pretendimus, pro eo vestram honestatem presentibus Requirimus, quatenus, pociores ex vobis ad dictam congregationem, diem et locum ad prefixos mittere velitis, vt de mentibus et votis vnanimi voluntate et pari tractatu, remedium remedium (igy) cogitare valeamus opportunum, Datum Thorde in profesto beati Gallij confessoris, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Tercio.

Kivül: Brassouiensibus.

Eredetije nyilt alakban, **Brassó város levéltárában.**

471.

Dengelegi Pongrácz János erd. vajda és székely ispán meghagyja a szebeni tanácsnak, hogy a király levele értelmében, az ország végzése szerint, nagyobb és kisebb ágyuikkal s hadi gépeikkel decz. 28-ra Kolozsvár alá jőjenek, s a hét és két száz szék részéről 1000 lovast küldjenek segítségére. Kelt Kis-Kapuson 1463. decz. 17-én.

Johannes Pongracz de Dengelegh Wayuoda Transsylvanus **Sicilorumque Comes** Prudentibus et Circumspectis, Magistris Ciuium, Judicibus Juratis ceterisque Ciuibus et populis Consulatuique et toti communitati Ciuitatis Cibiniensis, Salutem et dileccionem, Peroptime Intellexistis litteras regias, et exinde periculum, ad nos aduentatum per Cluswarienses illatum, cognouistis, Vnde nos ad petitionem vestram et dispositionem regnicolarum, In Mille Equitibus reuisimus, Et proeo In factis istis hunc Egregium Nicolaum Juniorem de Wijzakna cum presentibus ad vos duximus transmittendum, Igitur vobis, in persona firmiter committimus et mandamus, quatenus visis presentibus, Juxta allegacionem huius Nicolai Junioris de Wijzakna, cum pixidibus et Bombardis vestris maioribus et minoribus cum pulueribus, et ceteris Ingenijs et Machinis ac armamentis, penes nos pro subsidio sub Ciuitatem Cluswar, ad feriam quartam proximam post festum Natiuitatis domini erga nos venire debeatis, memoratosque Mille equites cum Septem et duarum Sedium Saxonibus, ad terminum predictum nobis transmittentes, Promittimus enim, quod omnia Bombarda et pixides vestras, et armamenta, fide nostra mediante per eundem Nicolaum, rursus et vobis transmittemus, et restituemus Cetera dicet lator presencium videlicet Idem Nicolaus cui fidem adhibeatis in dicendis tanquam nobis Secus non facturi. Datum In kyskapws Sabbatho proximo post festum Beate lucie virginis anno domini Millesimo quadringentesimo lx-mo tercio.

(P. H.)

Relacio Nicolai Sykesd.

Eredetije papiroson, a **szász nemzeti levéltárban (IV. 505.)**

472.

Mátyás király megparancsolja a Sepsi, Kézdi, Orbai és Csik széki székelyeknek, hogy a brassai és barczasági szászokat a Moldvával való kereskedésben szokatlan fizetésre szorítani s akadályozni ne merjék. Kelt Budán 1464. ápril 13-án.

De commissione Domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris **vniuersis et singulis Siculis necnon senioribus et Capitaneis Sicularum Sedium Sepsij necnon Orbaj Kijzdij et Chijk** vocatarum parcium Transsiluanarum Regni nostri Alijs eciam cuiusuis status et condicionis hominibus in terra Sicularum nostrorum comorantibus quibus presentes ostenduntur Salutem et gratiam Expositum est maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Judicis et Juratorum Ciuium necnon communitatis et Saxonum Ciuitatis nostre Brassouiensis et terre Barcza, qualiter vos super eos dum ipsi uel aliqui ex eis in partes Moldauienses pro adquisicione victuum suorum, cum eorum rebus pergerent, uel ab eisdem partibus Moldauiensibus res ducerent, quandam inconsuetam solutionem exigeretis, atque eos aliterquoque variomodo impediretis, ita ut propter hoc negociationem eorum, quam alias secure exercuissent, nunc exercere libere non possent, unde supplicatum est maiestati nostre nominibus eorundem, ut ipsis de remedio opportuno prouidere dignaremur, Et quia nostro ex suscepti nostri regiminis officio interest quemlibet Regnicolarum nostrorum in libertatibus suis conseruare. Ideo uobis et cuilibet uestrum firmissime mandamus, quatenus, a modo imposterum a prefatis Ciuibus et Saxonibus Ciuitatis nostre Brassouiensis et terre Barcza dictam inconsuetam solutionem exigere uel eos aliter impedire non presumatis, nec sitis ausi modo aliquali Quocirca si aliter faceretis extunc serie presencium committimus fidei nostro Magnifico Johanni pangracij de dengeleg waijuode nostro Transsiluano et Comiti Sicularum suisque vicecomitibus, ut ipse vos et quemlibet uestrum ab huiusmodi inconsuetarum solutionum exactione eciam per grauamina uestra et omnia alia opportuna remedia arcius retrahat atque Inhibeat, Secus ergo non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Bude feria sexta proxima ante

festum Beatorum Tiburcij et valeriani martirum Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto Regni nostri anno septimo Coronacionis vero primo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

473.

Szentgyörgyi és Bazini gróf János erdélyi vajda és székely ispán, mint a Sepsi, Kézdi és Orbai széki főemberek és köz székelyek közt folyt viszály eligazítására a király által kiküldött bíró, az említett székek régi törvényeit és jogait megvizsgálván, azokat megújítja és pontokba foglalva mind két félre nézve kötelezőleg kiadja. Kelt Zabolán 1466 január 20-án.

Nos Johannes Comes de Sancto Georgio et de Bozin Waijuoda Transsiluanus Siculorumque Comes Omnibus christi fidelibus Tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium saluatore. Cum unaqueque gens proprijs eorum legibus et Juribus illesi per eorundem superiores et pociores conseruantur Terra de eorum populositate ampliatur et decoratur Sin autem poterit defacili desolari ac domus supra domum cudi, Regia siquidem Serenitas Considerans fideles suos Siculos in confinibus Regni sui parcium Transsiluanarum In Sedibus videlicet Kyzdi Orbaij et Sepsi commorantes, per pociores in eorum medio existentes, multipharie multisque modis Nimio oppressionis grauamini esse deditos ac de eorum proprijs legibus et Juribus abantiquo per diuos Incliti Regni Hungarie Reges eisdem graciose collatis et approbatis per pretactos pociores penitus eiectos et ewlsos. Compaciensque ipsorum miserie ac oppressionibus Quibus ijdem per eosdem pociores angariebantur volensque Sua Serenitas nos inter(mediato)res ipsis apponere. Vt reuisis eorundem Siculorum antiquis legibus et Juribus Ipsos perpetua et antiqua solidemus libertatum prerogatiua, qua et altissimo deo graciaram acciones et regie Serenitati perpetuo fid(elem) valeant exhibere seruitutem. Adunatis siquidem nobiscum nonnullis Magnificis et Egregijs ac Nobilibus pocioribus videlicet prelacti regni

parcium Transsiluanarum Sedet quamplurimis Siculis de vniuersis Sedibus Siculicalibus Conuocatisque v tam pocioribus tamque communitatum prenotatarum Sedium hominibus, Antiquisque corundem legibus et Juribus quibus ab antiquo vsi sunt et grauisi recensitis, Tenoribusque quarundam literarum condam Illustris principis domini Johannis de Hwniad (regni) Hungarie tunc Gubernatoris (Qui)bus Juribus et legibus Ipsos Siculos potiri ac frui comiserit visis ac intellectis, Easdem innouantes In persona Serenissimi principis et domini domini Matthie dei gracia Hungarie Dalma-cie (Reg)is, domini nostri graciousissimi Inter prenomina-tos pociores et communitatem dispositionem et ordinationem per-petue et irreuocabiliter articulis et Vinculis sub infra nominandis tecimus et conclusimus obseruandam. Primo o est Vt communitas Siculorum (seru)ituti maiorum et Seniorum non sit subiecta Sed quemcunque maluerint liberam seruiendi habeant fa-cultatem, Demptis duntaxat, qui in proprijs terris Seniorum manent. Eciam hij non put seruituti subiugari Sed cum se voluerint libere mansuri alias transferre valeant Item statutum est vt eadem communitas Senioribus seu maioribus arare metere falcare et ad queuis seruiciorum genera de Jure non sit (obligata, nisi) ad ea eorum aliquis induci valeat rogatibus. Item si communi-tatum aliquis sub alterius seniorum proteccionem consuetudine ipso-rum requirente ire voluerit, et se alteri submittere, liberam habeat facultatem ad us voluerit, sine omni impedimento et exaccione aliquali. Item compositum est vt quemadmodum duodecim Jurati in Sede Kyzdi sunt constituti Ita et in alijs prescriptis duabus Sedibus duodecim iurati eligantur Qu(orum)tas de Senioribus Dualitas vero ex communitate ipsa constituentur, ad discernendas et diffiniendas in medio eorum omnium causancium causas, qui per circulum et reuolucionem vnus anni integri in huiusmodi ho-nore et vi (consi)stant Et sic singulis annis sese sequentibus Jurati ipsi mutuatim si opus fuerit constituentur Vbi et primipilus siue Capitaneus necnon Judex terrestris sed et regius index dicta-rum Sedium tempore suo intersit Et omnia Jura fructus et prouen-tus horum, videlicet Capitanei et Judicum, Ipsi duodecim Jurati extradent, nec quidquam vltra ipsorum Juratorum adinuencionem dicti Capitanei et Judices sed neque seniores inquirere possint Et

si Judex regius voluerit Judicem terrestrem trina vice per anni circulum pro suis Juribus et Birsagijs ad prestandum iuramentum compellere et astringere potestatem habeat, Ipseque index regius pro suis Juribus et Birsagijs teneatur venire ad Sedem Judicariam In presenciaque iuratorum et Seniorum sua Birsagia requirere et repetat. Et si eidem de aliquibus sedibus reddi abnegabuntur, extunc ipse iudex regius quemcunque hominem de huiusmodi Sede reperierit cum Judice de Opido prasmari in eodem Opido arestare valeat, deindeque asportare non debeat vsque diem quintum decimum. Ipsoque die quinto decimo Judex terrestris ipsas res arrestatas ab illac teneatur eliberare. Conclausimus autem vt Judices terrestres et Capitanei interim sedem Judicariam capescere aut Judicium facere nequeant, donec Jurati assessores modo premissis constituentur. Et si fortasse Jurati ipsi propter mentis ipsorum obscuritatem et animi debilitatem causam alicuius recto Juris tramite adiudicare ignorant, extunc pars de eorum Judicio non contentans ad Sedem Odwarhely sub prouocacionis et appellacionis via, tandemque si voluerit Comitem Sicularum, et ex post Regie Serenitatis presenciam more in hac parte antiquitus obseruato transferre possit. Subiungendum vt quilibet suam causam in proprijs eorum Sedibus Judicarijs et non alibi prosequatur Et ut ipsi Jurati in eorum Sedibus honorifice tractentur disposuimus ut quicumque hominum ipsis Juratis in eorum Sedibus Judicarijs aliqua vituperosa vel inepta verba obtulerit contra eosdem ac eisdem verecondiam fecerit, extunc in emenda sue lingue videlicet duodecim marcis conuincatur. Item si Juratorum aliquis die seu termino Judicario in Ipsorum sede aut infirmitate preuentus aut alijs negocijs arduis occupatus interesse nequiret, denique dualitas, iimo et medialitas ipsorum Juratorum conuenientes perfecta ministraturi sint iudicia. Capitaneorum autem et Judicum facultates in fassionibus et attestacionibus in vigore pristino permaneant cum effectum. Item si quem ex Juratis constitutis vel constituendis contra edictum et ordinacionem prescriptam laborare aut iura alicuius scienter occultare seu falsificare intellexerint, habita prius superinde veritatis inquisitione, communi regnicolarum voto dignus sit excoriacionis crimine condemnari et cutis eius straminibus impleri. Item decreuimus vt nullus omnino hominum quempiam indebite inuadiare possit. Quod si in campo fecerit, in

notam latrocinij, Si vero in villa, in facto potenciali illico conuincatur. Sed vnusquisque suum debitorem aut debitores in sedibus et coram Iudicibus eorum ordinarijs Jure mediante prosequatur, ecciam suum debitorem facie ad faciem repertum aut res pro sui parte Juri consecutas non de per se sed per communem Judicem arestari queat, alias honeribus in pretactis incidat. Statuimus ecciam vt honores sew officiolutus in ipsorum Siculorum medio nec precio nec potencialiter contra alicuius voluntatem, cui videlicet talis honor pertinet, nullus pro se habere possit, nisi bona voluntate alterius in hac parte consencientis, Alias in amissionem Capitis ac rerum et bonorum suorum Vniuersarum talis incurrat eo facto. Item voluimus ut nullus omnino hominum quemquam viatorem per has prouincias proficiscentem Cuiuscunque status condicionis et linguagij ac de quibuscunque partibus regionum chresticolarum existant In personis rebusque et bonis nullatenus impedire aut dampnificare presumat Nisi a regia maiestate aut Comite Siculorum habuerit quis hoc litteratorie in mandatis. Ordinauimus ecciam vt quencumque et ad quemque exercitum Vniuersalem vel particularem versus quascunque partes ipsi Siculi protecturi essent, extunc nullus omnino eorundem victualia absque precio vel alia bona et res a quocunque recipere debeat Qui si receperit in amissione vnus manus aut oculi conuincatur. Item vt Sacerdotes in medio ipsorum existentes prelati eorum obedire teneantur, Statuimns ut singulis Sinodis singuli sacerdotum interesse debeant, Et quicunque sacerdotum exinde literas episcopales pro sui parte presentare nequierit, tales de sede extra plebaniam eorum eiciantur. Item voluimus Et animo deliberato decreuimus Vniuersa iudicia et iudiciorum genera sub eleuacione cuiusdam nephandi Nicolai Seruitoris dicti Capitanei vsque modo qualitereunque et sub quocunque colore medio tempore guerrarum facta vana cassa et viribus caritura presentibus reuocanda per omnia reliquisse Item preterea ordinauimus vt nullus potens in aliqua villa causa commorandi, in qua videlicet hereditates et iura non habet, absque consensu villanorum descendere habeat facultatem. Item vt Judex terrestris vltra tres equites descensum nullum inter cos facere debeat. Et quilibet Judex terrestris solum vnum vicegerentem in persona sua constituere debeat, qui in sua persona procedat, et non plures. Neque idem vicegerens aliquem vel aliquos loco sui substi-

tuat, sed per se tantum in persona dicti Judicis procedat, Alioquin processus aliorum inuigrosi permaneant. Statuimusque super omnia premissa vt quiscunque et quicunque dictorum Sicularum maiorum vel minorum, in quibus presentes rixe guerre inhouate fuerunt, hanc nostram ordinacionem in commodum perpetue pacis et vnionis stabilitatem editam retractare attemptaverit, Ita videlicet vt communitatem ipsam rursus in seruitutem pristinam teneri et redigi voluerit, extunc offensus sew dampnificatus contra huiusmodi libertatis prerogatiuam iuratis ipsis hec narrare debeat, vbi scilicet talis offensio facta fuerit, comperta superinde certitudinis mera veritate Jurati tandem ipsi Comiti Sicularum pro tempore constituto scire dare debeant. Ipse vero Comes talem uel tales modo premissis excessos Capitibus rebusque et bonis Vniuersis priuare debeat vlla absque spe gracie. Item postremo statuimus vt si egra communitas dictorum Sicularum temporum in processu talismodi sediciones rixas guerras et discordia, aut hijs similia particulariter uel vniuersaliter incitaret, extunc talis uel tales in amissione capitum ac rerum et bonorum suorum Vniuersorum conuicti sint, neonon notam perpetue infidelitatis incurrant, Et insuper cuncta Jura et libertates ipsorum, quibus ex diuorum regum annuencia et clemencia vsi fuerant et gauisi, amittant eo facto. Interserimus ecciam vt res et bona seniorum tempore prenarrate guerre per dictam communitatem ablata eisdem vsque diem tercium datarum presencium reddi debeant, domusque dictarum Seniorum per eandem communitatem aut distracte aut igne combuste vsque festum Natiuitatis Beati Johannis Baptiste proxime venturum sub scripta pena note perpetue infidelitatis reedificari per sepedictam communitatem debeant, et ad ea obligati existant. Ad que omnia premissa et queuis premissorum singula dicti pociores et maiores ac tota communitas se sponte obligant coram uobis vinculis suprascriptis. In quorum omnium premissorum veritatem firmitatemque perpetuam presentes literas nostras sigillo nostro munimine roboratas duximus eisdem concedendas. Datum in villa Zabola feria secunda in festo Beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

(P. H.)

Eredetije elrongyollott papiroson, Szentgyörgyi János erdélyi vajda vörös viaszba nyomott pecsétjével, **Brassó város levéltárában.**

474.

Szentgyörgyi és Bazini János gróf, erd. vajda és székely ispán, Hidvégi Nemes Bálint panaszára azt az illyefalvi székely örökséget, mely néhai Uzoni Györgyről 6 éves fiára Miklóstra szállott, s melybe Ernyei Pál magát az említett örökös és rokonai tudta nélkül beigtattatta, egy telket kivéve, melyet Ernyei Pál saját költségén szerzett vissza, Uzoni Miklósnak visszaitéli. Kelt Brassóban 1466. febr. 11-én.

Nos Johannes Comes de Sancto Georgio et Bozin, Wajjnoda Transsiluanus Siculorumque et Zolnok mediocris Comes, Memorie commendamus, Quod nobis feria tertia proxima ante festum Beati Valentini martiris vna cum certis Nobilibus ac Siculis in Ciuitate Brassouiensi in iudicio nobiscum existentibus, **Nobilis Valentinus Nemes de Hijdweg** nostram veniendo in presenciam, presente et audiente **Paulo Zekel de Hernye** nobis detegere curauit eomodo, Quomodo Idem Paulus quasdam hereditates vtputa loca molendinorum fenilia terrasque arabiles et quandam sessionem **in Villa Illyefalwa** et eiusdem territorio omnino existentes et habitam, per condam **Georgium de Vzon** a diuturnis temporibus pacifice possessas et per consequens in Nicolaum filium eiusdem Georgij in tenera etate constitutum vsque in presenciarum pacifice deuolutas ipsis Valentino et dicto Nicolao Juuene sed et alijs fratribus et consanguineis ipsorum penitus inscijs sibipsi Idem Paulus de Ernye statui fecisset, Quo auditq̄ prefatus Paulus de Ernye licet prescriptas hereditates Jure mediante coram vice Comite et Juratisassessoribus obtinuisse et elucrasse asserebat, Tamen quia ipsas hereditates in dictum Nicolaum Juuenem ab auo et patre suis ex quorundam Juratorum assessorum et aliorum fidedignorum hominum relatibus deuolutas et per ipsum modo pretensato pacifice possessas fore comperimus, Sane quia prefatus Nicolaus Juuenis coram nobis oblatus quasi sex annorum fore videbatur, Ideo vna cum pretactis Nobilibus et Siculis in prescriptarum hereditatum dominio eundem reliquimus, dempto dumtaxat prescripto loco ses-

sionali, In cuius dominio prelibatum Paulum de Ernye, ex quo Idem de manu aliena eundem locum Jure mediante reobtinuisset, similiter pacifice relinquimus, Sic videlicet vt dum prefatus Nicolaus luuenis maturam et perfectam etatem attingerit quidquam accionis et adquisicionis ratione prescriptarum locus (i gy) sessionalis ac ceterarum hereditatum in alterutrum mouere intenderint Id iuridice prosequi valeant presencium per vigorem. Datum Brassouie feria tertia post festum Scolastice virginis et martiris, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto.

Eredetije papiroson, alján kerek pecsét nyomaival, **a pesti kegyesrendi ház irattárában.**

475.

Pongrácz János erdélyi vajda megbízó levele a szebeni tanácshoz küldött embere Sikesd Miklós székely alispán részére. Kelt Budán 1470. január 6-án.

Prudentes et Circumspectj nobis dilectj Misimus Ecce Hunc Nobilem **Nicolaum Zikesd vice Comitem nostrum Sicularum** Erga vos pro quibusdam certis nostris rebus vobis Referendis Rogamus ergo vestras prudencias quatenus dictis ac relatibus eiusdem fidem credencie adhibere velitis tanquam nostra persona vobiscum constituta, Ex Buda in festo Epiphaniarum domini Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo

Johannes pongracz
Wayuoda Transsiluanus.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Judici Regio ac Magistro Ciuium Juratisque Ciuibus Ciuitatis Cibiniensis nobis dilectis.

Eredetije papiroson, zárt alakban, pecsétje nyomaival, **a szász nemzeti levéltártan (II. 208.)**

476.

Teremi Sikesd Miklós székely alispán és törcsvári várnagy megbízó levele a szebeni tanácshoz küldött embere Nagy György részére. Kelt Náznánfalván 1470. január 14-én.

Sincere salutacionis omnem Amiciciam, Regali ac Circumspecti viri nobis multum honorandi, En misimus familiarem nostrum nomine Georgius magnus pro quibusdam negocijs et arduis coram vestris dominacionibus peragendis et perferendis, petimus vestras dominaciones ac Amicicias harum serie presencium, quatenus, fidem eidem credituam adhibere velitis tamquam proprie nostre persone Ex **Naznanfalva** In dominica ante testum Anthoni confessoris Anno Domini M-o CCCC-o septuagesimo.

Nicolaus Sikesdh de Theremi
Vice Comes Siculorum necnon
Castellanus Castri Terch.

Kivül: Regali ac Circumspecto viro Judici, Judicique Regio ceterisque Ciuibus In Cibinio existentibus nobis multum honorandis.

Eredetije papiroson, zárt alakban, pecséttel, **a szász nemzeti levéltárban (II. 8.).**

477.

Kérei István, a Maros széki székelyek alispánja és görgényi várnagy, Dengelegi Pongrász János erd. vajda és székely ispán parancsa szerint, Szentannai Tóth Istvánnak Jobbágyistvánfalván a Nyárád vizén lévő ősi malmát, melyet tőle Jobbágyistvánfalvi Jánosi Albert hatalmasul elfoglalt, a hely színén tartott törvényes vizsgálat után visszaítéli, annak birtokába őt Maros szék tisztjeivel beigtattatja, Jánosi Albertnek pedig örök hallgatást parancsol. Kelt Görgény várában 1470. decz. 27-én.

Nos Stephanus de kere Vice Comes Siculorum Sedis Moros et Castellanus Castri Gijergen. Damus pro memoria per presentes tam presentibus quam futuris, Quomodo nobis fuit presentata quedam littera patens per Egregium **Stephanum Thoth de Zenthanna**

Magnifici Johannis Pangracz de Dengeleg Waijuode Transsiluani ac Comitum Siculorum nobis sonans in hec verba, Johannes Pongracz de Dengeleg waijuoda Trassiluanus et Comes Siculorum, Nobilibus viris Castellanis et viceCastellanis nostris in Castro Gijergen, Item, viceComitibus nostris in sede Moros constitutis Salutem, exponitur nobis in persona Egregij Stephani Thoth de Zenthanna ad modum querere, quod Albertus Janossij dictus, de **Jobagisthwanfalwa** quoddam Molendinum in fluuio **Nijarad** decurrentis intra metas eiusdem ville existens, quod ipse exponens per eundem Albertum ac alios fratres suos coram vobis Juridice elucratus obtinisset, potencialiter in preiudicium ipsius exponentis et dampnum manifestum, Et quia ex Juribus prefati exponentis ijmmo verius litteris optencionalibus vestris coram nobis productis, prefatum exponentem ad id Molendinum efficax Jus habere vidimus etc. Vnde nos visa et intellecta ipsa littera, misimus fideles nostros viceCastellaneos videlicet Albertum Belkenij et Ladislaum magnum vt ipsi constitutis secum Capitaneis ac Judicibus terrestribus ac Senioribus Sedis Moros, vt ipsi convocarent omnes vicinos et Nobiles ac qui metas et territoria in proximo haberent, ad faciem eiusdem Molendini et eciam ambas partes litigantes in presenciam ipsorum astare facerent, et impublico ac manifesto interrogarent quis illarum parcium efficax Jus ad id Molendinum haberet, et quem ipsorum de Jure concerneret, vn le sic quesitis et interrogatis ipsis senioribus et vicinis respondendo fassi sunt, quod nec progenitores ipsius Alberti Janossij nec ipse Albertus Janossij vmquam ibi molendinum habuisset neque scirent neque audiissent, sed scirent hoc quod ad filios Stephani Thoth a suis pregenitoribus condescendisset, et ipsum Stephanum Thoth ac filios suos id Molendinum Jure hereditario concerneret, eciam ipso Alberto Janossij de dicta Jobagisthwanfalwa cum suis fratribus presencionaliter et personaliter ibi existente, nil penitus voluerunt respondere et contradicere. Ideo nos prefatum Stephanum Thoth de Zenthanna in dominium eiusdem Molendini per nostros fideles antedictos viceCastellaneos Capitaneos Judices terrestres et seniores prefate Sedis Moros iuxta legem et consuetudinem Siculorum fecimus statui et introdacj Judicaria nostra auctoritate mediante, Judicandoque prefatum Molendinum intra metas possessionis Jobagisthwanfalwa prefate in fluuio Nijarad decurrens

sepedicto Stephano Thoth in filios filiorum suorum ac heredum per heredes perpetue possidere tenere pariter et habere irreuocabiliter, prefatoque Alberto Janosij cum suis fratribus ratione prefati Molendini perpetuum silencium Imponendo In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes literas concessimus priuilegiales Sigilloque nostro duximus consignandas. Datum in Castro Gijergen in festo Beati Johannis Apostoli et Ewangeliste post festum Natiuitatis domini nostrj Jesu Christi, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Eredetije papiroson, a **Deák Farkas hátrahagyott iratai közt talált eredeti oklevelek közt.**

478.

Bándi Benedek császári jegyző, a székelyházai paulinusok perjele Miskei Benedek kérelmére, hitelesen kiadja néhai Toldalagi András végrendeletét, melyben őseitől öröklött s Mátyás királytól új adományban nyert birtokát, a Görgény vármegyében a Maros széki kerületben fekvő Toldalag helységét, négy telken kívül, melyeket két leányának Margitnak és Zsófiának hagyott, a maga és rokonai lelki üdvéért a szentkirályi paulinus kolostornak hagyományozta, egy halastóval és azon lévő malommal együtt, úgy azonban, hogy azon halastóból a paulinusok lehetőleg juttassanak halakat a minoriták vásárhelyi és felfalusi kolostorainak is, és a toldalagi parochialis egyházat isteni tisztelet nélkül ne hagyják; továbbá 28 forintban elzálogosított némai és nyulasi részjóságait a toldalagi egyháznak, Pókán, Ercsén, Majoson, Faragón, Maróczon és Tancson szerzett részjóságait nejenek és két leányának, ezeken kívül pedig minden vagyonát nejenek Margitnak hagyta, úgy hogy a mi azokból neje halála után megmarad, a szentkirályi kolostorra szálljon. Kelt a szentkirályi paulinus kolostorban 1471. october 26-án.

In nomine Domini Amen! Anno natiuitatis eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo primo, Indiectione quinta, die Jouis, mensis Octobris vigesimo sexto die, hora magne misse vel quasi, in ambitu seu cemeterio **Claustri Beate Virginis super promontorium possessionis ville de Zentkiraly fratrum Heremitarum Sancti**

Pauli primi Heremite sub regula Sancti Augustini constructi et fundati, Pontificatus siquidem Sanctissimi in Christo patris et domini domini Pauli diuina prouidencia Pape secundi, anno eius septimo, In mei notarii publici, testiumque infrascriptorum personis, personali presencia constitutus vir venerabilis et religiosus **frater Petrus de Miska, fratrum heremitarum prior de Szekelyhaza** ad rei memoriam firmitatemque perpetuam per modum protestacionis significare curauit eo modo, Quod nobilis vir pie memorie et felicitis recordacionis Andreas de Tholdalag, de medio nostri iam sublatus, in vita sua pariter et in morte, dum ipse laboraret in agone, tale fecisset testamentum, imo fecit, coram me notario et testibus fidedignis in infrascriptis in his verbis.

Ego siquidem Andreas de Tholdalag, prostratus licet eger in corpore, mente tamen sanus, et per omnia compos, ex voluntate domini creatoris, sub cuius nutu consistunt omnia, sentio me esse moriturum et ad futurum spectaculum ire, Inter ceteras meas saluberrimas dispositiones tale condo testamentum. Jam primo **possessionem meam Tholdalag vocatam in Comitatu de Gherghen sub districtu sedis Marus existentem** ¹⁾ iure hereditario me ab auo et prothoauo concernentem, insuper e nouo donacionis titulo per Serenissimum dominum Regem Mathiam Regni Hungarie redditam, propter perpetuam missam, ob salutem meam et refrigerium parentum et fratrum meorum, futuris temporibus semper obseruandam et celebrandam, lego Claustro beate Marie virginis in promontorio possessionis ville de Zentkiraly fundato, et perconsequens fratribus heremitis sancti Pauli primi Heremite sub regula Sancti Augustini degentibus et existentibus, demptis tamen quatuor sessionibus Jobagionalibus, quos lego duabus filiabus meis, Margarethe scilicet et Sophie, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis ad id spectantibus, Item syluis, nemoribus, pratis, fenetis, terris arabilibus, vineis cultis et incultis, Item eisdem fratribus Heremitis unam piscinam per me de nouo reformatam et paratam, cum uno molendino super dictam piscinam et lacum piscine decurrente, Ita tamen, quod

¹⁾ **Toldalag** Torda vármegyei helység itt azért van Görgény vármegyében Maros szék kerületében fekvőnek írva, mert a görgényi vár hatósága alatt állott; ezen vár s a hozzá tartozó uradalom birtoka pedig ezen korban a székely **ispán** tisztségéhez volt kapcsolva.

de piscibus piscine iidem fratres heremite iuxta possibilitatem et industriam ipsorum, quantum potuerint, etiam fratribus minoribus de obseruancia prouidere **ad duo Claustra, videlicet ad Vasarhely et ad Felfalu** *), teneantur. Insuper peto eosdem fratres heremitas, ut ecclesiam parochialem in honorem omnium Sanctorum in dicta villa Tholdalagh vocata fundatam, in quantum valuerint, absque diuinorum officiorum celebracione non permittant. Item porciones possessionarias in possessionibus Nema, Nyulas, pro viginti octo florenis impignoratas lego ecclesie omnium Sanctorum, et perconsequens seruitoribus eiusdem Item porciones possessionarias in possessionibus Poka, Erche, Maias, Farago. Maroch, Thanch, in condigno precio emptas lego uxori mee, et duabus filiabus meis Margarethe et Sophie, cum omnibus vtilitatibus et pertinentijs ad ipsas possessiones porcionesque possessionarias pertinentibus, habendas, possidendas pariter et frucas, Item postremo omnia alia bona mea, preter prescripta, vniuersasque res, quibuscunque censeantur nominibus, lego Nobili domine Margarethe consorti mee charissime, vt vita sibi comite liberam de ipsis bonis viuendi habeat facultatem, post decessum vero eiusdem de ergastulo ad predictum Claustrum beate Marie virginis quidquid residuum et remansum fuerit ex eisdem, sepefate uxoris mee de voluntate, ut eadem protunc confessa extitit, reuoluantur. Factaque per eundem Petrum priorem heremitarum huiusmodi protestacione, et uberius prolatis notificacionibus testamentorum factis, Idem frater Petrus prior, qui supra petijt me notarium publicum legitime stipulatum, vt sibi et omnibus fratribus heremitarum de remedio opportunitatis et ad vberiore cautelam, vnum vel plura Instrumentum seu Instrumenta, publicum seu publica scribere deberem et conficere, quod et feci, officio mei thabilionatus requirente. Facta sunt autem hec et acta Anno, Indiccione, Mense, die, hora, loco, pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem existentibus viris religiosis et honestis personis, fratre Osualdo de Zond, Nicolao de Zekelwasarhel fratribus minoribus de obseruancia, Item magistro Antonio de Medgyesfalva Clerico, Nobili Petro genero suo de Zengyel, Item laicalibus personis Stephano fabro de Sarpalak, Emerico de Sancto Martino, Ambrosio de Poka, Thoma Iudice, Benedicto Zele de Tholdalag predicta, alijsque quampluribus lide dignis personis ad hec specialiter rogatis, vocatis et requisitis.

*) Felfalu Torda vármegyei helység, Szász-Régentől éjszakra.

Ego Benedictus natus Stephani, filij Pauli kakas dicti de Band, diecesis Colocensis et, Bachiensis ecclesiarum canonice vnitarum, Sacra Imperiali autoritate Notarius publicus et Judex ordinarius, quia predictis protestacionibus et fassionibus atque rebus sie habentibus, alijsque omnibus testamentarie dispositionis factis, dum sic vt premittitur fierent, et agerentur, presens vna cum prenominatis testibus interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum, alijs meis negocijs occupatus, per meum fidelem conscribi feci, et in hanc publicam formam redigi, signoque et nomine meis solitis et constantibus consignari et roborari, rogatus vocatus et requisitus, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Az erdélyi kir. tábla 1779-diki hiteles átirata után a **gróf Toldalagi család radnótfáji levéltárából közöltem. Történelmi Tár, 1888. évf. 91 l.**

479.

Mátyás király a brassai szászok panaszára, mely szerint a székely földön némely gonosztévők részéről, kik a brassai kereskedőket kirabolták, senki sem szolgáltatott igazságot, megparancsolja az összes székelyeknek, hogy valahányszor megkeresik őket a brassaiak ezen levéllel, mind annyiszor tétessenek eleget a gonosztévőkkel, a székely föld törvénye és szokása szerint; különben fölhatalmazza a brassai tanácsot, hogy az ily gonosztévőket bárhol elfogathassa és érdemök szerint büntethesse. Kelt Budán 1471. nov. 1-én.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie etc. Fidelibus nostris **Agilibus Vniuersis et singulis Siculis in quibusuis districtibus ac Sedi- bus Sicularum** parcium Transsiluanarum Regni nostri Salutem et gratiam Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Judicis et Juratorum Ciuium ac tocius Ciuitatis nostre Brassouiensis ad modum querele Quod cum ipsi exponentes aut aliqui ex eis cum negociacionibus suis, vestri in medio proficiscerentur, nonnulli malefactores essent in medio vestri commorantes qui ipsis exponentibus more predonico multa damna intulissent, ex parte quorum nemo vestrum prefatis exponentibus ad requisicionem eorundem Judicium

et Justiciam administrare curauisset in preiudicium ipsorum alque dampnum Supplicatumque est maiestati nostre superinde opportune prouideri Et cum ad nostre Regalis pietatis officium pertinere maxime intelligamus vt et commissa delicta non maneant impunita et delinquendi aditus rebellibus et contumacibus omnino precludatur Igitur fidelitati vestre et vestrum cuiuslibet harum serie strictissime mandamus quatenus a modo in antea dum et quocienscumque presentibus per ipsos exponentes aut aliquem ex eis requisiti fueritis ex parte talium malefactorum qui eisdem exponentibus damna intulissent aut quoquomodo inferre presumserint seruata lege et consuetudine parcium illarum Justiciam administrare debeatis Alioquin eisdem exponentibus presentibus facultatem dedimus vt ipsi omnes tales malefactores vbicunque reperire poterunt eosdem captiuare et Juxta demerita ipsorum punire valeant atque possint auctoritate nostra presentibus ipsis in hac parte attributa et Justicia mediante presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Bude in festo Omnium-sanctorum Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo primo Regni nostri Anno quartodecimo Coronacionis vero octauo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

480.

Menyhért erdélyi püspöki helyettes megparancsolja Ferencz altorjai lelkésznek és Kézdi széki alesperesnek, hogy az Orbai széki székelyeket, kik régi kiváltságaikra hivatkozva magokat a püspök egyházi törvényszéke alól fölmentetteknek állitják, s annak parancsait megvetik, miért azon szék lelkészei hivataluktól föl is függesztettek, intse meg, hogy a püspöki törvényszék rendeleteinek engedelmeskedjenek. Kelet nélkül (1475. előtt).

Melchior etc. in Christo nobis sincere dilecto honorabili Francisco plebano de Althorya ac vicearchidiacono sedis Kyzdy salutem et sinceram in domino charitatem, ac nostris specialiter hys infrascriptis firmiter obedire mandatis. Recenti memoria recolimus, et tue quoque dileccioni constare non ambigimus, quemadmodum nos anno superiori accepta multiplici pertinacia et manifesta inobediencia **vniuersorum Sicularum Sedis Orbay**, qui quandam antiquam

ipsorum prerogatiuam, quam sane non prerogatiuam, sed omnino friuolam temerariamque atque damnabilem abusionem fore dixerimus, allegando sese ab ecclesiastica iurisdictione, nostraque et quorumlibet iudicum spiritualium iudicatione exemptos fore gloriabantur, et multa proinde contra sanctorum patrum sanctiones et ecclesie statuta etiam in hanc iurisdictionem episcopalem nostramque sedem spiritualem et personas quoque in partibus spirituales temere attentabant, eosdem per certas et, patentes tunc literas nostras monitorias etc. et nonnullos quoque nostros in hac parte executores diligenter exhortando et eorum etiam plebanos a diuinis suspendendo ac ipsorum parochiales ecclesias in modum remedij salutaris, quo ipsos si non exhortacione nostra saltem extunc congrue discipline argumento inducere et cogere possemus, ad obedienciam huic ecclesie Transsylvane predicte ac iurisdictioni ecclesiastice prestandam reuocare voluerimus, et quantos protunc labores cum eisdem habuerimus, deus ipse nouit: precedentibus autem his diebus rursum nobis vicibus etiam replicatis certo declaratum extitit, et hec siquidem in publicam pene notorietatem deducta clamitantur, quomodo memorati Siculi dicte sedis Orbay nedum se emendare et ad obedienciam redire non curassent, sed immo mala malis ac peiora peioribus cumulando premissis iurisdictioni ecclesiastice nostrisque et ecclesie mandatis omnino inobedientes existerent, nam nostras literas, si que illac deuenirent, ex toto vilipenderent, et nostros nostrarumque literarum executores ad mortem prosequerentur, plebanos etiam ipsorum coram pro iudicio carere cogent et pro ipsorum laico iudicio arguerent, item etiam testamentales acceptarent et que laicis a iure prohib videlicet, quod sane non est religione, quin illi que profecto in eisdem et neque volumus in virtute sancte feceris script personaliter eosdem verbo nostro

Eredeti fogalmazvány az **orsz. levéltárban** (Dl. 32398. sz.) – Ezen fogalmazvány írója Nyiresi Tamás, a gyulafejevári káptalan jegyzője, ki 1475-ben már nem élt.

481.

Magyar Balázs erdélyi vajda és székely ispán a király nevében megparancsolja Besztercze város tanácsának, hogy febr. 28-ára küldje el követeit Tordára, tanácskozni az erdélyi nemességgel, hogyan védelmezhesék magokat a székelyek ellen, kik Segesvár és Kóhalom vidékén némely nemeseket és szászokat kiraboltak és megkárosítottak. Kelt Kolozsvártt 1475. jan. 13-án.

Prudentes et Circumspecti Amici dilecti, Bene potestis scire quante oppressiones dampna et spolia super nonnullos Nobiles et Saxones versus Segeswar et kwhalom per Siculos facta sunt, quanteque eciam in futurum erunt, si maturo consilio super inde prehabito eis non occurramus, Quare, Requirimus vos et nichilominus in persona dominj nostrj Regis conmittimus vobis, quatenus, ad feriam terciam proximam post festum beatj Mathie Apostoli certos ex vobis consiliarios ad oppidum Thorda mittere velitis et debeatis, acturi et tractaturi ibidem vnanobiscum et Nobilibus harum parcium super premissis, ut nosipsos ab ipsis Siculis deffensare valeamus, Secus sub penis in talibus fierj solitis non facturi, Datum in koloswar feria sexta proxima ante festum kathedre beatj petrij Apostoli Anno dominj Millesimo etc LXX-mo Quinto,

blasius Magijar Wayuoda Transsiluanus

Siculorumque ete. Comes.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Judicj et Juratis consulibus Ciuitatis bistriciensis Amicis nobis honorandis.

Eredetije papiroson, zárt alakban, zöld viaszba nyomott pecsét helyével, **Besztercze város levéltárában.**

482.

Vingárti Geréb Péter erdélyi vajda és székely ispán Sepsi szék közgyűlésén a Sepsi széki Ivásfok nevü pusztát, – mely Kálnoki Bálint megöletéséért leányára Borbálára, Karácsonfalvi Jánossa Antal ne-jére szállott, de a melynek nagyobb részét Kálnoki Bálint és Mihály

elfoglalták, – a székelyek törvényes szokása szerint örökre Kálnoki Borbálának ítéli. Kelt Sepsi-Szentgyörgyön 1477. január 18-án,

Nos Petrus Gereb de wyngarth (Wayuoda Transsiluanus) Ac Comes Siculorum Memorie commendamus Quod **in congregacione nostra (gener)ali per nos vniuersitati Siculorum trium generum Sedis de Sepsij** octauo die festi Epiphaniarum domini in opido (Zenth Gyewrgh) celebrata Agilis vir **Michael Janossa de Bykafalwa** pro Nobili domina Barbara (filia) condam **Mathei de kalnok** consorte **Anthonij Janossa de karachonfalwa** cum procuratorijs literis nostris de medio aliorum (in nostr)am ac Juratorum nostrorum exurgendo presenciam contra **valentinum et Michaellem filios condam Andree de dicta kalnok** proposuit eomodo Quod licet totale **predium Iwasfog vocatum intra terminos dicte Sedis Sepsij adiacens** pro morte sew interempcione dicti condam Mathei patris ipsius domine deuentum et donatum, eandem dominam Barbaram tantummodo Suosque heredes pleno Jure concernat Tamen maiorem partem ipsius predij prefati valentinus et Michael indebife lenuissent teneantque eciam nunc, quam ab eisdem pro se rehabere vellet domina Actrix prenotata Jure requirente. Quo percepto prefatus Valentinus de kalnok personaliter pro se ac pro dicto Michaelle fratre suo penes se Astante, sine literis procuratorijs, exurgendo, prescriptum predium Iwasfog, ipsis, eodem Jure veluti prefate domine Actrici attinere asserendo, Cumque pro defensione huismodi Jurium suorum quasdam literas vnam Illustris Principis condam domini Sigismundi Regis confirmacionalem, et aliam Magnifici condam Petri Bebek de pelsewcz Reintroduccionem et Statutoriam, factum dicti predij concernentes nostro examini produxisset, Nosque eas perlegi et examinarifacere decreuissemus, Mox prefatus Michael Janossa procurator dicte domine Actricis easdem literas per ipsos in causam Attractos productas minusvigorosas neque ad perlegendum et exponendum necessarias fore allegauit, ex eo, quod ipsi Valentinus et Michael in causam attracti ipsas literas in duobus terminis Juridicis, per vniuersos seniores Siculos **in Sede kerezthur**, generali scilicet Conuencione eorundem prefixis sub pena Anullacionis et Cassacionis earundem literarum exhibere assumptas et commissas, contra preatam dominam Actricem producere recusassent, que **Judicibus et**

Capitaneis, quorum testimonio tota Siculica terra in suis Juribus vtitur, constaret manifeste, Hijs habitis nobisque vna cum Juratis nostris assessoribus superinde interloquentibus, Judex temporis seu momenti illius de Sede kerezthur, per dictum Michaellem Janossa coram nobis et nostros assessores adductus, legitime requisitus, exhibicionem dictarum literarum per prefatos in causam Attractos, sub pena earundem Anullacionis fieri debendam, eosdem Juxta Allegacionem Michaelis Janossa, procuratoris dicte domine Actricis neglexisse affirmavit. Quibus sic peractis prefatisque in causam Attractis eorum Jura nullis documentis preter dictis literalibus instrumentis dedarantibus, tam eisdem quam prefato Michaelle Janossa procuratore dicte domine Actricis, eidem per nos et nostros assessores Judicium prebere postulantes, Quia prelibati nostri Assessores preactas literas pro parte dictorum in causam attractorum modopremisso productas, **Juxta eorum consuetudinem Siculicam,** ex rationibus premissis vires penitus amisisse, Easque ipsis in causam attractis minime suffragari posse decreuerunt, iidem quoque in causam Attracti se et eorum Jura alijs documentis sustentare et subleuare nolebant Ob hoc iamfati nostri assessores, nobis presentibus, prefatos Valentinum et Michaellem filios Andree de kalnok, sepe dicto predio Jwasfog nominato omnino priuantes et destituentes Idem totale predium Jwasfog Appellatum pure et Simpliciter de eodem nil excipiendo Simulcum suis vtilitatibus quibusuis, sub suis veris et antiquis limitibus prelibate domine Barbare filie condam Mathei de kalnok, Ac suis heredibus, nomine sinceri Juris eiusdem domine, Racionibus ex prenotatis, Consuetudineque Siculica, vti referabatur, in hac parte obseruata, Adiudicarunt et reliquerunt perpetuo more Siculorum possidendum et vtendum In quorum premissorum testimonium, nostras presentes literas patentes duximus concedendas Datum sexto die Congregationis nostre predictae In loco memorato Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Septimo.

Mátyás királynak 1477-ben kelt megerősítő leveléből, mely eredetiben pergamenen ép függő pecséttel megvan **Brassó város levéltárában.**

483.

Gergely kászoni plebánus János császári közjegyző előtt Kászon-ujfalusi Virág Tamástól Csik-Szentsimonban egy örökséget vásárol. Kelt Csik-Szentsimonban 1477. sept. 5-én.

In nomine domini amen Anno natiuitatis eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo Indiccione decimo (*igy*) die vero quinto septembris hora vero vndecima **In viila sancti Simonis sedis sich** ¹⁾ in domo Nicolai parui filio (*igy*) Emerici, quondam pontificis sanctissimi in christo patris et domini domini Sixti pape quarti anno sui pontificatus sexto Item Honorabilis et discretus vir **Gregorius plebanus de kasson nacione autem de hw fallu** ²⁾ nostri veniens in presenciam et a nobis diligenter petens publicum instrumentum sibi fieri super quandam hereditatem fundum curie, et adducens suum venditorem videlicet prouidum virum **thomam virag de hw fallu** nostri in presenciam pro maiori iusticia et veritate coram honorabilibus et discretis viris et agibilibus (*igy*) viris siculis Johanne presbitero de eadem **Sent Simon**, et Anthonio literato et agili viro Nicolao paruo de eadem Sent Simon et Cristiano sartore de corona ad hoc specialiter vocatis et rogatis, quod idem honorabilis et discretus vir **Gregorius plebanus de Casson** emit et comparauit a prouido viro **Thoma wirag** vnam hereditatem fundum curie ortum edificijs et in ortis cum suis hereditatibus cultos arabiles et incultos fenacia pratum cum omnibus suis pertinencijs, que expectant ad istam hereditatem emerit et comparauerit sufficienti precio iure perpetuo et irreuocabiliter nullo penitus contradicente possidendum tenendum pariter et habendum heredumque per heredes. Item si discretus vir Gregorius plebanus post mortem quocunque legauerit amico uel vendiderit pro suis necessarijs uel ecclesie legauerit pro testamento oraculo viue vocis sit (is) heres in eadem hereditate. Idem annotatus honorabilis et discretus vir Gregorius plebanus de kasson superinde vnum vel plura a me notario publico infra scripto sibi fieri petiuit instrumentum uel instrumenta propter stabilitatem et securitatem heredum, quod et feci officio notariatus

¹⁾ **Szent-Simon** Csik székben.

²⁾ **Kászon-Ujfalu**.

mei incumbens et requirens propter rei veritatem et iusticiam. Acta sunt hec et facta Anno Jndicione die mense hora loco et pontificis quibus supra coram nonnullis fide dignis testibus ad premissa specialiter vocatis et rogatis in testimonium verifatis etc.

Et Ego Johannes Emerici quondam clericus Albensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius, Quia premissis videlicet requisicioni fassioni permissioni testiumque productioni aliisque omnibus et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur vna cum memoratis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui Ideo presens publicum fideliter scriptum ex inde confeci instrumentum et in hanc publicam formam redigi signoque... crucis solitis et consuetis hec subscripsi et consignavi rogatus et requisitus in fidem omnium et singulorum premissorum.

Eredetijét pergamenen a történelmi társulat Maros-Vásárhelyen tartott vidéki gyűlése alkalmával, 1879-ben mutatta be Csík-Szeredán a társulat Csíkba kirándult tagjai előtt egy Kászon széki r. cath. lelkész, bizonyosan valamelyik kászoni egyház levéltárából.

484.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy Várczai Vajda Mihály, néhai Illyés fia, és neje Zsófia, néhai Toldalagi András leánya, kik a szentkirályi paulinus kolostor részére Máté erdélyi püspöki vicarius által bizonyos összegben elmarasztaltattak, némely jámborok közbenjárására ugy egyeztek ki az említett paulinusokkal, hogy Toldalag határában lévő halastavok és malomhelyök harmad részét, míg élnek, a szentkirályi kolostornak engedték, haláluk után pedig, ha gyermekeik nem maradnának, Toldalagon Torda, Faragón és Móroczon Doboka s Ercsén Kolos vármegyében fekvő részjóságaik a szentkirályi kolostorra szálljanak, s azokat rokonaik csak 200 arany forinttal válthassák magokhoz. Kelt 1478. január 6-án.

Nos Conuentus Monasterij Beate Marie Virginis de Kolosmonstra memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod Michael, filius condam Elie Vajda de Varcza, et Nobilis domina Sophia vocata, consors eiusdem, filia videlicet condam Andree de Toldalag, personaliter coram nobis consti-

tuti sunt confessi in hunc modum, Quomodo ipsos religiosi viri **fratres sancti Pauli primi heremite, in Claustro beate Marie virginis in possessione Zentkiraly fundato degentes**, certis et rationabilibus de causis coram venerabili domino Matheo decretorum doctore, vicario ecclesie Albensis Transsiluane, aggrauauerint in summam definitiuam, Sed tamen compositione plurimorum proborum et nobilium virorum, pacem parcium zelancium, inter ipsas partes pro pace laborantium interueniente, ad talem pacis et concordie deuenissent vnionem, Imo deuenerunt coram nobis tali modo, Vt ipsi scilicet Michael Vajda et domina Sophia consors eiusdem terciam partem porcionum ipsorum cuiusdam piscine, nec non loci vnus molendini, in eadem piscina habiti, in territorio possessionis Toldalag vocate adiacentis, in Comitatu Tordensi existentem, prefatis fratribus heremitis vita prefatorum Michaelis Vajda et domine consortis sue durante dedissent tenendam, vtendam et possidendam eo modo, quod si ipsos Michaelem Vajda et dominam Sophiam ab hac luce sine heredum solacio decedere contingerit, quod deus auertat, extunc totales porciones ipsorum possessionarie in possessionibus Toldalag predicta in de Torda, ac Farago et Morocz in de Doboka, et Erche in de Kolos Comitatus existentibus habite, ac eciam alie tam empticie quam impignoraticie, ubiuis existentes et habite, modo simili in prefatos heremitas dicti Claustri beate Marie virginis degentes redundari et deriuari valeant cum effectum. Hoc adiecto, quod scilicet heredes ipsorum, proximique et consanguinei, quos predictae porciones possessionarie quouis modo concernerent, ad se ipsos a prefatis heremitis in dicto Claustro degentibus pro ducentis florenis auri puri Hungaricalibus redimere valeant atque possint. Ad quod se prefati Michael Vajda et domina Sophia sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras priuilegiales pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo Epiphaniarum domini, Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Octauo.

A kolosmonostori convent 1771-diki hiteles átiratából, a gr. Toldalagi család radnóthfáji levéltárából, közöltem *Történelmi Tár* 1888. évf. 93. l.

485.

Vingárti Geréb Péter erdélyi vajda és székely ispán fölszólítja Brassó városát, hogy Törcs vár részére küldjön 6 hordó sert, 6 ökröt és 20 köből lisztet, melyek árát meg fogja téríteni, s ha föl lesznek szólítva, hadi népeiket küldjék a királyi vár segítségére. Kelt Szebenben 1479. ápr. 10-én.

Petrus Gereb de Wyngarth Waywoda
Transsiluanus. Sicularumque etc. Comes.

Prudentes et Circumspecti nobis sincere dilecti. Quum Castrum Regiemaiestatis Thercz elementis, vt intelleximus, caret, Quapropter vestras presentibus diligenter requirimus dilectiones, quatenus, pro necessitate Castris prefati, ac gencium vtensione, Sex vasa cereuisiarum et Sex pecora, ac viginti cubulos farine, ad Castrum administrare debeatis, Quas autem pecunias ad ea exponitis, nos super his a vobis contentum facietis, Sin autem pro gentibus, pro subsidio Castris requisiti fueritis, et cum gentibus castrum Regiemaiestatis provideatis Ex Cibinio in profesto Resurreccionis domini Anno etc. LXX-o Nono.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis, Judici ceterisque Juraticuiibus, Ciuitatis Brasso nobis dilectis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

486.

Sándor, István moldvai vajda fia, fölszólítja Hidvégi Mikó Lőrinczet, hogy az ő udvari emberétől Hidvégi Nagy Jánostól elvett javakat szolgáltatassa jelen levele előmutatója a brassai bíró kezéhez, különben a maga javaiból fog tőle elégtételt venni. Kelt Bákóban 1482. jan. 18-án.

Alexander filius domini Stephani dej gracia Waijuode Regni Moldauie etc. **Agili Laurencio Mijko de Hijdwegh**, fauorem, Quia, ex relatu Johannis Nagh de eadem Hydwegh, familiaris nostri, qui granicum querela curauit referre, Quomodo diebus proxime clapsis nescitur quo ductus motiuo Certas res eiusdem videlicet, duos pa-

lios, vnam tunicam, et vnum supellectile, wlgo poplan, minusiuste et indebite ab eodem recepisses et receptas apud te reseruas ad patris nostri in preiudicium, dampnumque ipsius exponentis manifestum, vnde quia nemo, in suis proprijs rebus et bonis per quempiam priuarj debet, pro eo hortamur te presentibus diligenter, quatenus, premissas res nostrj familiaris, per te sic vtprefertur indebite ablatas, plene, manibus prudentis virj, Judicis Brassouiensis, exhibitoris presencium, quem presentibus tibi ad exhibendum rogamus, dare et conferre velis et tenearis, qui scilicet Judex post tuam restitutionem, ipsas res dicti exponentis nobis curabit huc administrare, si feceris benequidem, Alioquin ipsum nostrum familiarem nostro pro posse in damno non permittemus, et credimus, specialibus tuis rebus cogaris ipsum contentare, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Ex Bako in festo Beate Prisce virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo secundo.

(P. H.)

Eredetiye nyilt alakban, **Brassó város levéltárában.**

487.

Lőrincz vásárhelyi plebánus és Maros széki alesperest, néhai Madarasi Miklós és neje végrendeleteinek valódisága iránt Báthori István országbiró és erdélyi vajda parancsa értelmében vizsgálatot tartván, bizonyítja, hogy a Madarasi Miklós anyjánál Justinánál lévő végrendeletek, az azokat megpecsételt András vajai plebánus vallomása és a végrendeleteket meghitelesített öt birtokos székely esküje szerint valóssággal Madarasi Miklós és neje végrendeletei. Kelt Vásárhelyen 1484. május 20-án.

Laurencius plebanus de Wasarhel et vice archidiaconus sedis Marus memorie conmandamus significantes quibus incumbit vniversis, quod his temporibus nuperrime elapsis magnificus dominus Stephanus de Bathor iudex curie regie maiestatis et wayuoda Transylvanensis in persona regie maiestatis michi mandando precepit literis suis mediantibus; vt testamenta condam agilis **Nicolai de Madaras** ¹⁾ et olim domine consortis eiusdem aput honestam dominam

¹⁾ A mai **Baczka-Madaras**, Maros széken, a Nyárád völgyében.

Justinam maternam prefati Nicolai Madarasy habita prefato domino wayuode presentata de hesitatione et dubitatione nonnullorum virorum rescirem certitudinis rei veritatem et ad brevem et certum terminum eosdem auditores testamentorum citare facerem coram me, quod et feci ad feriam quintam ante festum Elene regine, et testamenta prefata eisdem presentari feci et exponi de verbo ad verbum sub sigillo discreti Andree plebani de **Waya** ¹⁾ existencia, qui idem plebanus ad consciencie sue puritatem et sacerdotii dignitatem fassus est, quod testamenta prefata habita aput honestam dominam Justinam prefati Nicolai, simul et olim consortis eiusdem, ita omnino fecissent testamenta sine diminucione et variacione aliqua, et sepefata domina adhuc viuens manu propria diuisit famulis suis quibus quid voluit, aliis autem dimisit, ut in testamentis continentur. Prefatos vero Paulum Nagh de **Keresthwr**, Lucam Nagh de **Sykesdfalwa**, Gallum Sydo de **Agard**, Michaelem de **Waczmany** et Gregorium de **Balynthfalwa** ²⁾ eosdem ad sancta dei ewangelia manibus corporaliter tacta de dicenda veritate coarctauit in persona domini nostri prefati, qui singulariter et secrete fassi sunt et extiterunt eodem modo nil addendo vei minuendo, quemadmodum discretus Andreas plebanus de waya auditor et vnctor prefatorum decessorum; ideo ex iussu et mandalo domini comitis Stephani de Bathor iudicis curie regie maiestatis wayltodeque Transsylvanensis testamenta prefata habita aput sepefatam dominam Justinam roborauit et roboro per presentes, presentibus ibidem discretis Petro de **Ha asthkerek**, Benedicto de **Sewerd**, Benedicto de **Kezwenyes** ³⁾ plebanis, Benedicto capellano de Wasarhel ac aliis testibus quampluribus ad premissa vocatis et rogatis Datum in Wasarhel ipso die execucionis anno domini Millesimo quadringentesimo quarto.

(P. H)

Eredetije papiroson az erd. kincstári levéltárból **az országos levéltárban** (Dl. 18968.) – Gr. Kemény József másolata után kihagyásokkal és hibákkal közölve **Székely Okl. I köt. 242 l.**

¹⁾ **Vaja**, Maros széken, a Nyárád völgyében.

²⁾ **Bere-Keresztúr**, **Siketfalva**, **Agárd**, **Bálintfalva**, Maros széki helységek, **Váczmán** ma puszta ugyanott, Koronka szomszédságában.

³⁾ **Harasztkerek**, **Szövérd**, **Köszvényes** Maros széki helységek.

488.

Jusztina asszony, néhai Madarasi Miklós anyja, Apafi Ferenczczel és Lénárttal kiegyezik úgy, hogy néhai fia összes székely földi és vármegyei jószágait azoknak átengedi, kivéve néhai fiának Maros széken Nyárádtón lévő részjóságát, melyet haláláig birhasson, s ha ennek békés birtokában az Apafi testvérek őt meg nem tartanák, a Maros széki Madaras helységet magának foglalhassa; kötelezi továbbá magát arra, hogy néhai Madarasi Miklós leányát Dorottyát csak két esztendeig tartja magánál s akkor átadja Apafi Ferencznek és anyjának, néhai Apafi Mihály özvegyének. Kelt Vásárhelyen 1485. jun. 2-án.

.
.
.
.
possessiones ac porciones possessionarias
. Siculicales In
quibuscunq[ue] Comitatus vei Sedibus
habitas prefatis francisco et leonardo resignare et remittere, manus
suas et suorum de cisdem excipere teneatur, Dempta solummodo
totali porcione possessionaria eiusdem condam Nicolai, in possessione
Nyaradthew in Sede Maros existente habita, Quamquidem porcionem
possessionariam, simulcum cunctis eiusdem vtilitatibus et pertinen-
cijs quibuslibet puta terris Arabilibus cultis et incultis Agris pratis
fenilibus Siluis nemoribus, aquis fluuijs et piscaturis Molendinis Mo-
lendinorumque locis ad eandem porcionem possessionariam spectan-
tibus et pertinere debentibus, eadem domina Justina quamdiu vita
sibi comes fuerit possidere et habere, fructusque et vtilitates eius-
dem percipere valeat atque possit, Assumpmendo idem Franciscus
sua, ac dicti fratris sui personis, eandem dominam Justinam, contra
quoslibet Impetitores, In pacifico dominio dicte porcionis possessio-
narie tenere et conseruare, Quod si facere nollent non possent sew
non curarent quoquomodo, Extunc ipsa domina dictam **villam Si-
culicalem Madaras** In eadem Sede Maros existentem, simulcum cun-
ctis eiusdem vtilitatibus et pertinencijs ac prouentibus et fructibus
ipsius possessionis, de eadem lege Siculicali prouenientibus, pro seipsa

occupare et tenere valeat, In quaquidem villa Siculicali Si prefati **franciscus et leonardus Apafij**, eam tenere aut conseruare nollent non possent sew non curarent, extunc ijdem franciscus et leonardus eidem domine Justine tricentos florenos auri persoluere teneantur, Quod si ijdem Franciscus et leonardus facere nollent, sew recusarent, Extunc Waijuoda vel vice Waijuoda barum parcium, et Comites Siculorum protunc constitutj de bonis eorundem Francisci et leonardi, eidem domine Justine, de et super dictis tricentis florenis, solum vigore presencium mediante, satisfaccionem impendere valeant et possint, Quibus si prefatj Franciscus et leonardus obstare attemptauerint, Extunc ydem franciscus et leonardus contra prefatam dominam Justinam, in fidefragio conuincerentur et conuinci deberent eofacto, Hoc eciam adiecto Quod prefata domina Justina dictam puellam Dorotheam, infra reuolucionem integrorum duorum Annorum, a data presencium computando, apud se tenere possit, Elapsis vero ipsis duobus Annis, eandem puellam, prefato francisco Apaffij, ac Generose domine Relicte dicti olim Michaelis Apafij, matri videlicet eiusdem francisci, ad tenendum et conseruandum dare debeat et teneatur, Ad que premissa se eedem partes, spontanea earum voluntate obligarunt coram nobis, Harum nostrarum vigore et lestimonio literarum mediante, Datum In Opido Wasarhel feria secunda proxima post festum Sacratissimi Corporischristi, Anno eiusdem dominj Millesimo quadringentesimo Octoagesimo quinto.

Eredetije papiroson, a hátára nyomott vajdai pecsét helyével, az erd. kincstári levéltárból, **az országos levéltárban.**

489.

Báthori István országbiró, erdélyi vajda és székely ispán megparancsolja Maros szék tisztjeinek és főembereinek, hogy Apafi Lénárt ügyében, ki néhai Madarosi Miklós leányát Dorottyát eljegyezte s annak javaiból a nem-résznek nevezett ökröket magának kiadatni követelte, a székely nemzetnek augustus 17-én Udvarhelyen tartandó gyűlésében tegyenek bizonytságot arról, hogy a székelyek törvénye és szokása azt tartja-é, hogy az ilyen ökröket a házasság végrehajtása előtt nem kell kiadni. Kelt Medgyesen 1485. augustus 12-én.

. . . (Stephanus) de Bathor Judex Curie.
. (Comes) Siculorum etc. Agilibus viris
(Ca)pitaneis
. . . **(Assess)oribus ac cunctis pocioribus Siculorum Sedis (Maros)**
. (fa)uorem. Expositum extiterat
. **(Leon)ardi Apafij**
de Apanaghfalwa et puelle **(Dorothee filie) condam Nicolai (de Ma-**
daras) Sicculi Sedis Maros **boues illos Nemrez**
dictos et Sicculis, qui pre-
fato condam Nicolao
. ex-
ponent . . et domin
. Jure
hereditario
. non vellent, Nunc autem
. (Sedis) predicte per certos viros et
nuncios eorum nobis Intimant Quomodo alias **lex (et consue)tudo**
ipsorum Siculorum non fuisset, Neque esset, Quod videlicet vsque
matrimonialem copulacionem dicte puelle exponentis tales boues
Nemrez appellati exolui et reddi deberent, quod solummodo vestre
reuisioni et attestacioni submittere presto essent et parati, Et supe-
rinde ijdem Nunccij, in ipsorum, ac vniuersonim Sicculorum dicte
Sedis Maros, cum debita precum instancia, Nos Ineo petiuerunt, vt
Nos, hoc factum, premisse vestre reuisioni et attestacioni committe-
remus, quorum peticio digna nobis fore visa est, Et Ideo requiri-
mus vos, et Nichilominus in persona Regia firmiter committimus
vobis presentibus, quatenus, agnitis presentibus, in generali conuentu
sew congregacione vestra, in festo Assumpcionis Beate Marie vir-
ginis proxime affuturo, in Opido Wdwarhel celebranda, Id et hoc
vtrum videlicet tales boues Nemrez nuncupatj, ante matrimonialem
copulacionem dicte puelle exponentis, eisdem exponentibus, reddj et
exolui debeant, an ne, reuidere, et ad fidem vestram deo debitam
fidelitatemque prefato domino Nostro Regi, et sacro suo Regio dija-
dematj obseruandam, reffere et attestari debeatis et teneaminj. Et
tandem huiusmodj vestram Reuisiorem et attestacionem, nobis, vel
in literis vestris conscienciose rescribere, vel autem per certos et
fidedignos homines vestros reIntimare stude(at)is, amore vel odio

quorumcunque non obstante, Secus igtuur non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum In opido Megyes feria quinta proxima post festum Beatj Laurencij martiris Anno domini Millesimo quadringentesimo Octoagesimoquinto.

(P. H.)

ad Relacionem)

Eredetije papiroson, aljára nyomott zöld pecsét maradványaival, az erdélyi kincstári levéltárból, az **országos levéltárban**. (Dl. 19065.).

490.

Báthori István országbíró bizonyítja, hogy Mátyás királynak Budán 1486. ápr. 3-án kelt parancsa szerint, a király kiküldött emberei, Hassági István országbírói ítélőmester és Dorogházi László királyi ítélőmester, 1486 jun. 18-án a kőhalom széki Zsombor és Udvarhely széki Ujjfalu helység határait kijárták s ezen határokat leírja. Kelt Kolozsvártt 1486. július 3-án.

Nos Comes Stephanus de Bathor Judex Curie Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nobis in vigilia festi visitacionis virginis gloriose proxime preteriti In Ciuitate Coloswariensi constitutis et existentibus, Egregij magistri Ladislaus de doroghaza presencie Regie et Stephanus de Hassag noster prothonotarij Item prudentes et Circumspecti Thomas Altemberger Cibiniensis et Michael polnar Segeswariensis Magistri Ciuium, necnon Stephanus kronar de Zaxwaros, Petrus krich de Zazsebes Judices Regij, necnon Benedictus Carnifex, Laurencius sartor, Jacobus literatus Cibinienses, Stephanus Magyarij de dicta Zazsebes Ciues, Petrus Judex et Martinus Juratus Ciuis de Alwijncz, in eorum ac vniuersorum aliorum Saxonum Regalium personis nostram venientes in presenciam, Quasdam duas literas prefati domini nostri Regis, vnam videlicet vniuersis et singulis Nobilibus et alterius cuiusuis status possessionatis hominibus parcium Regni Transsiluanarum, et aliam modo simili vniuersis et singulis Septem et duarum Sedium Saxonicalium Saxonibus earundem parcium Transsiluanarum loquentes, ad propriam commissionem

prefati domini nostri Regis sub secreto Sigillo eiusdem patenter editas et confectas nobis presentauerunt. Quarum vnus tenor is est. **Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemie** etc. fidelibus nostris vniuersis et singulis Nobilibus et alterius cuiusuis status possessionatis hominibus parcium Regni nostri Transsiluanarum. Salutem et gratiam. Multi sepenumero iam ex vobis pro pluribus terrarum occupationibus metarum abolicionibus, disturbacionibusque, atque multis alijs Jniurijs et dampnorum illacionibus, multorum denique aliorum malorum generibus contra sese Jniuriam suam et oppressionem expostulantes conquesti sunt Maiestati nostre. Pro quarum reuisione et reformacione, prout diebus superioribus vobis hoc ipsum nos promisisse meminimus Mittimus Nos ad vos et In medium vestri hunc fidelem nostrum Egregium Magistrum Stephanum de Hassagh prothonotarium Judicis Curie nostre cum pleno et sufficienti mandato alque informacione nostra, qualiter ipse vnacum fidele nostro Egregio Magistro Ladislao de doroghaza prothonotario nostro omnia et singula premissa alque eciam alia, que forsitan presentibus non sufficienter essent expressa, de quibus coram eisdem fierit accio, reuidere Judicare et reformare Auctoritate et in persona Maiestatis nostre, debeant et teneantur Quocirca fidelitati vniuersitatis vestre et cuiuslibet vestrum harum serie mandamus firmiter, quatinus acceptis presentibus, postquam prefati Magistri Stephanus et Ladislaus ad vos et in medium vestri peruenerint, protinus in vno apto et conuenienti loco, qui eisdem magis accommodatus competensque videbitur, ad eosdem conuenire, atque vnusquisque vestrum, questionem et accionem suam contra sese habitam coram eisdem proponere, ac eorundem Iudicio et Iudicatu per omnia parere et obtemperare, alque ea omnia et singula, que ipsi in medio vestri Iudicauerint, rectificauerint et concluderint pro rato habere tenere et conseruare debeat et teneatur, plenariam autem a Nobis habent ipsi magistri Stephanus et Ladislaus auctoritatem et Informacionem, prout superius diximus, qualiter et quemadmodum ipsi reuidenda reuideant, Iudicanda adiudicent, remque Iudicatam execucioni demandent, reformanda vero per omnia possint et valeant premissa auctoritate et in persona Maiestatis nostre rectificare, omniaque et singula facere et exequi, que administracionem Juris et Justicie videbuntur postulare Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitu-

tis. Datum Bude feria secunda proxima post dominicam Quasimodo. Anno domini Millesimo Quadringentesimo octuagesimo sexto. Alterius vero forma verborum sequitur et est talis. **Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie** etc. fidelibus nostris vniuersis et singulis Septem et, duarum Sedium Saxonicalium Saxonibus parcium nostrarum Transiluanarum Salutem et gratiam stb. (*szóról szóra úgy, mint a föntebb átírt oklevél*). Quibus presentatis prefati Magistri Ladislaus et Stephanus prothonotarij nobis retulerunt hocmodo, Quomodo ipsi dominico die proximo post festum beatorum Viti et Modesti martirum nunc preteritum, ad facies possessionis Sombor vocate ad Sedem Saxonicalem kewhalom vocatam pertinentis, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis Inibi conuocatis et presentibus accedendo, eandem possessionem Sombor **a possessione Siculorum Wijfalw nuncupata** vigore prescriptarum literarum Regalium a sese et ab inuicem hijs metis et signorum metalium distincionibus sequestrassent et diuisissent, Quod primo incepissent In monte Chalabeercz vocato, vbi a parte orientali in supercilio ipsius montis metam antiquam reperissent, Abhinc ascendendo non longe metam reperissent, vlterius per eundem alcium transeundo inuenissent metam satis apparentem, semper a parte orientali, Abinde tendendo semper ad eandem plagam orientalem per eundem montem satis In competenti spacio attigissent metam antiquam, dehinc currendo adhuc per ipsum montem Chalabercz per longum spacium semper in eadem plaga orientali venissent ad antiquam metam, vlterius non longe euntes metam antiquam reperissent, dehinc in eodem monte amplius ad eandem plagam tendentes et non longe proficiscentes venissent ad quandam metam, De inde vlterius progredientes non longe incidissent in quandam magnam et stramineam viam, per quam itur ad Brassouiam, In eademque progredientes semper ad plagam orientalem satis per longum spacium, attigissent quandam vallem Chalo vocatam, vbi dicte mete possessionis Sombor wijfalw et okland finirentur In quorum omnium fidem et testimonium premissorum literas nostras pendentis Autentici Sigilli nostri munimine roboratas ad petitionem prefatorum Thome Altemberger Cibiniensis, et Michaelis Polnar Segeswariensis Magistrorum ciuium, necnon Stephani kronar de Zazwaros, Petri Kricz de Zazsebes, Judicum Regionum, ac Benedicti carnilicis, Laurencij sartoris, Jacobi literati Cibiniensium,

Stephani Magyarij de dicta Zazsebes Ciuium, Petri Judicis et Martini Jurati Ciuis de Allwijncz, duximus concedendas. Datum in prefata Ciuitate Coloswariensi, feria secunda proxima post dictum festum visitacionis virginis gloriose Marie Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Sexto.

Egyszerű másolata a XVI-dik századból, a **szász nemzeti levéltárban (II. 437.)**.

491.

Tarczai Márton az erdélyi sókamarák ispánja a király parancsa értelmében fölszólítja Brassó város tanácsát, hogy tiltsa meg a város lakosainak a székely só bevitelét és árulását; mert jövőre elég királyi sót fog a városba küldeni és árultatni. Kelt Fülöpön 1487. jul. 12-én.

Prudentes et Circumspecti domini et Amici honorandi Misi-mus litteras Regie Maiestatis dominacionibus vestris per hunc familiarem nostrum Inquibus sua Maiestas vt deinceps **Salibus sicularum** sicuti consueti fuistis non vtamini, mandat, vti clarius in litteris intelligere poteritis, Sed Sales Maiestatis sue vendantur tamquam alijs locis Camerarum, Igitur petimus vestras dominaciones quatenus, vestros inhabitatores Ciuitatis Brassouiensis prohibere dignemini ne de Cetero Sales Sicularum importare et illic vendj vtique cum eis audeant ordinamus enim sales sufficientes ad eandem Ciuitatem Vestram dimitti et vendi imposterum tamquam sales sicularum vendebatur (*igy*). Datum in villa filpeos feria 3-a proxima post festum sancte Trinitatis, Anno 1487.

Martinus Tharczaj Comes

Camerarum salium transsiluanorum.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Judici Juratis, Ceterisque Ciuibus Ciuitatis Brassouiensis dominis et amicis nostris honorandis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

492.

Mátyás király megparancsolja az erdélyi alvajdának, hogy a Barczáság és a Sepsi s Orbai székek közt főnforgó határo villongást, Szegedi

Lukács deák kir. udvari emberrel együtt, a hely szinén a felek kihallgatása után igazítsa el. Kelt Bécs-Ujhely várában 1487. okt. 2-án.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Hungarie Bohemie etc. Rex, duxque Austrie, fideli nostro Egregio Vice Waywode parcium Regni nostri Transiluanarum, Salutem et graciam, Quia nos Reuisionem illarum differenciarum, que inter fideles nostros vniueros Incolas terre Barcza ab vna, et **Siculos nostros Sedium Vrbaij et Zepsij** vocatarum ab altera partibus, Racione et pretextu quorundam pratorum, vallium et herbarum, orta et suscitata esse dicitur, nomine et in persona nostre Maiestatis, Tibi, ac Egregio luce literato de Zegeдино, familiari nostro, quem scilicet his diebus illo misuri sumus, committendam duximus, committimusque per presentes, Mandantes fidelitati firmissime, quatenus, acceptis presentibus, vocatis coram te ad vnum certum et breuem terminum, predictis partibus, auditisque earundem propositionibus allegacionibus et responsis, visis eciam et bene examinatis earundem parcium Juribus, differencias huiusmodj vna-cum prefato luca literato homine scilicet nostro reuidere, ac easdem, iuris ordine, finaliter componere et complanare modis omnibus debeas et tenearis, faciendo id quod per vos deliberatum fuerit, per partes firmiter obseruari, Auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte plenarie attributa et iusticia mediante Aliud non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti, Datum in Arce Noueciuitatis nostre Austrie feria tertia proxima post festum Beatj Michaelis Archangelj, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octogesimo septimo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

493.

Pál argyesi püspök, László erdélyi püspök suffraganeusa és a szent szék követe bizonyítja, hogy Torjavásárhelyi János deák fiát Miklóst a gyula-fejérvári egyházban az őszi, téli és tavaszi kántorböjt három szombatján tudománya felől megvizsgáltatván, s alkalmasnak találván, először subdiaconussá, azután diaconussá, végre presbyterré léptette elő. Kelt Gyula-Fehérvártt 1488. ápril. 5-én.

Nos paulus dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Argensis Suffraganeusque Reuerendissimi in christo patris et domini domini Ladislai eadem dei et Apostolice sedis gracia Episcopi Albensis Transilване, necnon de latere Sedis Apostolice cum potestate legati, Tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, Quod cum Nos, In Anno domini Millesimo CCCC^o Octuagesimo octauo Sabbatis quatuor temporum Quibus diuina cantantur Venite adoremus et procidamus, Veni et ostende, et exinde successiue Sacro Sabbatho, Juxta formam et ritum sancte Romane ac vniuersalis ecclesie In prefata ecclesia Albensi ex commissione dicti Reuerendissimi patris Sacros clericorum ordines celebrassemus, Nobis in christo dilectum Nicolaum natum Johannis literati de **Thorijavasarhel** dyocesis Albensis Transilване, Per examinatores ad id specialiter deputatos diligenter examinantibus, In sciencia sufficientem Moribusque et etate Idoneum repertum, prius attolitum ad sacros Clericorum ordines primo Subdiaconatus, Inde dyaconatus Tandem presbiteratus, In nomine domini digne duximus promouendum. In cuius rei testimonium presentes literas Sigilli nostri pontificalis appensione roboratas eidem Nicolao presbitero duximus concedendas. Datum Anno die et loco isdem quibus Supra etc.

Eredetije pergamenen, függő pecsétje nélkül, a **Székely Muzeumban, Sepsi-Szentgyörgyön.**

494.

Harinai Farkas Tamás és Somkerek Erdélyi János görgényi várnagyok és székely alispánok, az összes székely székek választott előkelő biráival tartott törvényszékükön, Madarasi Bertalant a Karácsonfalvi Mihályfi Tamás ellen Náznánfalvi Tamási Péter és Kerelei Pál választott birák előtt folyt perében 100 arany forint kötbérben elmarasztalják, melynek fele őket mint birákat, egy negyede az említett két választott birót s másik negyede Mihályfi Tamást illesse. Kelt Kolozsvártt 1492. junius 13-dikán.

Nos Thomas Farkas de Harijnna et Johannes Erdelij de Somkerek Castellani Castrj Gewrgen et Vicecomites Sicularum. Damus pro Memoria Quod Nobis vnacum Electis pocioribus cunctarum Sedium

Siculicalium Siculis feria quarta proxima post festum Penhecostes hic in Coloswar constitutis et existentibus Agilis **Bartholomeus de Madaras** presente ibidem et Audiente Agili **Thoma Mijhalfij do karachonfalwa** ¹⁾ Contra eundem proposuit: eomodo: Quod licet Alias ipse Bartholomeus, ab vna, ac dictus Thomas Mijhalfij, ex alia partibus, coram Agilibus **petro Thamasij de Naznanfalwa** et **paulo de kerelew** ²⁾ talem inter se fecerint dispositionem et concordiam, Quod ipse ambe partes seipsos In causis sew litibus eorum Racione quarundam Inuasionis domorum sedet aliorum actuum potenciariorum, tunc perpetratarum motis adJudicacioni eorundem petrj et paulj taliter submiserint, quod Nemo ipsarum parcium alteram partem pretextu Inuasionis dictorum domorum et actuum potenciariorum, per ipsos petrum et paulum probos scilicet electos eousque quoad diferencia et causa huiusmodj adiudicate fuerint in nullius Judicium ³⁾ presenciam in causam attrahere posset sew valeret, Tamen ipse Thomas Mijhalfij huiusmodi adiudicacioni et Reuisioni dictarum causarum acceptare recusasset, Et per hoc seipsum in vinculo Centum florenorum convinci permisisset. Quo audito prefatus Thomas Mijhalfij respondit ex aduerso, quod terminum et locum in quibus diferencia et cause huiusmodj adiudicarj debuissent dicti petrus Thamasij et paulus Kereleij prefigere habuissent, Sed ipsi nullum certum terminum pro adiudicacione huiusmodi facti prefixissent et sic in ipso vinculo Centum florenorum minime convictus fuisset et in hoc idem Thomas se ipsum necnon premissa dispositione et vinculi Imposicione solummodo fassioni et attestacioni dictorum petri Thamasij et pauli kereleij submittendo eciam Idem Bartholomeus nobis legitime requirentibus similiter se ipsum superinde fassioni et attestacioni eorundem petri Thamasij et pauli Kereleij submittebat, et cum nos eosdem petrum Thamasij et paulum kereleij super premissis requisiti habuissemus, Tunc ijdem fassi sunt talimodo, quod coram ipsis eodem ambe partes In dictis ipsarum causis taliter concordiasent, quod aliqua ipsarum parcium alteram partem racione preuia non aliter nisi prius per eosdem petrum Thamasij et paulum kereleij In

¹⁾ **Madaras** (Baczka- vagy Mező-Madaras) és **Karácsonfalva** (Nyárád Karácsonfalva) Maros széki helységek.

²⁾ **Náznánfalva** Maros széki, **Kerelő** Küküllő vármegyei helység.

³⁾ Az eredetiben hibásan áll: **Judicium**.

termino et loco per eosdem prefigendo et deputando adiudicarij facerent, In presenciam alicuius. Judicis in causam attrahere et conuenire pusset, et quod si qua ¹⁾ parcium earundem huiusmodj dispositionem et concordiam infringeret sew aliam partem medio tempore verbo vel facto molestaret sew impedire attemptaret: Extunc talis pars contra partem alteram premissa obseruantem In Centum florenis auri conuinceretur, Sed tandem licet ipse Bartholomeus eisdem petro Thamasij et paulo kereleij presente tunc dicto Thoma Mijhalfij significauerit vt in vno certo termino et loco tunc per ipsum Bartholomeum prefigendo ijdem petrus et paulus causam ipsani adiudicarent, sed tunc ipsi petrus et paulus eidem Bartholomeo talem fecissent relacionem, quod ipse Thomas Mijhalfij propter quadam certa facta sua termino in eodem comparere non posset, sed alium terminum quem tantummodo ipse Bartholomeus vellet, ipsi petrus et paulus prefigerent, in quibus ipse Thomas compareret, et tunc superinde vlterius mocio minime iacta fuisset, Quibus perceptis et intellectis, Quia dictos petrum et paulum tempore in predicto pro adiudicatione dictarum causarum nullum certum terminum prefixisse et propterea dictum Thomam Mijhalfij in premissio vinculo Centum florenorum minime convictum fuisse, dictum vero Bartholomeum, prefatum Thomam Mijhalfij pretextu negociorum predictorum nostram in presenciam in causam indebite attraxisse, et per hoc eundem in ipso vinculo Centum florenorum conuinci debere nobis et Siculis ipsis nobiscum In iudicio et examine presentis cause existentibus apparebat manifeste, propter quod nos dictum Bartholomeum in ipso vinculo Centum florenorum auri in medio nobis, In quarta autem parte dictis petro Thamasij et paulo kereleij In alia autem quarta parte tocius scilicet Centum florenorum, dicto Thome Mijhalfij convictum et agrauatum fore conmisimus Testimonio presencium mediante, Datum termino et loco In pre lictis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo secundo.

(P. H.)

Eredetija papiroson **gr. Eszterházy János levéltárában Kolozsvártt.**

¹⁾ Az eredetiben hibásan áll: **quam.**

495.

Báthori István erdélyi vajda megparancsolja a szebeni tanácsnak, hogy előbbi rendelkezése szerint azonnal küldjön neki 2 ágyút 32 kőgolyóval, egy taraczkot 20 kőgolyóval, 16 szakálost, 2 mázsa lőport, 2 ácsot és 2 pattantyúst. Kelt Medgyesen 1492. sept. 3-án.

Prudentes et Circumspecti viri nobis Amici dilecti Credimus vobis constare quod dum in ipsa vestra ciuitate in proximo fuera-
mus tunc commiseramus vobis ut ista ingenia nobis transmittere
deberetis videlicet **Hophniczas** duas et ad ista Triginta duos lapides
Item vnum **Tharazk** ad hanc viginti lapides Item **Zakalos** xvj.
Item pulueres duabus Maasis. Item Carpentarios duos, pixidarios
similiter duos et cum omnibus alys attinencijs Nunc igitur Misimus
illac pro istis adducendis hunc familiarem nostrum Paulum Nagh
quem ad hec omnia plene informauimus. Quare Rogamus vos pre-
sentibus diligenter et Nihilominus commiltimus firmissime quatenus
Statim vicis presentibus prescripta omnia ingenia modo premissis
et Juxta informacionem dicti Pauli Nagh familiaris nostri nobis
statim visis presentibus et sine omni mora et recusa transmittere
debeat et teneamini et secus prouti optamus nullomodo facturi.
Datum in Oppido Meghes. feria tertia proxima post Egidij Abbatis
Anno domini etc. LXXXX Secundo.

Comes Stephanus de Bathor

Wayuoda Transsiluanus etc.

Kivül: Circum-pectis Magistrociuium Judici Regio ac Judici et
Juratis ciuibus Ciuitatis Cibiniensis Amicis nobis dilectis.

Eredetije zárt alakban a **szász nemzeti levéltárban. (IV. 519.)**.

496.

*Báthori István országbíró, erd. vajda stb. a székely nemzet sept. 23-án Udvarhelyt tartott gyűlésében, Sepsi-Szentgyörgy mezővárosát, mely a hét székely székben lévő hét királyi kiváltságos város egyiké-
nek állította magát, de állítását az általa bemutatott oklevelek má-
solataival nem igazolhatta, miután a székelyek közönsége sőt a szá-
szok is egy értelemmel azt vallották, hogy Sepsi-Szentgyörgy soha*

nem volt kiváltságos királyi város, hanem emberemlékezet óta mindig Sepsi szék hatósága alá tartozott, ezen szék hatósága alá visszaitéli. Kelt Udvarhelyen 1492. sept. 23-án.

Nos Comes Stephanus de Bathor Judex curie Serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gracia Regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus. Quod nobis **in conuencione nostra generali vniuersitati Sicularum** feria quarta proxima ante festum beati Michaelis Archangeli **in Wdwarhel celebrata** Circumspecti et prouidi Dionisius Goch Paulus Thewrek et Dominicus Barthok ciues ac hospites **Opidi Zenthgijewrgh**, de medio aliorum exurgendo, presenciam, presente et audiente prefata vniuersitate Sicularum proposuerunt et allegauerunt eomodo. Quomodo ab olim predecessores **Reges Regni Hungarie in qualibet Sede septem Sedium**

Siculicalium prose vnamquamque ciuitatem Juri Regali habuerint reseruatum et specialiter priuilegiatam ac libertatam, ex quibus vna prefata **Civitas Zenthgijewrgh in Sede Sepsij** recognita et adinstar ceterarum aliarum ciuitatum Regalium priuilegijs et libertatibus decorata et suffulta haberetur Sed tamen Siculi de eadem Sede Sepsij specialiter vero **Valentinus daczo, Thomas forro, Franciscus Patho, Blasius Roma maiores scilicet Sicularum natu** ipsum Opidum Zenthgijewrgh incolentes in preiudicium Juris ipsius ciuitatis se erigentes premissa priuilegia, ac libertates ipsius Ciuitatis, quibus hactenus eadem vsa fuit et gauisa destruere et pessumdare molientes, ipsam in cetum et numerum aliarum popularium villarum Siculicalium subijcere et apropiare niterentur pretenderent, In ipsorum Jurium derogamen atque damnum manifestum, Quo audito prefati Blasius daczo, Valentinus similiter daczo in persona prefate Sedis Sepsij nostram exurgendo in presenciam, responderunt ex aduerso, quod prefatum opidum Zenthgijewrgh nunquam Ciuitas libertata vel aliquo priuilegio adinstar aliarum Ciuitatum et locorum opidanorum Regalium ceterorum Sedium Siculicalium insignita et libertacionis titulo fulcita fuisset, Sed ab euo hominum cuius memoria non extat, semper ipsum Opidum communis et impriuilegiata, et non Ciuitas fuisset, essetque, ac adinstar ceterorum locorum opidanorum et villarum Juri Siculicalium debuit et nunc debet pertinere, et in eo se ipsa Sedes Sepsij consequenterque Sicularum ipsam Sedem incolen-

cium vniuersitas, veridice attestacioni vniuersorum Siculorum septem Sedium, ac eciam Saxonum quamplurimi protunc nostri in presencia, pro conuencione illa adherentes submittere, et premissa eorum documento et testimonio comprobare presto essent et parati, in contrarium vero allegacionis prefatorum Blasij et Valentini daczo et aliorum predictorum, antefati Dionisius Goch, Paulus Thewrek et dominicus Barthok in persona prefati Opidi Zenthgijewrgh in verificacionem accionis sue prenotate, ac documentum suarum allegacionum modo prenarrato assertarum, Quod scilicet ipsum opidum Zenthgijewrgh, Ciuitas ab olim semper libertata et priuilegiata sit et habeatur, Quasdam duas copias seu Regestrum literarum in membrana absque Sigillis transscriptas vnam condam domini Sigismundi Regis super libertacione **Ciuitatis Thorijawasarbel**, et aliam condam Mathie Regis preceptoriam in nullo ad rem pertinentem, ommissis propter inualetudinem et rei prenotate inproficuitatem tenoribus et seriebus nobis curauerunt exhibere, et tam ipsi dionisius Goch Paulus Thewrek et Dominicus Barthok in persona prefati Opidi Zenthgijewrgh, quam eciam prefati Blasius daczo ac Valentinus similiter daczo et alij predicti in persona tocus Sedis Sepsij prefate iuxta premissarum suarum allegacionum vires sibi in premissis iudicium et iusticiam pecierunt impertiri, quibus sic habitis et perceptis, Quia nos prefatam vniuersitatem septem Sedium Siculicalium necnon Saxonum nobiscum in ipsa conuencione et examine cause premissae existencium, de eo vtrum scilicet, prefatum Opidum Zenthgijewrgh libertatum ei priuilegiatum fuerit an non debeatque esse vel non, et qualis certitudo ipsis superinde constaret pro dicenda et fatenda veritate requisitam et interrogatam habuissemus, Quiquidem vniuersitas Siculorum et eciam Saxonum concordi affirmacione ipsum Opidum Zenthgijewrgh nunquam Ciuitatem libertatam vel aliquo libertacionis et priuilegij titulo insignitam, Sed semper popularem et communem Jurique Siculicali ad instar aliorum locorum opidanorum et villarum communium subiectam esse, et existere, nuncque debere pertinere concordi testificacione affirmarunt, prefati eciam dionisius Goch Paulus Thewrek et dominicus Barthok hospites prefati opidi Zenthgijewrgh, in persona eiusdem causam ipsorum premissam nullo ampliori documento preterquam exhibicione dictarum duarum copiarum literarum seu Regestrorum ad nostram Judiciarum requisi-

cionem comprobare et erigere valebant, sed prorsus et omnino in verificatione accionis ipsorum prenotate deficiebant, Sane licet prefati dionisius Goch Paulus Thewrek et dominicus Barthok hospites in persona prefati Opidi Zenthgijewrgh, premissa eorum allegacione, et item exhibicione prescriptarum duarum copiarum literarum superius modo prenotato factarum, ipsum Opidum Zenthgijewrgh liberatum esse et existere pretenderint, Tamen ipsi in eo documento vt premissum est, tam literalium, quam eciam aliquorum viuacium sufficienti testimonio, ad id necessario requirenti, prorsus et omnino deficiebant, prefati eciam Blasius daczo et alij predicti in persona prefate Sedis Sepsij, ipsum Opidum Zenthgijewrgh modo prenotato Juri Siculicali subiectam esse, ex veridica attestacione dicte vniuersitatis septem Sedium Siculicalium, et eciam Saxonum plurium comprobarant, propter quod idem Opidum Zenthgijewrgh, rationibus et causis ex premissis prefatis Siculis eo magis autem prefate Sedi Sepsij, Jure aliarum villarum Siculicali Juri subiectarum reddi et relinquere, ac subici debere nobis ac Sedis nostre Assessoribus videbatur, Pro eo nos eorundem nostrorum Assessorum nobiscum in Iudicio et examine cause premissae existencium, quesito et assumpto superinde consilio prematuro, eundem Opidum Zenthgijewrgh, prefatis Siculis consequenterque annotate Sedi Sepsij ac Siculis vniuersis ipsam Sedem incolentibus, heredibusque et posteritatibus eorum vniuersis, eo Jure quo idem ad instar aliarum villarum Siculicali Juri subiectarum dinoscitur pertinere, et hactenus ipsum vsi fuissent et possessi, Readiudicamus, et illibertatum, nec alicuius specialis priuilegij vel prerogatiui titulo suffultum esse declaramus, Sed eundem prorsus Juri Siculicali subiectum fore decernimus et committimus, Immo subijcimus et committimus, Auctoritate nostra Iudiciali mediante, Harum nostrarum Quibus Sigillum nostrum autenticum est appensum, vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Wdwarhel predicta tercio die termini prenotati, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Secundo.

II. Ulászló király 1514-diki megerősítő leveléből, mely eredetiben megvan **Brassó város levéltárában.**

497.

Báthori István országbiró, erd. vajda és székely ispán, jöllehet előbbi ítéletlevelében Sepsi-Szentgyörgy városát Sepsi szék hatósága alá vette, azon várost mégis oltalma alá veszi, s megparancsolja a Sepsi széki tiszteknek, hogy a várost eddigi törvényes hatóságában ne háborgassák, abban esztendőn által csak egyszer harmad magokkal szálljanak meg, s a város lakosaitól ajándék vagy más czimen követelt tartozásokat engedjék el. Kelt Segesvártt 1492. oct. 7-én.

Nos Comes Stephanus de Bathor Judex Curie Serenissimi Principis domini domini Wladislai, Dei gracia Regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Waijwodaque Transsiluanus et Siculorum Comes etc. Memorie commendamus Tenore presencium Significantes quibus expedit vniuersis, Quod quamquam Nos **opidum Sepsij Zenth Gijergh** per alias literas nostras adJudicatorias, Superius confectas et emanatas, Siculis Consequenterque Sedi Sepssij Adlstar aliarum villarum Juri Siculicali subiectarum subiecerimus, Tamen Ne hoc obtento Ipsi Siculi, commodo suo aggratulantes ipsi **Ciuitati Zenth Gijergh** consequenterque suis Incolis, et ipsam Inhabitantibus resultent et eam in Maiorem solito subieccionem redigant, Statuimus et presencium serie declaramus, Non sic eam illiberatam esse et existere, aut a nostra speciali proteccione Relaxasse, vt ipsam de proteccione illa, quam, alias per Literas Regias superinde suscepimus, Relaxassemus, Immo Sicuti ad tunc Ita et Nunc, ipsam in omnibus eorum Jurisdictionibus, ac licitis et honestis, In Nostram specialem Recepimus et presencium serie Recipimus Tutelam et proteccionem. Quocirca vobis vniuersis Judicibus Regijs, Capitaneis, Senioribusque Siculis ac Judicibus et Juratis Sedium, presentibus et futuris, presencium Noticiam habituris, committimus, et seriose Iniungimus quatenus a Modo deinceps, prefatam Ciuitatem Zenthgijergh, consequenterque populos et Inhabitatores eiusdem, contra formam pmissae nostre proteccionis, Intra et extra Iudicium ad Instanciam vestri vel aliorum quorumpiam In premissis eorum Jurisdictionibus hactenus obseruari solitis, Justis vt puta et legitimis Nusquam et Nequaquam turbare et dampnificare presumatis Nec sitis ausi Modo aliquali. Volumus eciam vt sicuti hactenus solitum

fuit et consuetudo, Capitaneus aut Judex, vel Seniores Siculi non amplius quam semel in Anno tercius solimmodo Super eos condescendendi habeant facultatem Debita etiam si qua forent Inter eosdem Ciuitatenses In sortem aliquorum Munerum vei aliarum Rerum hactenus de Medio eorum per Seniores computata, Volumus similiter vt illa Relaxarentur et pro relaxatis habeantur harum nostrarum vigore et Testimonio literarum Mediante. Datum in Segeswar die dominico proximo post festum beati francisci, confessoris, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Secundo.

Szapolyai János erd. vajda 1515-diki megerősítő leveléből, melynek ugyan ő általa kiadott 1516-diki átirata megvan eredetiben **Brassó város level-tárában**. – 1620-diki átirat után közölve föntebb **Székely Oklt. II. köt. 269. 1.**

498.

A székelyek közönsége fölszólítja az erdélyi szászokat, hogy a Mátyás király halála után a sárdi mezőn kötött egyességök értelmében küldjék hozzájuk követeket, s velök és az ország nemeseivel együtt folyamodjanak a vajda elnyomása ellen a királyhoz, hogy őket régi szabadságaikban tartsa meg; tudatják egyszersmind hogy ők gyalogjakkal és lovasaikkal fölkeltek, s a kik nem akarnak hozzájuk csatlakozni, azok jószágait meg fogják szállani. Kelt Nagy-Solymoson 1492. decz. 2-án.

Vniuersis et Singulis Prudentibus Magistro Ciuium de Cibinio ac pertinentibus ad eundem Salutem, Noueritis quod **nos Vniuersitas trium generum Siculorum** post obitum felicis recordacionis condam Serenissimi Regis Mathie adunatis vnacum primatibus tocius regnj Transsiluanie **in Campo Sardj** tale obligamen ex voluntate ambarum parcium feceramus, quod si aliquando aliquibus oppressionibus Siculj opprimerentur, ex tunc simul consurgeretis, ac legem Regnj nostrj pari voluntate a Serenissimo Rege impetrare velletis, Et si qui nollent surgere, extunc in Capite et amissione omnium Donorum conuincantur, Notum est autem vnicuique vestrum quantis oppressionibus fuimus molestati per dominum Weijuodam, Sed ignoramus penitus vtrum fuit ex scitu Serenissimi Dominj Regis an non, Igitur petimus vestras Amicicias tamquam vicinos bonos, quod ex

vobis electos probos mittere velitis in medio nostrj Vbi eciam Nobiles tocius regnj conueniunt ac vnanimiter supplicare nobiscum velitis Serenissimo Regj, vt nos in pristinis libertatibus conseruare dignetur Sciendum autem quod si deus optatum nostrum quem credimus reddet, vobis omnj Amicicia ac vicinitate erimus Nunc autem scitote quod nos tam cum peditibus quam Equitibus surreximus, Et si quispiam nollet venire in medio nostrj ex tunc ad bona ipsorum descendere curabimus, iuxtaque obligamina procedere volumus, Datum In **Naghsolmos** ¹⁾ die Dominico ante festis (*igy*) Sancti Nicolaj Episcopj et Confessoris Anno etc. LXXXX secundo.

Egykoru példány, papiroson, pecsétnek legkissebb nyoma nélkül, a **szász nemzeti levéltárban (V. 1184.)**.

499.

Báthori István erdélyi vajda kéri a szebeni tanácsot, hogy a szebeni ácsoknak, kiket az udvarhelyi kastély fölépítése után haza küld, szolgálatukért teljesen fizessen meg. Kelt az Udvarhely mezőváros alatti táborban 1492. dec. 3-án.

Prudentes et Circumspecti viri amici nostri dilecti. Carpentarij vestri. perficientes. labores huius **castelli wdwarhel**, ad propria remeabunt, Rogamus vos vt seruicia eorum. ipsis persoluere velitis et debeatis. ac integre, aliud non facturi, datum ex castris nostris prope opidum wdwarhel metatis in festo sancti francisci confessoris. anno etc. LXXXX secundo.

Comes Stephanus de Bathor
Waywoda Transsylvanus etc.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis viris. Magistrociuium ac Judici. et Juratis ciuibus Ciuitatis Cibiniensis amicis nostris dilectis.

Eredetije papiroson, zárt alakban, zöld viaszba nyomott pecsétje nyomaival, a **szász nemzeti levéltárban (III. 84.)**.

500.

A szebeni polgármester uti költséget ad a székelyek mozgalmainak kikémlésére kiküldött emberének. 1492-ben.

¹⁾ Nagy-Solymos, Udvarhely széken.

Misso nunctio in causis prouincie super tres dietas **exploraturououitates de Siculis** flor 1.

A szebeni polgármester Sartor György 1492-diki számadásából, a **szász nemzeti levéltárban (V. 1183.)**.

501.

II. Ulászló király értesíti az erdélyi szászokat, hogy a vajdaságot és székely ispánságot kegye megtartása mellett Báthori Istvántól elvette s Losonczi Lászlóra és Drágfi Bertalanra ruházta, s meghagyja, hogy azoknak minden szokott törvényes dologban engedelmeskedjenek. Kelt Budán 1493. jan. 19-én.

Commissio propria domini Regis.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis, Magistrisciuium, ac Iudicibus Juratis ceterisque Ciuibus septem Sedium nostrarum Saxonicalium parcium Regni nostri Transsiluanarum, Saxonibus, Salutem et gratiam, Quia nos Waijuodatum illarum parcium ac **Comitatum Siculorum** a fidele nostre Magnifico comite Stephano de Bathor Iudice Curie nostre, salua gracia et Beniulencia nostra erga eundem permanente aufferentes, fidelibus nostris Magnificis ladislaao de lossoncz, Thauernicorum, ac Bartholomeo Dragfij Cubiculariorum nostrorum Regalium Magistris, de quorum fide et fidelitate plene confidimus, simulcum omnibus suis Juribus et Iurisdicionibus dedimus et contulimus, Ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus, A modo eosdem ladislaum de lossoncz et Bartholomeum Dragfij pro Waijuodis vestris recognoscere et tenere, Eisdemque in omnibus solitis et consuetis debitam obedienciam prestare, atque ea que nomine nostro iusserint, modisomnibus facere debeatis et teneaminj, Et aliud facere non presumatis presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude, Sabbato proximo ante festum Beatorum fabianj et Sebastiani martirum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo tercio.

(P. H)

Eredetije papiroson a szász nemzeti levéltárban (II. 521.). – Töredékét Eder után közöltem **Székely. Oktár I. köt, 271. l.**

502.

Losonczi László és Bélteki Drágfi Bertalan erdélyi vajdák és székely ispánok a király nevében megparancsolják Hosszúaszói Gergelynek, hogy e levél keltétől tized napra menjen ki, Abosfalvára, s Karácsonfalvi Mihályfi Tamás részére, ki Csombordi Tompa Pétertől 8 ökröt, 4 tehenet, 2 üszőt és 2 tinót perrel megnyert, annak ingó, s ha szükséges lenne, ingatlan vagyonából megfelelő becsértékűt foglaljon le. Kelt Vásárhely mezővárosában 1494. január 29-én.

Ladislaus de lossoncz et Bartholomeus dragfij de Belthewk Wayuode Transsylyani et Comites Siculorum etc. Nobilj Gregorio de Hozijwazo, fauorem Noueritis Quod Nobiles **Thomas Mihalfij de karachonfalwa** ordine Judiciario super Nobilem petrum thompa de Chombord octo Bowes arantes ac quatuor vaccas et similiter alias duas vaccas bienniares similiter duos vitulos consimiliter Bienniores coram nobis obtinuit Quare requirimus te et Nichilominus tibi Begia in persona firmiter committimus et mandamus quatinus agnitis presentibus nostri in persona decimo die datarum presencium computando ad possessionem **abosfalwa** ¹⁾ vocatam accedere Ibique de Rebus et bonis praefatj petri, Thompa et si necesse fuerit eciam, de Juribus possessionarijs eiusdem petri Thompa vbilibet habitis tot et tantum quot videlicet et quantum se ad valorem dictorum octo boum arancium et quatuor vaccarum et aliorum similiter duarum vaccarum bienniorum et consimiliter duorum vitulorum modosimilj bienniorium pro quolibet scilicet boue ad tres florenos pro alijs autem vaccis et vitulis predictis lege Regni requirente, estimando, prefato Thoma Mihalfij estimare dareque et slatuere debeatis, Nec Secus facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in opido Wasarhel feria quarta proxima post festum conuersionis Beati paulj Apostoli Anno domini Millesimo) quadringentesimo Nonagesimo Quarto.

(P. H.)

lecta.

Eredetije papiroson **gr. Eszterházy János levéltárában Kolozsvártt.**

¹⁾ **Abosfalva** Küküllő vármegyében

503.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy Dorottya asszony, Apafi Lénárt neje, a maga Maros széki majosi lófőségét, egy másik lófőségét, Torda vármegyei balai részjóságát, minden ingó és ingatlan vagyonával együtt férjének, ki őt gyermek kora óta nevelte és tartotta, a neki kölcsön adott 1000 arany forintért örökbe vallotta, úgy hogy ezen jóságok az ő és férje magtalan halála esetében férje testvéreire Apafi Ferenczre és Miklósra szálljanak. Kelt 1496. jun. 20-án.

Nos Conuentus Monasterij Beate Marie virginis de Colosmonstra Memorie commendantes Tenore presencium significamus Quibus expedit vniuersis, Quod Nobilis domina Dorothea vocata, consors Egregij **leonardi Apafij de Apa Naghfalwa** ab vna, parte vero ex alia prefatus leonardus Apafij, Coram nobis personaliter constituti, prelibata domina Dorothea spontanea sua voluntate est confessa in huncmodum, Quomodo ipsa animo deliberato maturoque consilio inter se prehabito, **Totale Siculiatum Maius et aliud Siculiatum, in vlgari lofew nominatum In Sede Maros existens** ¹⁾ Item totalem portionem suam possessionariam, In possessione **Bala** vocata, In Comitatu Thordensi existentem habitam, Simulcum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Terris scilicet Arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis fenetis, necnon Molendinis in fluuio **Nijarad** decurrentibus, piscinis piscaturis aquis fluuijs vineis vinearumque promontorijs Et generaliter cunctis vtilitatum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis de Jure ad easdem spectantibus et pertinere debentibus, vniuersas eciam Res et quelibet bona sua Mobilia et Immobilia videlicet Equos equaciales necnon Res argenterias et pecunijas, ac alias vniuersas et quaslibet Res quouis nominis vocabulo vocitatas, ipsam omnis Juris titulo concernentes, pro expensis proprijs prefati leonardi Apafij, domini et mariti sui, ex quo ipse dictam dominam dorotheam a puercia vsque adultam et perfectam etatem nutriisset tenuissetque et fouisset, Item pro

¹⁾ **Majos** Maros széki helység, hol, valamint egy másik Maros széki meg nem nevezett helységben is, Madarasi Dorottya, Apafi Lénárt neje, egy egy lófőséget birt.

illis Mille florenis Auri, quos eadem domina dorothea a prefato leonardo Apafij domino et marito suo, nomine veri mutui recepisset et accommodasset, ac eosdem florenos vita sua comite eadem domina dorothea, ad salutem anime sue, ac alia certa sua negocia exposuisset, pro eisdem Mille florenis aurj purj Hungaricalibus, eidem dedisset tradidisset et contulisset, ijmmo dedit tradidit et contulit, eidem eiusdemque heredibus et posteritatibus vniuersis Jure perpetuo et Irreuocabiliter vtendas tenendas possidendas pariter et habendas. Tali sub condicione interiecta, Quod si deo volente clemencia (*igy*) prelibati leonardus Apafij, et domina dorothea consors eiusdem, sine heredum solacio ab hac luce decedere contingerit, Extunc Mox Totale Siculiatum predictum, simulcum porcione possessionaria antedicta vtilitatumque earundem, vniuersis eciam Rebus et bonis Mobilibus scilicet et immobilibus quouis nominis vocabulo vocitatis superius specificatis, In et ad Egregios franciscum et Nicolaum Apalij de dicta Apanaghfalwa predicta, fratres carnales dicti leonardi, heredesque et posteritates ipsorum vniuersos condescendi et diriuari valeant pleno Jure cum effectu, Ad que premissa prefati leonardus Apafij, et domina dorothea consors eiusdem se sponte obligarunt coram nobis, In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras priuilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum In festo beatorum fabiani et Sebastiani martirum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo Sexto.

Eredetije pergamenen, vörös és zöld selyemzsinórról függő teljesen ép pecséttel, az erd. kincstári levéltárból, az **országos levéltárban**.

504.

II. Ulászló király megparancsolja a gyulafehérvári káptalannak, hogy Karatnai Koncsika Lukácsot, Miklóst és Pétert a Kézdi széki kerületben fekvő Karatna helységbe, melyre nekik a netalán abban lappangó királyi joggal együtt új adományt adott, igtassa be. Kelt Budán 1497. jan. 24.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Gapitulo Ecclesie Albensis Transsylvane salutem et gratiam.

Cum nos cum ad supplicacionem nonnullorum fidelium nostrorum, per eos pro parte et in personis fidelium nostrorum, nobilium Luce, Nicolai et Petri Konthyka de Karathna, nostre propterea factam maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitate et seruicijs eorundem Luce, Nicolai et Petri, per eos sacre imprimis huius Regni nostri Hungarie Corone, ac deinde Maiestati nostre, pro locorum et temporum varietate, cum omni fidelitatis constancia exhibita et impensis, **possessionem ipsorum Karathna predictam in districtu sedis Kyzd existentem habitam** ¹⁾, in cuius pacifico dominio ijdem, ex donacione diuorum Regum, nostrorum scilicet predecessorum, progenitores ipsorum perstitisse, seque persistere asserunt eciam de presenti. Item totum et omne ius nostrum Regium, si quod in eadem possessione qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent Maiestatem: Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Luce, Nicolao et Petro Konthyka, ipsorumque heredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium noue nostre donacionis titulo exinde confectarum in perpetuum contulerimus, Velimusque eosdem in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus Apor de Thereye vel Paulus Tewrek de eadem, et Stephanus Terewk similiter de eadem, seu Albertus Beldy de Bodola, aliis absentibus homo noster, ad facies predictae possessionis, vicinis et comitaneis eiusdem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo introducat eosdem in dominium eiusdem, premisse nostre noue donacionis et iuris nostri Regij titulo in eisdem habiti, ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem contra annotatos Lucam, Nicolaum et Petrum Konthyka de Karathna, in presenciam wayuode, vel vicewayuode parcium Regni nostri Transsylvanarum, ad terminum competentem, rationem contradiccionis eorum reddi-

¹⁾ **Karatna** Bálványos várához tartozó s így vármegyei területen feküdt helység, valódi nemesi birtok volt s nem tartozott a székely földhöz, jóllehet ezen oklevélben Kézdi szék kerületében fekvőnek van említve.

turos. Et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, eisdem wayuode, vei vice-wayuode, suo modo rescribatis. Datum Bude feria tertia proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani Martirum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo septimo, Regnorum nostrorum Hungarie etc. anno septimo, Bohemie vero vigesimo Sexto.

Hátára irva: Execucio facta est feria secunda post dominicam Letare. Homo Regius Stephanus Therewk de Thereye, Capitularis Michael presbiter Capellanus Wgochensis, nullo contradictore apparente. Vicini et Commetanei sunt, Johannes Sandor de Zenthmarthon, Anthonius Kwn, Michael Therewk de Peselnek, Paulus Therewk et Benedictus Mykacz de Thorya.

Kivül: Fidelibus nostris capitulo ecclesie Albensis Transsylvane pro nobilibus Luca, Nicolao et Petro Konthyka de Karathna introductoria

Eredetije, papiroson, záró pecsétje maradványaival, a gy.-fehérvári káptalan levéltárából **az országos levéltárban. (DI. 30941.).**

505.

Telegdi István erdélyi alvajda bizonyítja, hogy előtte nemes Dellői János a maga Maros széken Nyárád-Szent-Miklóson a Halom nemben Péter ágán birt egész lófőségét minden tartozandóságaival együtt 25 arany forintért Apafi Lénártnak örökbe vallotta. Kelt Tordán 1497. aug. 13-án.

Nos Stephanus de Thelegd Vicewaijwoda Transsiluanus Memorie commendamus; Quod Nobilis Johannes de Dellew Coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus In huncmodum. Quomodo ipse pro quibusdam suis necessitatibus ipsum adpresens sumpme vrgenubus euitandis, **quoddam totale Officium suum primipulatus in wlgari lofewseg appellatum In genero halom in linea pether** ¹⁾ **In villa ZekelzenthMijklos secus fluuium Nijaragh**

¹⁾ **A Halom** nem Péter ága említve van a Maros széki főtisztek 1557-ben irt jegyzékében is, **Székely Oklt. 1. 140. 141. 1. Székely-Szentmiklós** a Nyárád mellett a mai **Káposztás-Szentmiklós**

vocatum in Sede Maros defluentem existenti dependendum habitum, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet puta quadam Silva **Barthaberke** necnon terris Arabilibus cultis et Incultis Agris pratis pascuis fenetis Molendinis Molendinorumque locis ac Siluis nemoribus Rubetis montibus vallibus et generaliter quarumlibet vtilitatum Integritatibus ad eundem Officium primipulatus in wlgari lofewseg nuncupatum, de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, **Egrogio leonardo Apafij de Naghfalw** suisque heredibus et posteris vniuersis pro viginti quinque florenis auri ab eodem vt dixit Jam plene receptis et leuatis, dedisset vendidisset et Ascripsisset Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, ijmmo dedit vendidit et ascripsit, Coram nobis testimonio presencium mediante, Datum Thorde feria sexta proxima post festum beati Laurentij martiris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo septimo.

Eredetije papiroson, a hátára nyomott pecsét helyével, az erd. kincstári levéltárból **az országos levéltárban.**

506.

II. Ulászló király megparancsolja Drágfi Bertalan erdélyi vajdának és Tarczai János sókamarai ispánnak, hogy a királyi hadakat, melyek Moldvába menetelők alkalmával a szászoknak sok kárt tettek, visszajövet ne a szászok földén hanem a székelők vagy a nemesek birtokain át vezessék. Kelt Budán 1497. oct. 16-án.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris, Magnifico Bartholomeo dragffy, waijwode, ac Egregio Johanni Tharczaij, Comiti Camerarum, Salium Regni nostri Transsiluanarum, Salutem et gratiam, Cum intelligamus Saxones nostros, ab illis gentibus nostris, que ad Moldouiam sunt ingressi, dampna plurima et Maiora Incomoda, in transitu percepisse, Ex quo ille gentes omnino per medium ipsorum Saxonum nostrorum, iter fecerunt, Ideo ne ijdem Saxones nostri, ab eisdem gentibus, rursus in egressu molestentur, Mandamus fidelitati vestre firmiter, quatenus gentes ipsas, per medium eorundem Saxonum nostrorum nullomodo

educatis, sed illas aut per **medium Sicularum nostrorum**, aut per alia loca comoda, vel bona Nobilium, prout videbitur, educatis, et eosdem exire faciatis, Secus non facturj, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude In festo Beati Galli confessoris, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo septimo.

(P. H.) Ad Relationem Venerabilis Georgij
prepositi Sanctj Nicolaj de Alba,
Secretarij Regie Maiestatis

Eredetiye papiroson, nyilt levél alakban, a **szász nemzeti levéltárban**.
(U. II. 609.).

507.

Drágfi Bertalan erdélyi vajda és székely ispán bizonyítja, hogy Angyalost Sebestyén János és Albert s Felsőcsernátoni János, a néhai Markosfalvi Szép Péter Kézdi széki markosfalvi örökségéért néhai Nyujtódi Domokos fia Pál ellen folytatott perökben, a felek által választott közbirák Maksai Kún Antal és Oltszemi Mikó Péter ítélete szerint Maksán úgy egyeztek ki, hogy azon örökséget 50 arany forintért az alperesnek engedték át. Kelt Prásmáron 1497. nov. 2-án.

Nos Bartholomeus Dragfij de Belthewk Waijuoda Transsiluanus et Comes Sicularum etc. Damus pro memoria, Quod cum Nos ad instantem legitimum petitionem agilis Pauli filij condam **dominici Nijwthodij de Chernathon**, Agiles **Anthonium kwn de Maxa, Petrum Mijko de Oltzeme**, nostram in presenciam venire fecissemus, et de subscriptis requisitos habuissemus, Tunc Ipsi ad fidem eorum deo debitam coram nobis prestitam, fassi extiterunt isto modo, Quomodo hijs proxime elapsis diebus, in villa Maxa predicta, Agiles **Joannes et Alberthus Sebesthijen dicti de Angyalos**, ac alter **Joannes de felsewcharnathon**, vt actores, contra dictum Paulum filium dicti condam dominici Nijwthodij, veluti in causam attractum, coram ipsis scilicet Anthonio kwn, et Petro Mijko, sub certis condicionibus et vinculis infradeclarandis, per easdem vtrasque partes, in corum Iudicibus arbitris electis et deputatis proposuissent comodo, Quomodo alias dictus condam dominicus Nijwthodij, pater dicti Pauli in casum attracti, vniuersas hereditates et Jura Siculicalia ipsorum a-

ctorum, que et qua condam **Petri Zep de Markosfalwa** fratris con-
diuisionalis ipsorum actorum preuissent, tandemque ipso decesso,
Jure successorio in condam Ladislaum de Angijalos, eodem eiam
condam Ladislao emedio sublato, in eosdem actores similiter Jure
successorio deuolutas et redacta, **in eadem villa Markosfalwa, sed
et intra metas eiusdem ville Markosfalwa, in sede kizdij existentis**
adiacentes, pro se minusiuste et indebite ac preter omnem viam
Juris occupasset, occupatiueque quo ad Idem condam Dominicus
vixisset indebite tenuisset, ipsoque emedio decesso nunc prefatus in
causam attractus indebite teneret, In quibus Idem condam domini-
cus tandemque dictus Paulus filius suus Mille florenorum auri dampna
intullisset potencia mediante, in preiudicium et dampnum dictorum
actorum valde magnum. Quo audito prefatus in causam attractus
respondit ex aduerso, Quomodo tempore in predicto dictus condam
dominicus pater ipsius in causam attracti, prescriptas hereditates et
Jura Siculicalia dicti condam Petri Zeep, vt dicitur ipso Petro de-
cesso in prefatum condam Ladislaum condescensas et redacta non
occupasset, et per hoc eisdem actoribus mille florenorum auri dampna
non intullisset potencia mediante, sed eedem hereditates, et Jura
Siculicalia, per Serenissimum condam dominum Mathiam Regem
Hungarie etc. felicitis reminiscencie, prefato condam Dominico patri
suo, pro potenciarum domus Inuasionem ac interempcionem quorundam
duorum familiarium eiusdem condam Dominici patris sui, in eadem
domo, per ipsum condam Ladislaum de Angijalos factis et perpe-
tratis, in quem vt dicitur dicte hereditates et Jura Siculicalia dicti
condam Petri Zeep condescensas et redacta forent, memorato con-
dam Dominico patri ipsius in causam attracti date fuissent et sta-
tuifacte, Sicque idem in causam attractus in totali premissa accione
et adquisicione prefatorum actorum innocens esset penitus et immu-
nis. Quibus perceptis et intellectis iidem Iudices arbitri pacem par-
cium zelantes, volentibus atque annuentibus ipsis partibus, sepositis
prius et sedatis premissis vniuersis causis et litibus, inter easdem
partes talem fecissent arbitratuam dispositionem, Quod prescripte
vniuerse hereditates et Jura Siculicalia in dicta villa Markosfalwa,
sed et intra metas eiusdem ville, in dicta sede kizdij existentis ad-
iacentes, Simulcum cunctis ipsorum et ipsarum vtilitatibus et perti-
nencijs quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis agris pra-

tis pascuis fenetis Siluis nemoribus rubetis aquisfluuijs, aquaramque decursibus, piscinis piscaturis, stagnis et piscinarum locis molendinis et, molendinorum locis, ac generaliter quarumlibet vtilitatum integritati-

bus ad easdem et eadem de Jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, eidem Paulo in causam attracto suisque heredibus et posteris vniuersis, Jure perpetuo et irreuocabiliter remaneant tenende possidende pariter et habende. ita videlicet vt idem Paulus in causam attractus eisdem actoribus Quinquaginta florenos auri soluere debeat et teneatur, Tali vinculo mediante, Quod si qua earundem aut posteri eorundem, sub oneribus vniuersorum fratrum et consanguineorum ipsarum parcium in se assumptis, in premissis persistere nollent, aut quoquo modo non curarent, extunc talis pars contra partem alteram in perpetuali estimacione dictarum hereditatum et Jurium Siculicalium conuincatur eo facto, in quorum fassionum testimonium presentes literas nostras patentes prefato in causam attracto duximus concedendas, communi Justicia suadente. Datum in oppido Prasmar, Secundo die festi omnium Sanctorum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo, Nonagesimo Septimo.

Szapolyai János erd. vajda 1523. febr. 12-én kelt átiratában, az al-csernátoni Domokos család levéltárában.

508.

László erdélyi püspök és Vingárti Geréb Péter országbiró mint némely Maros széki főemberek ügyében, kiket a székely nemzeti gyűlés számkivetésre s házaik és malmaik földülésára ítelt, a király által kirendelt birák bizonyítják, hogy előttök a kihallgatott felek, némely jámborok közbenjárására úgy eggeztek ki, hogy Szentgyörgyi György, Báldoczi Csányi Lőrincz és Lázár, Szentkirályi Tamási Ferencz és Bernát s Szentbenedeki Márton János kövessék meg a székely nemzet s különösen Maros szék közönségét, s azután Csányi Lőrincz nemesi jószágaival megelégedve ott lakják, Csányi Lázár pedig székely örökségeit kapja vissza, de azokban a székely nemzet s Maros szék engedelmé nélkül ne lakhassék, székely földön szolgálit se tarthassa, s mindketten tartozzanak a megkárosított székelyeknek a székely törvény

szerint elégtételt adni, Szentgyörgyi György pedig, miután a Maros széki köz székelyektől bocsánatot nyer, örökségeit mint a többi főember úgy birhassa. Kelt Vásárhely mezővárosában 1498. sept. 13-án.

Nos ladislaus dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Ecclesie Albensis Transsiluane ac Comes Petrus Gereb de Wyngarth Judex Curie Serenissimi principis et domini domini Wladislai dei gracia Hungarie Bohemie etc Regis Memorie commendamus, perpresentes, Quod licet hijs superioribus diebus inter Siculos Sedis Maros nonnulle lites et dissensiones exorte fuerant, vt ipsarum tumultu **vniuersitas triumgenerum Siculorum ad certam dictam generalem congregationem facere coacta fuerat, In qua post euersionem domorum et Molendinorum, Agiles Georgius de Zenth Gergh laurencius et Iazarus Chanij de Baldocz franciscus et Bernaldus Thamasij de Zenthkijral et Johannes Marthon de Zenth Benedek, exilio et proscricione per ipsam vniuersitatem Siculorum condempnati fuerant,** Mandauerat autem nobis predictus dominus noster Rex vt nos inter ipsos exilio et proscricione condempnatos ab vna, necnon vniuersitatem Siculorum partibus ab altera Iudicium et Justiciam facere et administrare debeamus, ne patria ipsa Siculorum ampliori tumultu dissensionis periclitetur, Cumque nos cum Nobilibus parcium Transsiluanarum conuocatis partibus earumque propositiones et diuersas allegaciones audiuissemus probabiliaque documenta admitteremus, ex instinctu certorum proborum virorum Nobilium pacem parcium zelancium, placuit partibus vt potius fraterna concordia pacificarentur, ijmmo coram nobis ad talem deuenerunt concordiam et pacis vnionem, Quod pretacti Georgius Zenthgergij laurencius et Iazarus Chanij franciscus et Bernaldus Thamasij et Johannes Marthon sese in omnibus Culpabiles, Siculos et presertim primores et vniuersitatem Sedis Maros pretacte, debita cum instancia, vt eisdem de ipsorum excessibus hactenus contra eos quoquomodo perpatratis (ind)ulgerent, pro(m)iserant eciam quod deinceps nulli Siculorum pro domorum et Molendinorum e(uer)sione vel aliorum dampnorum Illacione Impedimentum aut inquietacionem, insertis attemptabunt Sed prenominatus laurencius In suis Juribus Nobilitaribus contentus re-

sidebit, lazarus vero suas hereditates Siculicales quouismodo hactenus possessas reaccipiat sed in eisdem sine consensu vniuersitatis Siculorum et presertim sine speciali admissione Sedis Maros non residebit neque morabitur, Secure tamen inter Siculos deambulare et, ad cognates atque propinquos suos diuertere habebit facultatem, Nullum tamen famulum inter Siculos fouebit, Et quod post festa Natiuitatis domini proxime affutura contra quoslibet Siculos, qui in hereditatibus per ipsum lazarum seu laurencium Chanij hactenus possessis aliquod Jus habere pretenderent vel aliomodo se per ipsos dampnificatos et lesos esse assererent, tenebitur in Sede Siculorum iuxta legem et Jura Siculicalia respondere, quod si iudicio ipsorum Siculorum non contentaretur, Extunc alter nostrum videlicet dominus Episcopus certos Nobiles de medio Nobilium parcium Transsiluanarum constituat, qui partes inter ipsas finale Iudicium facere debeant Quo partes ipse contentari teneantur, prenomiatus vero Georgius Zenth Gewrgij, postquam ab vniuersitate pauperum Sedis Maros Indulgeri exposcet et excessus suos remittere Impetrabit In suis hereditatibus pacifice resideat, vt mediante Justicia secundum laudabilem consuetudinem et Jura Siculicalia Instar aliorum primorum Sedis Maros pretacte fruatur, Et si qualescunque litere interim per aliquam parcium extracte essent Nullius sint vigoris et efficacie, ad que premissa et eorum singula obseruanda partes ipse coram nobis sub pena capitis et amissione omnium bonorum sese obligauerunt, In quorum fidem et testimonium presentes literas nostras patentes eisdem duximus concedendas Datum in Opido wasarhel feria quinta proxima ante festum exaltacionis Invictissime Sancte Crucis, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo octauo.

Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajda 1500-diki átiratában, az erd. kincstári levéltárból **az országos levéltárban.**

509.

Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajda és székely ispán, megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Bikfalvi Jánosi Györgyöt és Jánost, kik Vargyasi Daniel Lukácsnak Rákoson Fejér vármegyében fekvő részjóságait hatalmasul bitorolják, idézze az ő törvénytörése elébe. Kelt Encsen 1499. április 5-én.

Amicis suis reuerendis conuentui ecclesie de Kolosmonostra **Petrus comes de Sancto Georgio et de Bozyn wayuoda Transsylvaniae et comes Siculorum** amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona nobilis **Luce Danielis de Wargyas**, quomodo in anno cuius iam vigesima quinta vel citra preteriisset reuolucio annualis, agilis condam **Michael Janosy de Bykafalwa** ¹⁾ totales porciones possessionarias in possessione **Rakas** vocata in comitatu Albensi existenti habitas occupasset, occupatasque quousque in humanis vixisset potencialiter tenuisset et conseruasset; et postquam mortuo eodem condam Michaele Janosy, Emericus frater eiusdem Michaelis carnalis easdem porciones possessionarias dicti exponentis modo simili potencialiter occupasset, occupatasque similiter quousque in humanis vixisset tenuisset; tandem eodem condam Emerico defuncto Georgius et Johannes prescriptas porciones possessionarias annotati exponentis modo simili occupatiue tenerent et conseruarent eciam de presenti, easdemque ad sepissimas petitiones et requisiciones ipsius exponentis iidem Georgius et Johannes eidem exponenti remittere et resignare recusassent recusarentque eciam in presenciarum erga se detinendo et conseruando potencia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Georgius vel Blasius aut Stephanus de Elekes, sin Petrus de Komyathzeg seu Gregorius de Syle, siue Johannes de Moha neue Emericus Gereb de Heasfalw, nam Gaspar Walkay de Gywla aliis absentibus homo noster scita prius premissorum mera veritate euocet prefatos Georgium et Johannem contra annotatum exponentem ad octauas festi beati Georgii martiris nunc venturas nostram in presenciam rationem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut siue ipsi octauis in predictis coram nobis compareant siue non, nos ad partis conparentis instanciam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri; et posthec huiusmodi inquisitionis, euocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus euocatorum, ut fuerit expediens, octauas ad predictas nobis amicabiliter rescribatis. Datum in possessione Encz feria sexta proxima post festum beati Ambrosii doctoris anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono

¹⁾ **Bikafalva**, valamint **Vargyas** is, Udvarhely széki helységek.

Kivül: Amicis suis reuerendis conuentui ecclesie de Kolosmonstra pro nobili Luca Danielis de Wargyas contra nobiles Georgium et Johannem filios condam Emerici Janosy de Bykafalwa ad octauas festi beati Georgii martiris nunc venturas inquisitoria, euocatoria et insinuatoria.

Eredetije papiroson, zárlatán pecséttel, a kolosmonostori convent levéltárából **az országos levéltárban.** (Dl. 26465.).

510.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy Jánosi Györgyöt és Jánost, rákosi Fejér vármegyei részjószágaikhan, Dániel Lukács ellen a vajda törvényszékére megidézte. Kelt 1499. április 18-dikán.

Inquisitoria et euocatoria. Feria secunda post Thyburcii. De possessione **Rakos.** Wayuodalis Petrus de Komyathzeg, noster frater Barnabas.

Nos itaque premissis amicabilibus petitionibus vestris annuentes vt tenemur, vnacum memorato Petro de Komyathzeg homine vestro nostrum hominem videlicet religiosum virum, fratrem Barnabam sacerdotem, socium nostrum conuentualem vnum ex nobis ad premissas inquisitionem, euocationemque et insinuacionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reuersi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi feria secunda proxima post festum beatorum Thyburcii et Valleriani martirum noviter preteritum in predicto comitatu Albensi Transsylvanie simul procedendo, ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset, nobilibus videlicet et ignobilibus eiusdem comitatus hominibus palam et occulte diligenter de premissis inquirendo, omnia premissa et queuis premissorum singula sic et suo modo acta, facta et perpetrata fore rescuissent, prout ipsi vestre magnificencie dictum extitit, et quemadmodum tenor literarum vestrarum per omnia contineret prescriptarum, habitaque huiusmodi inquisitione die in eodem idem homo vester dicto nostro testimonio presente annotatos **Georgium et Johannem filios dicti condam Emerici Janossy** in possessione Rakos vocata, quemlibet videlicet eorum de porcione sua possessionaria in eadem habita, contra prelibatum **Lucam Danielis**

exponentem ad octauas festi beati Georgii martiris nunc venturas vestram euocasset in presenciam rationem de premissis redditurum efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, vt siue ipsi octauis in predictis coram vobis compareant siue non, vos ad partis conparentis instanciam id facietis in premissis, quod iuri videbitur expediri. Datum quarto die diei inquisitionis, euocacionis et insinuacionis predictarum anno domini supradicto.

Fogalmazvány Szentgyörgyi és Bazini Péter vajda 1499. ápr. 5-én kelt parancsa hátára írva, **az orsz. levéltárban.**

511.

II. Ulászló király a székelyek közönsége nevében neki bemutatott régi székely szokásokat és szabadságokat megerősítvén, kiváltságlevél alakjában kiadja. Kelt Budán 1499. jul. 13-án.

Wladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Comaniae Bulgariaeque rex necnon Slesiae et Lucemburgensis dux marchioque Moraviae et Lusatiae etc. Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, salutem in omnium salvatore. Magnum et memorabile est et ipsis regibus admodum gloriosum, ut pensatis subditorum suorum fidelibus servitiis, iidem non modo civitatibus, castris oppidibusve aut aliis bonis et haereditatibus eisdem condonent, verum amplissimis etiam libertatibus ac gratiarum et immunitatum praerogativis decorent et adornent, atque in concessis per eos aut etiam praedecessores ipsorum libertatibus gratiose foveant et conservent, illosque litteris et aliis perpetuis munimentis robovent, stabiliant et confirment, quo quidem facto ut regum ipsorum erga ipsos subditos semper infervescit devotio et benevolentia et eorum subditorum animi vicissim ad praestanda ipsis obsequia, de cetero excitatius evibrantur reddunturque paratiores. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod pro parte et in personis fidelium nostrorum agilium virorum **universorum trium generum Sicularum** partium regni nostri Transsylvanarum exhibiti sunt nobis et praesentati certi articuli, in quibus libertates

et vetustae consuetudines eorundem Siculorum nostrorum, quibus antiquitus et temporibus praedecessorum nostrorum regum Hungariae usi et gavisu fuissent, contineri dinoscebantur tenoris infrascripti, Supplicatumque extitit Maiestati nostrae humiliter ut eosdem articulos in formam litterarum et privilegii nostri redigere ac eosdem pro eisdem Siculis nostris universis praesentibus et futuris perpetuo valituros confirmare dignaremur. Quorum quidem articulorum series sequitur in haec verba. In primis quod quando regia Maiestas personaliter versus orientem hoc est contra Moldaviam bellicose proficiscitur, extunc universi Siculi per singula capita, equites videlicet et pedites, tenentur exercituantium more totum exercitum suae Maiestatis praecedere et extra metas regni suae Maiestatis quindecim diebus in ipsorum propriis expensis conflictum expectare, tandem in reditu sequi regium exercitum. Item cum Maiestas sua versus easdem partes orientales suam personalem praesentiam bellicose transmitteret, extunc directa medietas ipsorum Siculorum modo supranotato teneatur proficisci. Item quando sua Maiestas versus meridiem, hoc est contra partes Transalpinas personaliter bellicose proficiscitur, extunc directa medietas universorum Siculorum, equitum videlicet et peditum, similiter quindecim diebus extra metas regni suae Maiestatis conflictum expectare praecedendo exercitum suae Maiestatis in eundo et sequi in redeundo tenetur; cum autem versus easdem partes Transalpinas per personalem regiae Maiestatis praesentiam bellum geritur, extunc Siculi cum directa quinta parte servire tenentur et exercituare. Item tandem dum regia Maiestas versus partes occidentales personaliter proficiscitur bellicose, extunc Siculi tenentur de singulis decem Siculis sessionatis stipend(i)arios ad servitia suae Maiestatis expedire. Si vero per personalem praesentiam suae Maiestatis bellum versus easdem partes geritur, aut sua Maiestas versus partes septentrionales personaliter habebit bellicose proficisci, de vicesima parte singulorum stipend(i)arium Siculi tenentur expedire, et in tali ordinatione exercitus de qualibet Sede tenentur dare ex potioribus unum capitaneum. Iste tamen modus exercituandi suprascriptus non intelligitur praesenti necessitati et ingruenti periculo huius regni et partium eiusdem Transsylvanensium contraire; sed iidem Siculi iuxta temporis conditionem et rerum necessitatem tandiu bellare et exercituare teneantur, neque in-

terim praescriptis ipsorum consuetudinibus uti possint, quousque pacatis et sedatis rebus regni et repulsis hostibus, status eiusdem in pacem et tranquillitatem revertatur. Nam varia ut videndum est quotidie pericula et necessitates incumbunt et emergunt. Propter quod ea quae denuo emergunt, novo etiam indigent ingenio et consilio, iccirco hanc nostram annuentiam praesenti necessitati contraire nequaquam volumus. Praeterea ultra praemissa ipsa universitas Sicularum pro singulis bellis patriam Transsylvaniam ad quascunque partes infestantibus iuxta requisitionem et mandata regiae Maiestatis vel wayvodae aut comitis pro tempore constituti tenetur insurgere, cum armis bellicis pulchriori modo quo fieri poterit; prout hactenus observatum est; immo continuo pro defensione patriae invigilare debeat: ob hoc ipsi Siculi a cuiuslibet tributi aut alia quavis exactione sunt exempti et supportati et tanquam veri nobiles per divos reges Hungariae nobilitate privilegiati. Item quod quando aliqua ordinatio et limitatio exercituantium Sicularum fieri debet, talis per comitem Sicularum eorundem simulcum primoribus Sicularum debet fieri et illi insimul gentes huiusmodi levare debent; ita tamen quod comes provideat et limitet quot personas singulis capitaneis et senioribus Sicularum in eorum domibus iuxta merita servitorum ipsorum et exigentiam temporis eisdem relinquere possit, non quod regia Maiestas ea facere teneretur, sed ut eo promptiores ad regia servitia reddantur et gratiam regiam exinde promeruisse videantur. Postquam autem exercituantes commendati fuerint in manus officialium regiae Maiestatis, si qui aufugerent aut aliter exercitum regiae Maiestatis turbarent, talium capita et bona mobilia regiae Maiestati et officialibus suis cedant. Qui vero contumaciter domi de huiusmodi exercituantibus remanserit aut se ab ingressu exercitus retraxerit, tales comes eorundem simulcum ipsis primoribus Sicularum puniendi et birsagiandi habeat facultatem. Item in praemissis limitationibus et expeditionibus primores Sicularum et eorum inquilini seu indigenae, in ipsorum primorum territorio degentes, alii etiam paupertate nimia attenuati, qui videlicet bona mobilia in valore trium florenorum non possident, similiter civitates seu oppida, loca videlicet sedium ipsorum Sicularum ab alia quavis exercituatione possunt esse exempti et supportati; sed quando hostes partes transsylvanas aggressi fuerint et in eo damna fecerint,

in hoc casu etiam illi iuxta limitationem comitis ipsorum Siculorum exercituare teneantur. Item ad legitimam coronationem cuiuslibet regis Hungariae communitas Siculorum teneatur singulos boves de singulis sessionatis Siculis exolvere, ita quod tempore counumerationis seu exactionis bovum praedictorum quilibet Siculorum medietatem bovum suorum pro se retineat, ita quod ad fortunam homo regius pellens abinvicem separare debeat, et cuius boves sunt, primam medietatem pro se eligat, tandem de residuitate homo regius bovem unum regiae Maiestati eligere valeat. Item ad primas nuptias regiae Maiestatis de singulis Siculis sessionatis singuli boves modo praemisso exigantur. Item ad baptismum primogeniti regiae Maiestatis similiter de singulis Siculis sessionatis singuli boves modo superius expresso exolvantur. Item quod tempore exactionis huiusmodi bovum comes sive factores regii limittent et videant, qui debeant ab huiusmodi contributione bovum esse exempti, ne Maiestas regia in his damnum patiatur. Item quod comiti per regiam Maiestatem in ipsorum medio deputato ad primum eius adventum de septem sedibus Siculorum singulum equum, hoc est tota communitas septem equos, dare teneantur, quorum quicumque tantum valeat, ut comes ipse super illo equo honeste exercitum ingredi possit. Item si generale iudicium comes facere voluerit, tractando cum senioribus et sedium coassessoribus, considerata reipublicae utilitate et temporis opportunitate, in singulis sedibus quindecim diebus vel iuxta exigentiam temporis iudicare poterit, eligendo penes se duodecim coassessores de primoribus Siculorum et aliis nobilibus ac probis hominibus suis et exigendo ab eis strictissimum iuramentum de observanda fidelitate debita regiae Maiestati ac comiti eorum in persona regiae Maiestatis pro tempore constituto et tandem de faciendo vero et recto iudicio causantium secundum bonas et iustas consvetudines ac leges ipsorum, et infra illud tempus indicii victualia comiti et iudicibus provideantur hoc est per communitatem illius sedis in qua iudicatur. Birsagia autem talium generalium iudiciorum ipsius comitis sunt dupplicia quam birsagia iudiciorum privati temporis; birsagiorum vero talium medietas proveniat comiti, altera vero medietas per capitaneum vel iudicem terrestrem illius sedis, in qua iudicium administratur, dividatur inter coassessores et iuratos primores praetactos. Item singulis annis comes poterit huius-

modi generale iudicium celebrare considerata reipublicae utilitate et necessitate exposcente. Item quod nulla causa deferatur ad comitem vel regiam Maiestatem per simplicem querelam, nisi prius in sede privata ipsius causantis discutiatur, vel si aliqua partium contentari non poterit, ad Wdwarhel sedem scilicet universalem Siculorum causa deferatur, et inde ad vicecomitem et a vicecomite Siculorum ad ipsum comitem et exinde in conspectum regiae Maiestatis deferatur. Item quod extra tempus generalium iudiciorum aut diaetae universitatis Siculorum indictae, comes aut dominus waywoda vel sui officiales nulla victualia habeant exigere ab ipsis Siculis, nec exercitum aliquem in oppidis aut villis Siculicalibus moram trahentem sustentare; nam omnes villae aut oppida Siculicalia a descensu cuiuslibet exercitus sunt exemptae et supportatae; dum tamen necessitas fuerit, pro defensione et expeditione negotiorum regni, waywodam vel comitem eorum per terras Siculorum cum exercitu suo privato aut generali proficisci oportebit, extunc idem et exercitus suus in bonis Siculorum condescendere et in eisdem iuxta temporum exigentiam pausare possit atque valeat, sine tamen damno aut impedimento ipsorum Siculorum. Item comites pro tempore constituti semper teneant homines et famulos ipsorum in singulis sedibus pro habendis et exequendis iuribus et proventibus birsagiorum, et famulus comitis debeat residere in oppido seu villa sedis, nec exeat ad aliquam villam Siculicalem ad opprimendos seu taxandos pauperes; nichilominus pro exquirendis et recipiendis proventibus suis aut pro perscrutatione sive sciscitatione proventuum suorum, si iudex eidem proventus tales fideliter administrat an non, vicecomites, qui appellantur iudices regii, auctoritatem habeant exeundi ad villas sive possessionas Siculicales et proventus suos seu birsagia iuxta extorquere possint, et victualia, sicut alias consvetum fuit, habere et recipere valeant, ac eisdem ipsi Siculi hospitia honesta dare teneantur, Item si aliquis Siculorum habens nobilitatem aliquam notam infidelitatis incurrerit, et si nota illa inter ipsos Siculos duntaxat perpetrata fuerit, extunc talis solum sicutilitatem amittat, Si vero contra regnum et regiam Maiestatem, talis sicutilitatem atque etiam nobilitatem resque et bona amittere debeat, et in fiscum regium devoluantur, Maiestas tamen regia non conferat huiusmodi bona aliis nisi Siculis et qui inter eos mansionem faciunt, ne

per hoc Siculi diminuatur. Item si quis Siculorum furem aut alium aliquem malefactorem apud se et in terris suis scienter tenuerit et hoc iuridice ac sufficienti testimonio comprobari possit, extunc talis puniatur, sicuti hospes furum, vel poena iuxta demerita sua a iure statuta. Item quod deinceps Siculi ipsi domos aliquorum distrahere non audeant et nec aliquem ex ipsis poena mortis propria auctoritate absque scitu Comitum condemnare possint, sub nota perpetuae infidelitatis. Item cum aliquis Siculorum suffultus qualicumque auxilio contra rempublicam et bonum statum communitatis privatim vel in aliqua sede novas et malas leges introducere(t), aut communitatem iuribus aut facultate indixerit vel oppresserit, vel iura et bonas consuetudines et iustas leges Siculicales, bonum et communem statum Siculorum tangentia et concernentes turbare attemptaverit, et per iustitarios sedis legitime ammoniti desistere ab illicitis nollent et in iudicio coram recalcitraverit, extunc assessor illius privatae sedis ad simplicem querelam condignam tamen et rationabilem laesi vel oppress teneatur e vestigio ad certum locum et diaetam convocare communitatem illius sedis, et si ad illa providenda et pro discussione in illa privata sedes ad hoc non sufficeret, etiam de aliis sedibus convocare; ubi autem esset necessarium, Capitaneus sedis Wdwarhel ex mandato Seniorum convocet universitatem trium generum Siculorum, coram quibus exauditis querimoniis et causis ac discussa causa, partes ipsae ad comitem eorum deferre valeant, et nec sine voluntate et requisitione comitis eorum aliquem in generali aut privatim in persona aut bonis et rebus turbare et damnificare audeant. Ubi autem comes ipsorum viderit et cognoverit eosdem bonum et rectum iudicium fecisse, tunc comes eorum iudicium approbare debeat, vel autem de novo causam revidere possit et iudicium facere. Si autem aliqui Siculi contra praemissa in aliquo excederent, tales capite et rebus mobilibus puniantur. Ubi autem aliqui malefactores praemisso modo proscripti aut legitime condemnati ad regiam Maiestatem vel praelatos et barones recursum habuerint, regia Maiestas dignabitur superinde comiti ac Siculis scribi facere et hoc illis significare et rem hanc seu delictum et excessum illius ab ipsis experiri, quo cognito, si videbit regia Maiestas delictum seu excessus non esse adeo magnae importantiae et voluerit tali excedenti gratiam facere, libere etiam sine

ipsorum Siculorum consensu huiusmodi gratiam facere possit; quia non esset honestum quod auctoritas regia praecluderetur, et quod nemini gratiam facere posset nisi illis prius requisitis. Ubi autem viderit sua Maiestas delictum et excessum illius excedentis esse magnas et graves, etiam Maiestas sua talibus postea facile gratiam non faciat. Item si quippiam commetanei cuiuscunque conditionis possessionati nobiles, silvas, prata, foenilia, terras arabiles et fluvios, loca scilicet piscaturarum novas metas erigendo pro se ab ipsis Siculis occuparent, et legitime requisiti remittere aut rectificare non curarent, extunc universitas Siculorum sedis ipsius, in qua occupatio ipsa facta fuerit, ea primum waywodae et comiti ipsorum intimare debeat; qui tandem waywoda convocatis partibus partes inter praedictas verum et rectum iudicium ac exinde satisfactionem impendere et rectificare teneatur, sine ulteriori dilatione, et nec ad octavas differe rectificationem possit. Nos igitur praemissa supplicatione pro parte dictorum Siculorum nostrorum Maiestati nostrae modo quo supra porrecta, regia benignitate exaudita et clementer admissa, considerantes etiam et animo volventes fidelia illa servitia, quae eosdem Siculos nostros sacrae in primis huius regni nostri Hungariae coronae temporibus videlicet nostrorum praedecessorum regum Hungariae et maxime contra atrocissimos Thurcos fidei christianae hostes truculentissimos omni tempore cum profusione sanguinis et multa maiorum et fratrum ipsorum caede sine intermissione exhibuisse plane constat, quaeque iidem deinde nobis ab initio usque ingressus nostri ad hoc regnum nostrum, non modo adversus Thurcos, verum etiam alios nostros rebelles et contra nos insurgentes indefesso semper animo et ad quamcunque requisitionem nostram praestiterunt et impenderunt, et deinceps quoque sunt exhibituri; volentes igitur eisdem gratificari et regiam nostram munificentiam in hoc ostendere et declarare, **memoratos omnes articulos, vetustas consuetudines et libertates eorundem Siculorum in se continentes** et in huius privilegii nostri formam modo praemisso redactos acceptamus, approbamus et ratificamus, ac eosdem pro eisdem universis Siculis nostris praesentibus et futuris perpetuo validuros confirmamus, harum nostrarum, quas secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungariae utimur, impendenti communiri fecimus, vigore et testimonio mediante. Datum Budae, in festo beatae Margarethae

virginis et martiris, anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, regnorum nostrorum Hungariae etc. anno nono. Bohemiae vero vigesimo nono.

A XVI. század végén vagy a XVII-dik elején készült másolata megvan a **bécsi cs. és kir. államlevéltár kéziratgyűjteményében** a „Decreta regum Hungariae” című s **Böhm** által **Die Handschriften des k. und k. Haus-, Hof- und Staats-Archivs** 250. szám alatt leirt codexben (436–444 l.), honnan ezen rendkívül fontos oklevél pontos másolatát Károlyi Árpád szíveségéből nyertem.

512.

Szentgyörgyi és Bazini Péter erd. vajda és székely ispán Szentkirályi Tamási Ferencznek Sárdi Bicsak Mátyás és Lőrincz, Apafi Lénárt, Tóth Miklós és Ferencz ellen az ő szentkirályi udvarháza és malma lerombolásakor okozott 1000 arany forint kárért Maros széken indított, onnan Udvarhely székre s végre az ő törvényszéke elébe fellebbezett perében ítéletet hozván, Maros székeknek Udvarhely szék és a görgényi székely ispán által helybenhagyott ítéletet, – mely szerint Tamási Ferencz, ki a bemutatott oklevél szerint 1498-ban ez ügyben ellenfeleivel teljesen kiegyezett, feje és jószágai elvesztésére ítéltetett, – minthogy az Udvarhely szék által kitűzött határidőre előtte meg nem jelent, megerősíti, s megparancsolja Bojti Benedeknek, Rohodi Jánosnak és a Maros széki királybirónak, hogy Tamási Ferencznek a székely földön lévő összes jószágait becsüljék meg s kétharmad részben az ő mint bíró, egy harmad részben pedig az ellenfelek részére zálog czim alatt foqlalják le. Kelt Görgény várában 1500. mart. 8-án.

Petrus Comes De Sancto Georgio et de Bozijn Waijuoda Transsiluanus et Comes Siculorum etc. Egregijs ac Nobilibus viris Benedicto de Boyth ac Johanni de Rohod et **Judici Regio Sedis Maros**, Salutem et fauorem, Noueritis, Quid nobis In dominica Inuocauit, vnacum nonnullis barum parcium Transsiluanarum Nobilibus atque pocioribus Siculis, hic in Castro Gergen, pro faciendo moderatiuo Iudicio causantibus constitutis et existentibus, Nobiles et Agiles

Mathias et laurencius Bijchak de Sard, personaliter ac laurencius de Galfalwa, pro Egregio **leonardo apafij de apanaghfalwa ac Nicolaus Thoth** pro se et pro francisco similiter Thoth fratre suo carnali, nostram personaliter veniendo in presenciam, presente Ibidem et audiente Nobilij Ambrosio Magno ViceCastellano dicti Castri Gergen, contra Nobilem et Agilem **franciscum Thamasij de Zenthkijral**, allegarunt eomodo, Quomodo superioribus retroactis diebus prefatus franciscus Thamasij Annotatos Mathiam Bijchak et alios predictos, in presenciam Assessorum Sedis Maros traxisset in causam, In qua Idem franciscus contra eos proposuisset eomodo, Quomodo ijdem Mathias et laurencius Bychak ac leonardus apafij Nicolaus et franciscus Thoth armatis et potenciaris manibus ad domum et Curiam, prefati francisci Thamasij proprias, in eadem possessione Zenthkyral habitas necnon Molendinum eiusdem easdemque domum et Curiam ac Molendinum funditus distrahi et Anichilarifecissent In quibus eidem francisco Thamasy Mille florenorum auri dampna intulissent potencia mediante In preiudicium et dampnum ipsius actoris valdemagnum, Quo audito annotatus Mathias Bijchak et alij predicti in causam attracti in eorundem assessorum Sedis Maros exurgendo presenciam Respondissent talimodo, Quod licet hoc Bene verum foret vt ipsi simulcum ceteris Regni Siculis ad prescriptas domum et Curiam atque molendinum dicti francisci Thamasij Inuaserint easdemque destruxerint, Tamen tandem ex ordinatiua compositione Reuerendissimi et Magnifici dominorum ladislai Gereb de Wijngarth, Episcopi Ecclesie albensis Transsiluane ac Petri similiter Gereb, fratris eiusdem domini Episcopi carnalis, Judicis Curie Regie, sub certis vinculis et obligaminibus, Juxta tenorem et continenciam efficacissimarum literarum eorundem dominorum Episcopi et Petri Gereb fassionalium obligatoriarum superinde confectarum, in premissa destructione domus Curieque et Molendini prenotati francisci Thamasij concordassent vniteque extitissent et causa superinde mota sopita foret et penitus condescensa, litereque causales parcium earundem cassate essent ac viribus cariture, et in horum verborum vberiore comprobacionem easdem literas ipsorum dominorum ladislai Episcopi et Petri Gereb fassionales obligatorias in eorundem assessorum Sedis Maros produxissent in conspectum Quibus productis et exhibitis ex Iudiciaria deliberacione prescriptorum Assessorum Sedis Wdwar-

hel ¹⁾ annotatus franciscus Thamasij, contra prenomatos in causam attractos in pena capitis sui amissioneque omnium bonorum suorum ordine Judiciario conuictus extitisset et aggrauatus, Tandem causa ipsa per appellacionis remedium annotati francisci Thamasij primum assessorum Sedis Wdwarhel ac tandem Comitis nostri de Gergen, in presencias deducta existente adiudicacioque annotatorum assessorum Sedis Maros tam per antefatos assessores Sedis Wdwarhel quam per predictum Comitem nostrum de Gergen, tum premisis ex rationibus tum vero pro eo quod dictus franciscus Thamasij penes suam premissam appellacionem die hesterna coram prefato Comite nostro comparere debuisset, In quo quidem termino Idem actor per antefatos in causam attractos congruis horis tota ipsa die coram ipso Comite nostro expectatus eiusdem in presenciam non venisset neque misisset, Et hec sic facta fuisse Nobiles Ambrosius magnus vice Comes dicti Castri Gergen coram nobis oretenus affirmavit, seriose approbata fuisse atque in suo vigore relicta et stabilita, Hijs itaque coram nobis taliter recitatis et allegatis antelatus vero Mathias Bijchak et alij predicti in causam attracti ad nostram Judicariam requisicionem preallegatas literas dicatorum dominorum ladislai Episcopi et petri Gereb fassionales obligatorias nostrum Judicarium producerunt in conspectum hunc tenorem contiuentes, Nos ladislaus dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Albensis Ecclesie Transsiluane stb. (Lásd föntebb 1498-ra 508. sz. alatt). Quibus productis et exhibitis prenotatoque Mathia Bychak et alijs prescriptis in causam attractis per nos in premissis Judicium et Justiciam clargiri postulantibus, Nos vnacum preinsertis Regni Nobilibus atque pocioribus Siculis quesito et assumpto superinde consilio prematuro dictum franciscum Thamasij penes suam appellacionem prenotatam modo superius allegato in presenciam dicti Comitis nostri de Gergen aique nostram, terminum per antefatos assessores Sedis Wdwarhel ipsis partibus ad prefixum non venire vel mittere penitus neglexisse, proptereaque premissam adiudicacionem dicatorum Assessorum Sedis Wdwarhel admitti debere ex eoque pronominatus franciscus Thamasij in dicta pena capitis amissioneque dictorum viuersorum bonorum suorum contra prelibatum Mathiam Bijchak et alios predictos in causam attractos convinci et aggruari debere

¹⁾ Itt az eredetiben Sedis **Wdwarhel** tévedésből áll Sedis **Maros** helyett.

nobis et eisdem parcium Transsiluanarum Nobilibus pocioribusque Siculis nobiscum in Iudicio et examine presentis cause existentibus adinueniebatur Manifeste, propter quod nos de eorundem Regni Nobilium atque pociorum Siculorum preassumpto consilio prelibatum franciscum Thamasij contra pretitulatum Mathiam Bychak et alios predictos In causam attractos premissis ex Racionibus in dicta pena capitis, amissioneque cunctorum Bonorum suorum ipsum solum proprie et precise concernencium vbilibet habitorum conuictum et aggrauatum fore decernentes Requirimus igitur vos et Nichilominus vobis Regia in persona firmiter committimus et mandamus, quatenus agnitis presentibus, ad facies vniuersorum Bonorum dicti francisci Thamasij conuicti, vbilibet intra ambitum Regni Siculorum habitorum, vicinis et commetaneis eorum fratribusque et generacionibus eiusdem conuictj vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, habita prius eorundem bonorum legitima reambulacione et condigna estimacione, exclusisque porcionibus aliorum quorumlibet de eisdem occupetis eadem, occupataque in duabus nostris Iudiciarijs in tertia vero partibus prefati Mathie Bijchak et aliorum predictorum in causam attractorum parcium scilicet aduersarum manibus tamdiu per nos et eandem partem aduersam donec eadem a nobis et ipsa parte aduersa in condigna eorundem estimacione per hos quorum redempcioni magis competunt redimantur statuatis et committatis titulo pignoris possidenda, contradiccione prelibati francisci Thamasij et aliorum quorumlibet preuia Racione non obstante, Res eiam eiusdem conuictj si quas reperire poteritis auferatis ac easdem consimiliter in duabus nostris Iudiciarijs In tertia vero partibus predictorum in causam attractorum parcium scilicet aduersarum manibus detis applicetis et assignetis occultatores vero dictarum Rerum si qui fuerint Euocetis eosdem contra eosdem in causam attractos ad octauum diem diei datarum presentium exhinc fiende computandum, nostram in presenciam Racionem occultacionis eorum reddituros, Illis autem qui se dicta bona occupanda redimere velle asseruerint, prescriptum terminum pro termino redempcionis eorundem coram nobis comparendi deputetis, Et posthec huiusmodi Reambulacionis Estimacionis occupacionis ac titulo pignoris Slatucionis dictorum bonorum atque Rerum ablacionis et euocacionis seriem cum occultatorum et Euocatorum nominibus vt

fuerit expediens ad dictum octauum diem datarum presencium suomodo rescribere aut oretenus referre debeatis Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti, Datum loco et termino in prenotatis, Anno domini Millesimo Quingentesimo.

(P. H)

Eredetije papiroson, aljára nyomott ép pecséttel, az erd. kincstári levéltárból az **országos levéltárban**.

513.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró, erdélyi vajda és székelyispán, több megnevezett Maros széki székelynek megparancsolja, hogy Gálfalvi Csuka Jánosnak Maros szék közgyűlésén Vásárhelyen folytatandó perében e levél vétele után másod napon jelenjenek meg. Kelt Vásárhely mezővárosában 1501. mart. 4-én.

Comes Petrus Comes de Sancto Georgio et de Bozijn Judex curie Regie Maiestatis wayuodaque Transsiluanus et Comes Siculorum etc. Agilibus Sebastiano weres de **Akosfalwa**, Thome Both de **Karachonfalwa**, Stephano Gijeorghfy de **Chybafalwa**, Petro Nagh de **Waija**, Johanni de **Kysgeorgen**, Demetrio Jako de **folfalwa** et Paulo Sijketh de dicta **Kysgewrgen** ¹⁾ Salutem et fauorem, Exponitur nobis in persona Agilis **Johannis Chwka de Galfalwa** ²⁾, Quomodo ipse vobiscum ratione et pretextu quorundam negociorum **in presenti generali adiudicacione vniuersitatis Siculorum Sedis Maros, per nos eisdem hic in Wasarhel instituta**, coram Nobis litigare vellet Jure admittente, Requirimus igitur vos et nichilominus vobis Regia in persona firmiter committimus et mandamus, quatenus agnitis presentibus crastina die coram nobis personaliter comparere debeatis, obiectis et, querelis Jamfati exponentis de Jure responsurus. Secus non facturus, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in dicto oppido wasarhel feria quinta proxima post dominicam Inuocauit Anno domini Millesimo Quingentesimo primo.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a **Domokos család alcsernátoni levéltárában**.

¹⁾ **Ákosfalva, Karácsonfalva, Csibafalva, Vaja, Kis-Görgény, Folyfalva** Maros széki helységek, a Nyárad völgyében.

²⁾ **Gálfalva** Küküllő vármegyében.

514.

Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajda és székely ispán megparancsolja Brassó város tanácsának, hogy a Töröcsvárhoz tartozó helységek, valamint azon helységek királyi adóját, melyeket egy másolatban közölt de általa figyelembe nem vehető levél szerint bizonyos egyház birtokának állit, azonnal fizesse be, s a székely ispáni tisztséget illető sójövédelmet, melyhez a városi tanácsnak joga nincs, bocsássa vissza emberei kezébe. Kelt Görgényben 1501. mart. 9-én.

Prudentes ac Circumspecti viri amici nobis dilecti Contenta vestrarum literarum per omnia intelleximus, vbi primum nobis ex parte **pertinenciarum Castri Therch**, ut presentem contribucionem eisdem relaxaremus, Scitote, et Regia Maiestas in Regno isto plura habet Castra, in quorum pertinencijs ipsam contribucionem absque omni remissione exigi fecimus Ignoramus enim quarum rerum gracia pertinencia Castri Therch eximi deberet, Ideo dietim et sine crastinacione pecunias ipsas contribucionales administrari faciatis Quoniam per omnia remedia rehabere volumus. Tandem vero paria literarum nobis missarum ex parte quarundam villarum, quas ad quandam Ecclesiam spectare dicitis, similiter intelleximus, que Iudicio nostro inordinate emanate sunt. Quod si a Moderno domino nostro Rege alias et Meliores literas non habueritis, minime illas obseruabimus Et si decetero nobis super aliqua exempcione literas Regias mittere volueritis, Non paria earum, Sed easdem in specie transmittatis, Quoniam paribus addicio vel diminucio fieri potest, pro eo et de eisdem villis Taxam Regiam administretis, Ne aures eorum obtusas dampnum et periculum aperiat, Ceterum **Sales illas officio nostro Comitum Sicularum spectantes**, quas et Regia Maiestas remittere vobis conmisit, remittatis, Quia Non vos Sed nos Comes sumus Sicularum, Nec eciam hucusque in officio nostro aliquam contraxistis societatem, dum vero in officio nostro socij eritis nostri, vobiscum et prouentus participabimus nostros, Quoniam Si amplius rennuencia aliqua per vos in hac parte obseruabitur, Hoc vobis harum serie dicimus, ut occupacio prouentus nostri adeo vos tediabit, ut memores nostri eritis per longa tempora, Ideo hominibus nostris remittatis Ne maior contra vos oriatur stimulus. Secus non facturi,

Ex Gergen feria tertia proxima post dominicam Reminiscere Anno domini Millesimo quingentesimo vno.

Petrus Comes de Sancto Georgio et de Bozijn

Waywoda transsiluanus et Comes Siculorum.

Kivül: Prudentibus ac Circumspectis Judici Juratisque Ciuibus Ciuitatis Brassouiensis, Amicis nobis sincere dilectis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

515.

Brassó város tanácsa elismeri, hogy Dolhai György, Bornemisza János királyi kincstartó embere, nála 1800 ökröt hagyott. Kelt Brassóban 1501. nov. 17-én.

Nos Judex et iurati Ciues Ciuitatis brassouiensis Nec non iurati Seniores Terre barczensis Notumfacimus perpresentes vniuersis et singulis quibus expedit Quod Nobilis **Georgius dalhaij familiaris Magnifici domini Johannis bornemijssi Thezaurarij Regiemaiestatis dimisit apud nos boues Mille et viij^{c 1)}** harum litterarum Sigillo prefate ciuitatis brassouiensis consignatarum vigore et testimonio mediante Datum brassouie feria quarta proxima ante festum Sancte Elyzabet vidue 1501.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

516.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy kiküldött két embere előtt Illyei Dienesi János özvegye, néhai Harinai idősb Farkas Miklós leánya, Sz. Ferencz rendi apáca, Székely-Vásárhelyen a minoriták kolostora mellett lévő házában, azt vallotta, hogy őt Harinai Farkas János, néhai Miklós fia, másik néhai Miklós uno-

¹⁾ Ezen 1800 ökröt a királyi kincstartó embere bizonyosan a székely föld egy részéről hajtatta Brassóba. II. Ulászló 1501-ben jegyezte el a francia király rokonát Annát, s ez alkalommal adták a székelyek a királynak a szokásos ökörsütést.

kája, és Bikali Bikli János hunyadi ispán az anyja leánynegyedéért, menyasszonyi ajándékaért és hozományáért atyja néhai Barinai Farkas Miklós jószágából teljesen kielégítették. Kelt 1503. febr. 21-én.

Conuentus Monasterij Beate Marie Virginis de Colosmonostra. Omnibus christi fidelibus presentibus et futuris, presentes Inspecturis, Salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam presentium serie volumus peruenire, Quod cum Nos ad instantem et legittimam petitionem Generose domine Dorothe Relicte condam Johannis Dijenessij de Illije, filie videlicet Egregij olim Nicolai farkas senioris de harijnna Regularem obseruanciam Tercij ordinis Beati francisci confessoris profitentis, et **In opido Zekelwasarhel appellato, ante Clastrum fratrum Beati francisci Minorum, In honorem Beatissime virginis Marie constructum** degentis, et propter nimiam excessiuamque senectutis sue molem et grauitatem, In nostram nequeuntis et non valentis venire presenciam, duos ex nobis, videlicet Religiosos viros, fratres Blasium el Barnabam Sacerdotes, socios nostros Conuentuales, Ad ea que eadem Coram ipsis fateretur videnda et audienda, ac tandem nobis referenda, nostris pro testimonijs duximus transmittendum fidedignos. Qui tandem exinde ad Nos Reuersi nobis conscienciose retulerunt eomodo, Quod Sabbato proximo post festum Beati Valentini Martiris nouiter preteritum, Annotata domina dorothea in dicta Zekelwasarhel, In domo, in qua videlicet ipsa in dei seruicio deuocioni insistit, Coram ipsis personaliter constituta, sponte et libere confessa extitisset in hunc modum, Quod quia sibi, Egregij Johannes filius condam Nicolai filij prefati alterius olim Nicolai Farkas de Harijnna, Ac alter Johannes Bijklij de Bijkol Comes Hwnijadiensis, de et super totali Jure suo quartalicio, doteque et Rebusparafernalibus, condam domine Matris sue, sibi de vniuersis possessionibus porcionibusque et Juribus possessionarijs prelibati olim Nicolai farkas patris sui, vbilibet et in quibuscumque Comitibus harum parcium Transsiluanarum existentibus et habitis, ac quocumque nomine nuncupatis, Juxta Regni Hungarie, consequenterque earundem parcium Transsiluanarum consuetudinem prouenire debentibus, pecuniaria solucione, plenariam et omnimodam impondisent solucionem atque satisfaccionem, Ob hoc eadem domina

dorothea ad plenum superinde contenta, Memoratos vtrumque Johannem super huiusmodi Jure suo quartalicio, doleque et Rebus parafernalibus prenotate condam domine Matris sue, Quitos expeditos et modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, ijmo prenominati fratres et consocij nostri reddidisse et commisisse retulerunt coram nobis. In Cuius rei Testimonium nos presentes literas nostras expeditorias, pendentis et Autentici Sigilli nostri munimine roboratas, ad fassionem et Relacionem eorundem fratrum et consociorum nostrorum antefatis Johanni farkas et alteri Johanni Bijklj duximus concedendas, Datum quarto die termini prenotati, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tercio.

Eredetije pergamenen, a veres, fehér, zöld selyem zsinorról függött pecsét hijával, **Medgyesfalván a gr. Lázár család levéltárában.**

517.

Miklós erd. püspök a székely nemzet követei által elébe terjesztett pontokat, melyek az egyházi szolgálatra és törvénykezésre vonatkoznak, elfogadja és pecsétjével megerősítve kiadja. Kelt Gyula-Fehérvártt 1503. sept. 15-én.

Nos Nicolaus dei et apostolice sedis gracia Episcopus ecclesie Transsiluane etc. Memorie commendamus per presentes Quod venientes nostri in presenciam Nobiles et Agilles viri **Andreas Lazar de gijwrgijo Paulus et Stephanus Nyothodij Michael Iaczok Johannes benedekfij de kajdwwkfalwa Blasius toth de Jobaghfalwa et Ladislaus de Pethk**, nominibus et in personis vniuersorum dominorum sicularum tanquam Nunccij speciales per eosdem dominos sicularos ad nos missi, inter alios tractatus et negocia Articulos infra scriptos obtulerunt supplicantes Nobis humilime nominibus et in personis eorundem dominorum sicularum, vt huiusmodi articulos acceptare eisdemque consentire, ac sigillo nostro solito assignare ipsisque annuere dignemur. Nos itaque ea potissimum racione Quod de cetero ijdem domini siculi ad obsequia Regie sublimitatis coardenciores reddantur, Nobiscumque omni bona vicinitate, fauore et amicia permaneant, supplicacione predictorum Nobilium per eosdem nominibus et In personis quorum supra nobis modo premissis

porrecta pie et gracieose exaudita, huiusmodi Articulos perinde admisimus, Quatenus Iusti et honesti fuerint et libertati ecclesiastice non contrarij, per singulas eorum clausulas vias et modos nostro durante beneplacito acceptantes eisdem annuimus, eosdem sigillo nostro solito duximus sigillandos ipsisque dominis Siculis concedendos, Ex quibus quidem Articulis primus is est.

Item Si duo ex laicis siculis causam aliquam in Sede Vicarij Albensis mouere voluerint, nulla parcium hic Albe per procuratorem agere causam valeat, sed actor aut reus aut suo ore aut alicuius fratris vel amici sui, quem secum adduxerit, totum negocium Vicario declaret. Si vero altera parcium presbiter fuerit, extunc laicus ille contra presbiterum causam suam per procuratorem, quem elegerit, agere possit, presbiter vero solus agat et non per procuratorem, neque presbiter contra laicum in scriptis per libellum procedat. Placet.

Item liberi sint dare eleemosynas pro Tricesimis fratribus alicuius ordinis vel plebano alterius parochie vel suo capellano, et hoc Ideo, Quia plebani sui, in cuius parochia tales elemosine erogantur, volunt non fratribus vel plebanis exteris dari, sed aut pro se habere, aut tantum elemosine in recompensam illarum habere, Qua in re tempore convencionis concordent cum plebano, Qui si contentus fuerit, bene quidem, alioqui tales elemosine presertim testamentales plebanum concernant. Placet.

Item. Est is mos ab antiquo obseruatus per totam siculiam, demptis sedibus chyk gyergio et sepsi, Quod quando fit conmemoracio animarum, extunc si plebanus loci illius ex oblagijs habet tantum, quantum duo ex presbiteris Inuitatis, contentus sit, et hoc Ideo, quia sunt nonnullae sedes, in quibus plebanus tempore huiusmodi conmemoracionum vult pro se habere tantum, quantum omnes alij presbiteri Inuitati, quod est contra consuetudinem illius terre. Placet.

Item Quia plebani sedis chyk neminem sepellire volunt, quantumcumque pauperrimus sit, nisi fecerit ipse moriens ipsi plebano testamentum, Immo quod peius est, ob predictam causam eciam pueri, qui solummodo semel fuerunt confessi, non sepelliuntur, cum tamen sepulture libere concedantur, placet vt sepeliantur defuncti, et sit in arbitrio testantis, an plebano aliquid legare voluerit, vel

non, laudabilibus tamen consuetudinibus nolumus in hac parte quicquam derogari.

Item sunt nonnulli presbiteri, qui vt sibi ipsis pecunias acquirere aliosque minus Juste vexare possint, solent a domino Vicario quasdam literas Citatorias Impetrare, In quibus nullius nomen scriptum est, quarum vigore eos omnes vel noxios vel Innoxios pro arbitrio ipsorum citaret et vexaret, que litere durant in vigore per Integri anni spacium, Quas quidem literas nolumus vt Vicarius uoster concedat, preterquam in facto decimarum ac restitutione sallarij plebanorum et Scholasticorum.

Item Quod nec Vestra Reverendissima Dominacio, nec Vicarius eiusdem, causam prophanam, que vel per appellacionem, vel directe coram eadem Vestra Reuerendissima Dominacione vel Vicario suo per aliquem Sicularum Intentaretur, acceptare velit et neque per Vicarium acceptari permittat, prout eciam litere Regie Maiestatis de hac re sonare videntur. Placet.

Item Quod hospites decimarum in sede Sepsi non teneantur preter vnum cubulum auene, vnam gallinam et vnum panem aut precia horum soluere ipsis decimatoribus, sed cibum et potum dare teneantur. Vbi vero in alijs sedibus solitum est, soluere tres cubulos auene, ibi si decimator descenderit, teneatur ad solucionem precij illorum trium cubulorum. Sit et placet Nobis hunc quoque Articulum tollere secundum tamen veterem consuetudinem.

Item Accidit interdum Quod femina in adulterio deprehensa Juxta consuetudinem scissis vestibus expulsa veniet tandem Albam et nonnullos citacionibus et grauibus litibus exagitat. Ne Dominacio Vestra Reuerendissima id fieri paciatur. Propterea placet nobis, vt tales demeritis exigentibus Iudicio presertim iusto et legitimo condemnate, causas earum, de quibus In illis partibus Iudicium celebratum fuerit, rursum ad sedem nostram reuocare non possint. Si quas autem causas habent, que forum ecclesiasticum aut de Jure aut ab antiqua consuetudine concernunt, extunc Illas in cadem sede nostra via Juris prosequi possint et valeant, cum apud Iudicem non debet esse exceptio personarum.

Item si in causa dotali coram Vicario aliqua parcium conuicta fuerit, extunc dominus Vicarius velit scribere ipsis pocioribus siculis, quantum pro dote soluat pars conuicta, aut quanta sit par-

tis conuicte, et hoc Ideo quia Siculi sunt trifarie diuisi, sunt primi pociiores, deinde Lowffew, postremo plebei. Placet ut agnoscatur de valore et quantitate dotis vt consuetudo illius terre est.

Item Quod si in domo alicuius plebani vel presbiteri Interdum casu fortuito aliqua dissensio orta fuerit, ita tamen vt nihil aduersi contra plebanum demolitum sit, neque vlla voluntaria vis in domum suam, extunc talis plebanus non possit causari violenciam factam in domo sua, Indequē ad fiscum Reuerendissimi domini Episcopi aliquid soluere debere. Placet, dummodo dolo aut fraude vel animo nocendi id conceptum et Inceptum non fuerit.

Item Quod omnis causa ecclesiastica tempore eo quo vniuersa Sicilia vel contra Turcos vel in alijs negocijs arduis Regie Maie-statis occupata existit, quo tempore cause eciam prophane inter ipsos silent, tunc quiescant eciam cause ecclesiastice, quoad talis negocij finis erit. Nam in omnibus sedibus dilacio fit de more a festo Sancti Jacobi ad festum Sancti Bartholomei, In Sedibus vero chyk gyrgio et kyzdij a festo Sancti Jacobi ad festum Sancti galli confessoris. Placet hoc tamen declarato, Quod tempore tam grandis negocij, quando scilicet tales ferie fieri debent, mittent certum hominem ad Vicarium, medio cuius eidem significari curent, qui teneatur ipsis hanc dilacionem dare.

Item Quod quandocunque palam aliquis plebanorum concubiniarius repperietur, habeatque concubinam notorie, talis admoneatur, ne de cetero tale facinus perpetret. Quod si abstinere noluerit, demandetur vicearchidiacono vel pocius Archidiacono, qui eundem plebanum captum adducant ad Dominacionem Reuerendissimam vel Vicarium eiusdem, cauendum tamen est, ne in huiusmodi captiuitate modus excedatur, propter quod excommunicacionem Incurrant. Placet Is quoque articulus secundum continenciam literarum sinodalium.

Item Quod propter paruas et pene nullius momenti Iniurias huc Albam ad sedem Vicarij vnus alterum citare nequeat. Placet, si tamen huiusmodi Iniurie graues et atroces non fuerint multum ponderose et si fuerint Ibidem per decanum vel vicearchidiaconum adiudicate.

Item Quod causas tales, que se solummodo ad summam duodecim florenorum et Infra extendunt, Ibidem vicearchidiaconus adiudicare plenam habeat facultatem, et placet.

Item quod nullus bona sua auitica alicui durante vita vel relinquere vel eciam testamentaliter legare possit, bona vero per se adquisita cuicumque voluerit libere et relinquere et testari possit, ita tamen quod bona vel relictata vel legata fratres vel consanguinei Illius, Juxta valorem et estimacionem huiusmodi bonorum ad se redimere possint et valeant, casu vero, quo talibus propinquis siue tratribus orbatus fuerit, extunc Incole loci Illius similiter eadem bona modo premissa ad se redimere possint et valeant. Placet hoc quoque secundum antiquam consuetudinem terre Siculie.

Item quod racione bonorum hereditariorum neminem ad sedem nostram Albensem in Iudicium attrahere possint, prout eciam certe litere Regie Maiestatis super hac re ad nos date sonare videntur. Placet Is quoque Articulus, exceptis tamen Illis bonis hereditarijs, que testamentaliter ecclesijs legata fuerint, Que tamen vel per fratres et Incolas, prout In priori Articulo continetur, Juxta valorem et estimacionem redimi possint.

Que omnia premissa et queuis premissorum singula, nostro duntaxat beneplacito durante Intelligi volumus, et declaramus, harum nostrarum nostro solito sigillo consignatarum vigore et testimonio mediante. Datum Albe in palacio nostro episcopali decimoquinto die Mensis Septembris, Anno domini Millesimo Quingentesimo tercio.

Egykoru másolat, az Erd. Muzeum kéziratárában.

518.

Tarczai János székely ispán bizonyítja, hogy Barcsai Gáspár Bándon létező egy asztag buzáját Antalnak a szentmihálykövi pálosok perjelének 150 arany forintért eladta, az ezen árba bele számított huszonöt forint értékű bándi lófő birtok átadását azonban Antal perjel a szerzet legközelebbi zsinatának határozatától tette függővé. Kelt Görény várában 1504. nov. 11-én.

Nos **Johannes Tharczay Comes Siculorum**, etc. damus promemoria Quod Egregius **Caspar de Barcha**, et honorabilis **Anthonius prior Heremitarum diui pauli primi heremithe de Zenthmihalkijue**, coram nobis personaliter constituti fassi sunt in hunc modum, Quod

Jamfatus Caspar de Barcha, quemdam vnum aceruum frugum suarum tritici in villa **Band** existentem, dictis heremitis, pro Centum, et quinquaginta florenis vendidisset, dedisset, et alienasset, tali pacto Quod dicti Jam heremite, prefato Caspar Centum et vigintiquinque florenos Auri in parata pecunia exoluant et exolui debeant et teneantur, ipse vero Caspar pro residuis vigintiquinque florenis, quandam **possessionem Lofew in prefata Band existentem habitam** ¹⁾, que in Ipsos heremitas Beati pauli primi heremithe de Zenth Mijhalkijue per quondam Georgium presbiterum de eadem Band, testamentaria dispositione legata fuisset, et deuoluta, cum omnibus suis pertinencijs terris videlicet arabilibus, pratis fenetis siluis, aquis, promonthorijs, ac quibusuis fructibus et emolumentis ad dictam lofew spectantibus, et pertinentibus, ac pertinere debentibus, ab Iphis heremitis, sibi dari, et remitti optabat, prefatus vero Anthonius prior heremitarum, de dicta ZenthMihalkyue, prefatam possessionem dicto Caspari dare et remittere, absque consilio aliorum fratrum voluit Minime, sed fassus est tali modo, quod in proxima Congregatione sew sinodo Ipsorum fratrum, si esset cum consensu omnium, sciscitaretur, tandem si dicto Jam Anthonio fratri dare et remittere prefatam **lofew** dixerint, faciet vtique dictoque Caspar pro prescriptis viginti quinque florenis dabit et remittet. Si vero dare et remittere non potuerit, extunc sepefato Caspar, Jamfatos viginti quinque florenos ad Tricessimum secundum diem, finito sinodo In parata pecunia dare et exoluere debeat et teneatur, vigore et testimonio presencium mediante, datum in Castro Georgen, in ipso festo Beati Martini Episcopi Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto.

(P. H.)

Eredetije, az aljára zöld viaszba nyomott pecsét maradványaival, az **erd. Muzeum kéziratárában** (a gr. Eszterházy család cseszneki ága levéltárában.).

519.

II. Ulászló király megparancsolja Szentgyörgyi és Bazini Péter országbirónak és erdélyi vajdának, hogy a nemesi jószágokat bíró szé-

¹⁾ **Bánd** Maros széki helység, hol a szentmihálykövi paulinus kolostor végrendelet után lófőiséget (possessio Lofew) birt.

kelyek birtokpereit, melyek az ő törvényshékétől a királyhoz szoktak feljebbetetni, addig, míg a közte és a székelyek közt fölmerült viszályok eligazítására kiküldendő királyi embere Erdélybe bemenend, a székelyek nagyobb kényelme végett, ne ő hozzá, hanem azon királyi ember elébe terjeszse föl, kinek a végeldöntésre teljes felhatalmazást adott. Kelt Budán 1504. sept. 18-án.

Commissio propria domini Regis.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro Spectabili et Magnifico Petro Comiti de Bozijn et de sancto Georgio Judici Curie nostre, ac Waijwode parcium Regni nostri Transsylvanarum, Salutem et gratiam. Quia nos certis bonis respectibus et ex causis, annuimus et concessimus, fidelibus nostris **Agilibus Siculis nostris parcium nostrarum Transsylvanarum, Nobilitates videlicet et Jura possessionaria habentibus et possidentibus**, vt ipsi causas eorum in facto Jurium possessionariorum coram vobis motas et mouendas, que videlicet pro Jure et consuetudine ipsorum, de vestri presencia aut vicegerencium suorum, ad Maiestatem nostram prouocari et appellari possent et deberent, aut iam de facto appellassent, infra tempus quo homo noster quem nos pro reuisione et conplanacione differenciarum et negociorum inter vos et ipsos Siculos nostros illarum parcium nostrarum habitarum et ortorum illo ad Transsylvaniam missuri sumus, ad easdem partes nostras Transsylvanas ingredietur, pro maiori ipsorum Siculorum commoditate, interim non ad Maiestatem nostram, sed in presenciam et in aduentum eiusdem hominis nostri prouocare et appellare valeant, Ipseque homo noster tandem in a luentu suo ad illas partes, auctoritate et in persona Maiestatis nostre, eciam omnes huiusmodi causas factum vtpremittitur Jurium possessionariorum concernentes ad nos appellatas, libere reuidere et adiudicare possit et debeat, Immo annuimus et concedimus per presentes, Quare mandamus fidelitati vestre harum serie firmissime, quatinus, acceptis presentibus, huiusmodi appellacioni talium Siculorum, qui vtpremissum est, de more et consuetudine illius Regni, causas eorum prefactas de presencia vestri vel vicegerencium suorum in presenciam et aduentum dicti hominis nostri appellare voluerint, vel iam de facto

ad Maiestatem nostram ¹⁾ apellarent, locum dare, causasque ipsas in aduentum et presenciam eiusdem hominis nostri transmittere discutiendas, modis omnibus debeat el teneamini. Et aliud nullatenus faciatis, presentibus perlectis exhibenti restitulis. Datum Bude feria quarta proxima post festum exaltacionis sancte Crucis, Anno domini Millesimo Quingentesimo quarto.

(P. H.)

Eredetije papiroson, gr. Eszterházy János levéltárában Kolozsvártt.

520.

II. Ulászló király megparancsolja Tót-Selymesi Tarczai János székely ispánnak, hogy a szebeni és brassai szászokat, kik a székelyektől az ország végzése ellen tiltott utakon Oláhországba hajtott lovakat és barmokat elszedték, s ezért a székelyektől sok kárt vallanak s miattok szabadon nem járhatnak és kelhetnek, vegye oltalma alá és szabad járás-kelesöket a székely földön biztosítsa. Kelt Budán 1504. december 24.

Commissio propria domini Regis.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro Magnifico **Johanni Tharczaj de Thothselmes Comiti Siculorum nostrorum**, Salutem el graciam, Ex querelis fidelium nostrorum, Prudentum et Circumspectorum, Judicum et Juratorum Ciuium Ciuitatum nostrarum Cibiniensis et Brassouiensis accepimus plurimum displicenter, Quod cum his superioribus diebus nonnulli ex Siculis illarum parcium Regni nostri Transsiluanarum, contra statuta et inhibitionem super expellendis equis et alijs animalibus, ex hoc Regno nostro ad extera Regna, in generali decreto nostro superinde factam et expressatam, certos equos ad partes transsalpinas expellere et per sinistras alque prohibitas vias abducere habuissent, mox homines siue familiares ipsorum exponencium in vigesimis nostris istic constituti, huiusmodi equos et tandem eciam alia animalia, que hoc modo ipsi Siculi de hoc Regno nostro expellere consueuerant, ab eisdem abstulissent, Qua ex causa sepius et frequencius ipsi Siculi

¹⁾ Az eredetiben, kétségtelenül leirási hibából, világosan »**vestram**« áll.

eisdem exponentibus iniuriarentur atque insidiarentur, ipsosque exponentes in dies grauibus dampnis afficerent, Ita vt ipsi exponentes aut eorum homines, nec ad Nundinas liberas, sed neque ad aliqua alia negocia ipsorum peragenda, ab eisdem Siculis tutum progressum habere possent, per quod prouentus ipsi nostri vigesimales plurimum diminuerentur, Quod nos illis vlterius tollerare nequaquam volentes, fidelitati tue harum serie firmissime mandamus, vt a modo, dictos Ciues nostros modo premissis per ipsos Siculos turbari vel dampnificari nulla ratione permittas, atque illis huiusmodi negocia ipsorum peragentibus, vbique in medio ipsorum Sicularum nostrorum, pro consuetudine ipsarum Ciuitatum nostrarum, tutum progressum et liberum semper preberi facias taliter prouidendo, Ne ipsi Ciues nostri, per amplius, pro hac re, nostre quoquomodo conuicti cogantur Maiestati, presentibus perlectis exhibenti restitutis, datum Bude in vigilia festi Natiuitatis domini, Anno eiusdem Millesimo, Quingentesimo quarto.

(P. H.)

Eredetiye **Brassó város** levéltárában.

521.

A Segesvár szék által 1503-ban három ízben kivetett adó egy részét a szék Erked községének elengedi, azokért a károkért, melyeket a Tomori Pállal vívott ütközet alkalmával a székelyektől vallott. Kelt 1504-ben.

Imposicio prima facta est per dominos prouinciales feria sexta ante festa Natalia Anni 1503.

.
Erkeden.

Relaxatj sunt eis **pro damnis per Siculis tempore conflictorum pauli Thomorj susceptis** fl. 3. d. O.

Secunda imposicio facta est per prouinciales circa festum Beati Johannis Baptiste Anno quo supra.

.
Erkeden.

Relaxatj sunt **Racione dampnorum a Siculis susceptorum fl. 3. d 68.**

Tercia impositio facta est per dominos prouinciales circa festum Natiuitatis Marie Anno quo supra.

.
Erkeden.

Relaxatj sunt pro damnis prescriptis et structura Ecclesie fl. 3 d. 50

Segesvár szék 1504-dik évi eredeti számadásából **a szász nemzet levéltárában.**

522.

Csávási Erdő Miklós tasnádi udvarbíró Kisfalud helységét, melyet Esztergomi Székely Ferencztől 200 aranyért zálogban birt, Tóth Miklósnak, ki a 200 aranyat neki lefizette, zálogjog czimén átengedi. Kelt Szentmihályfalván 1506. máj. 9-én.

Nos Nicolaus Erdew de Chawas, prouisor Curie Thasnadiensis Memorie commendamus per presentes, Quod Nos Juxta illam dispositionem et ordinationem, quam cum **francisco Zekel de Strigonio** pro parte possessionis **kijfalwd** ¹⁾ inter sese habuissimus, Vt videlicet dum et quando Egregius **Nicolaus Thoth** illos ducentos florenos auri, quibus videlicet nobis predicta possessio kysfalwd impignorata per eundem franciscum Zekel extiterat, nobis plenarie persolueret, extunc statim dictam possessionem manibus ipsius Nicolai Thoth remitteremus, Tandem ipse Nicolaus Thoth nobis de predicta summa pecuniarum quoad plenum satisfecit dictamque possessionem in eisdem ducentis florenis impignoramus, Tandemque sibi conseruandam relinquimus, quousque de prefatis ducentis florenis per predictum franciscum Zekel satisfactum fuerit, presencium testimonio mediante. Datum in ZenfhMijhalfalwa feria quarta proxima post festum beati Stanzlaj martiris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexto.

(P. H.)

Eredetije papiroson, az aljára zöld viaszba nyomott pecsét maradványaival, **Maros-Vásárhely város levéltárában.**

¹⁾ **Kisfalud** Maros széken, **Maros Vásárhely** közelében

523.

II. Ulászló megparancsolja a székelyeknek, hogy a moldvai vajdához Bogdánhoz küldött követeinek, Korlátközi Osvát tatai és komáromi várnagynak és Bélai Barabás Szörényi bánnak, azok költségén leendő kellő ellátásáról, s ha szükséges lenne utjuk biztosításáról gondoskodjanak. Kelt Budán 1507. június 15-én.

Commissio propria domini Regis.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris **Egregijs et Agilibus viris Trium Generum Siculis parcium Regni nostri Trassiluanarum**, cete(risque) quibuscumque subditis nostris cuiuscunque status et condicionis existant, presentes visuris, Salutem et gratiam, Misimus vos fideles nostros Egregios Osualdum de korlathkew Castellanus Castrorum nostrorum Thatha et komaron ac Barnabam de Bela Banum nostrum Zewriniensem, presentium scilicet ostensores, in certa legacione nostra ad fidelem nostrum Spectabilem et Magnificum Bogdanum Wayuodam nostrum Moldaviensem, qui vt vbique tucius et securius ac cum maiori commoditate iter suum peragere possint, volumus et fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, vt dum et quando iidem oratores nostri ad vos peruenerint, ipsis de rebus et victualibus necessarijs, et sicubi opus fuerit, eciam de saluo et securo conductu vsque ad loca tuciora, ad rationem pecuniarum et expensarum ipsorum prouidere debeatis, Secus non facturi, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude In festo Beatorum Viti et Modesti martirum, Anno domini Millesimo Quingentesimo Septimo.

(P. H.)

Eredetije papiroson, az aljára nyomott pecsét töredékeivel, a **Majthényi család levéltárában Novákon, Nyitra vármegyében.**

524.

Héderfáji Barlabási Lénárt erd. alvajda és székely alispán értesíti Szeben város tanácsát, hogy a vingárti várnagy ellen fenforgó ügyben kész határidőt tűzni és ítéletet hozni, ha mint a várnagy úgy a tanács is kész lesz előtte törvényt állani: tudósítja egyszersmind a

tanácsot, hogy a közelebbi medgyesi vásár alkalmával némely szebeni kereskedők kirablását és meggyilkolását Medgyes mellett nem más mint az országos rabló Makfalvi Dózsa György követte el. Kelt Héderfáján 1507. jul. 19-én.

Prudentes et Circumspecti domini et amici nobis honorandi. Nam licet Castellanus Castri wijngarth iuxta continenciam aliarum literarum nostrarum Euocatoriarum in facto ablacionis ouium sev porcorum ad instanciam vestri coram nobis comparuerit (*igy*), Tamen ex quo illum Jobagionem, a quo videlicet eedem oves et porci recepti sunt, non factum furticinium commisisse, sed bonum et iustum homicidium fore denominari fecistis, illi Castellani hanc causam asserentes de quatuor casibus breuem euocationem contingentibus minime fore et sic coram nobis respondere noluerunt, Nam si illum Jobagionem Regium factum furticinium commisisse responderetis, tunc nos causam eam finaliter decernere et deliberare non premittebamus; Tamen eo non obstante dicti Castellani hic coram nobis voluntarie promiserunt, Quod si vos eciam ad instanciam ipsorum Castellanorum et Jobagionum domine ducisse in facto quorumcunque negociorum coram nobis Juri stare volueritis, tunc eciam et ipsi in vniuersis factis et negocijs vestris coram nobis Juri stare et respondere promti erunt et parati; eam ob rem, si Id volueritis, tunc nobis significari facere ne postponatis, et mox nos pro impensione Judicij tam vobis quam ipsis Castellanis terminum coram nobis comparendi literis nostris mediantibus prefigere et deputare non postponemus Ceterum accepimus qualiter in proxime preteritis nundinis Meggyesiensibus certos ex Incolis et Inhabitoribus illius ciuitatis Cibiniensis prope Ciuitatem Meggyes spoliassent atque interfecissent, Nam prout nos superinde cercius perscrutati sumus, **hoc factum predonicum ad nullum alium cogitare velitis nisi ad Agilem Georgium dosa Siculum de Makfalwa in Sede Maros existente** ¹⁾, proptereaue consulimus vos, vt vos vniuersaliter velitis **Agili Andree lazar et ceteris pocioribus Siculis** superinde scribere, vt ipsi talem predonem publicum tocius Regni transsiluanie in ipsorum medio tenere non deberent, sed ipsum absque dilacione super huiusmodi facto predonico perpetrato ita punirent, vt cum hoc confederatiua

¹⁾ **Makfalvi Dózsa György**, később 1514 ben a parasztlázadás vezére.

vnio et concordia inter ipsos Siculos et ceteros vniuersos bonos Regnicolas Regni huius magis firmare roborareque quam dissoluere (*igy*) videatur per ipsos Siculos. Ex Hederfaija feria secunda proxima post festum beate Margarethe virginis et martiris anno etc. septimo.

Leonardus Barlabasij de hederfaya vicewayuoda transsiluanus et Siculorum vicecomes.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Magistro ciuium Iudicibus Juratis ceterisque ciuibus et consulibus Ciuitatis Cibiniensis dominis et amicis honorandis.

Eredetije papiroson, **a szász nemzeti levéltárban** (67. sz.). – A Dózsa Györgyre vonatkozó részletet közöltem: **Századok 1876. évi. 20. 1.**

525.

II. Ulászló király megparancsolja az erdélyi ökoradó fölajtóinak, hogy a székelyektől szedett ökröket a szászok földjén legeltetni, velök őriztetni, s őket az elhullott ökrök árának megfizetésére szoritni ne merjék. Kelt Budán 1508. január 15-én.

Commissio propria domini Regis.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris, vniuersis et Singulis, exactoribus Bouum in partibus Regni nostri Transsiluanensibus nobis proueniencium, per nos pro tempore deputandorum, presentes visuris, Salutem et graciam, Ex querulosa Supplicacione vniuersorum Saxonum nostrorum earundem parcium Regni nostri accepimus non sine displicencia, Quod **dum nos, hoc superiore tempore, quosdam ad exacciones Bouum in medium Siculorum nostrorum deputassemus**, Tunc ijdem quibusdam Nouitatibus adinuentis, boues huiusmodi nostros per territoria et prata ipsorum Saxonum nostrorum educendo et depascendo, eosdem Saxones nostros ad quandam pecuniarum solutionem in expulsionem Bouum huiusmodj, ad quam alias minime astricti fuisse dicuntur, coegissent, et tales hinc inde in villis ipsorum Saxonum nostrorum diuagando, seseque hospitari et tractari faciendo, Boues ipsos per Incolas et inhabitatores ipsarum villarum custodirj fecissent, et Boues sub huiusmodi custodia ipsorum Incolarum mortuos, tandem totam communitatem talis ville ad eorundem Bonum solutionem

coartassent, ob hoc nos Supplicatione premissa ipsorum Saxonum nostrorum accepta et admissa, Nolentes ipsos hac noua adinuencione opprimi, idque peramplius talibus exactoribus Bouum nostrorum in vsum conuerti, Mandamus fidelitati vestre harum serie firmissime, quatenus a modo ipsos Saxones, consequenterque eorum populos et Incolas predictos, ad premissam inconsuetam solucionem Bouum compellere, feniliaque ipsorum depascere, et eos damnificare, aut Incolas ipsos ad custudiendam gregem talium Bouum artare, nulla ratione presumatis, nec sitis Ausi modo aliquali, gracie nostre sub obtentu, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude, in festo Beati Pauli primi Heremite, Anno domini Millesimo, Quingentesimo Octauo.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a szász nemzeti levéltárban (IV. 90.).

526.

II. Ulászló király megparancsolja a kolosmonostori conventnek, hogy Gyergyai vagy Szárhegyaljai Lázár Andrást, – ki a Maros széki Kisfalud helységet egy vízi malommal s három lófősséggel együtt néhai Esztergomi Székely Ferencztől 1000 arany forintért megvette, s kinek ő ezen vételre királyi megegyezést adott s az azon helységben netalán lappangó királyi jogot is adományozta, – ezen helység birtokába igtassa be. Kelt Budán 1508. mart. 12-én.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris Conuentui Ecclesie de Colosmonostra, Salutem et graciam, Cum nos illis fassioni, dacioni, collacioni et perpetuacioni, quas fidelis noster Nobilis **franciscus filius condam Bartholomei Zekel de Strigonio**, de et super tolali possessione sua **kijfalwd** vocata Sed et domo et Curia Nobilitari in eadem kysfalwd **in medio terre Sicularum In fine penes opidum Zekelwasarhel vocatum** in districtu seu sede Maroszeek appellata existentibus et habitis, Simulcum Molendino suo prope eandem possessionem **kijfalwd** In facie fluuij Maros wijze dicti constructo decurrenti, cunctis eciam alijs **hereditatibus Sicularibus puta tribus primipulatibus, quorum scilicet primum in genere Meggijes in linea dwdor, Secundum modosimili**

in genere Meggijes, ac linea kywrth, Tercium vero in genere Halom, et linea seu arbore Naaznan runcupatis haberetur, fideli nostro Egregio **Andree lazar de Gyergijo seu Zarheghallija,** vigore litterarum fidelis nostri Spectabilis et Magnificj Petri Comitis de Bozijn et de sancto Georgio Judicis Curie nostre, et Waywode Transsylvanij Comitisque Sicularum nostrorum, fassionalium, pro Mille florenis auri per rationes et causas in eisdem litteris expressas, fecisse dinoscitur, nostrum Regium Consensum beniuolum prebuerimus et assensum, Et nihilominus debitum habentes respectum ad fidelitatem et fidelium seruiciorum merita pefatj Andree lazar, Totum et omne Jus nostrum Regium, si quod in prescriptis possessionibus necnon domo et Curia Nobilitari ac Molendino et tribus primipulatibus alijsque cunctis suis vtilitalibus et pertinencijs quibuslibet, qualitercumque nunc haberemus, vel successu temporum habere potuissemus, aut nostram ex quibuscumque causis, vijs, modis et rationibus nunc concernerent, vel imposterum concernere possent Maiestatem, memorato Andree lazar suisque heredibus et posteritatibus vtriusque sexus vniuersis, vigore aliarum litterarum nostrarum Consensualium exinde confectarum Imperpetuum contulerimus ¹⁾, velimusque eundem In dominium huiusmodi possessionis necnon domus et Curie Nobilitaris ac Molendinj, et trium primipulatum, ac diclj Juris nostri Regij per nostrum et vestrum homines legittime facere Introducj. Super quo fidelitatj vestre firmiter precipientes mandamus, Quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, Quo presente Michael de Gywlakwtha, aut Bernardus, vel franciscus Thamassy de Naznanfalwa, siue Gaspar Sykesd de Theremij alijs absentibus homo noster, ad faciem prescripte possessionis kysfalwd consequenterque antedictarum domus et Curie Nobilitaris, ac Molendinj et Trium primipulatum, necnon Juris nostri Regij in eisdem habitj, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibj legittime conuocatis et presentibus accedendo, Introducat pefatum Andream lazar, In dominium earundem, et dictj Juris nostri Regij, Statuatque easdem et Idem eidem, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet premissis Juris titulo eidem incumbente perpetuo possi-

¹⁾ II. Ulászló király itt említett levelét, mely ezen beigtató parancscsal egy napon kelt, lásd Majlád István vajda 1535-diki ítéletlevelébe szóról szóra beirva, főntebb CCLXIV. sz. alatt. Székely Okltár II. köt. 33. 36. l.

dendas, si non fuerit contradictum; Contradictores vero si qui fuerint, euocet eosdem, Contra annotatum Andream Lazar ad terminum competentem, nostram personalem in presenciam, Racionem contradictionis eorundem reddituros, Et post hec huiusmodi Introduccionis et Statucionis seriem cum contradictorum et euocatorum, si (qui) fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutionj intererunt, nominibus, terminoque assignato, vt fuerit expediens, dicte nostre personalj (presencie fideliter) rescribatis, Datum Bude, dominico die proximo ante festum Beate Cecilie virginis et martiris. Anno domini Millesimo Q(uingentesimo octauo) Regnorum nostrorum Hungarie Anno decimo Octauo Bohemie vero Tricesimo Octauo.

Kivül: Fidelibus nostris Conuentui ecclesie de Colosmonostra. Pro egregio Andrea Lazar de Gijergijo seu Zarhegallija intrascripto Introductoria et Statutoria.

Eredetije papiroson, zárt alakban, a hátára irt conventi jelentés fogalmazványával, a kolos-monostori convent levéltárából **az országos levéltárban. (Dl. 28674.).**

527.

A kolosmonostori convent jelenti II. Ulászló királynak, hogy parancsa szerint Gyergyai vagy Szárhegyaljai Lázár Andrást a Maros széki Kisfalud helység s az ottani vizi malom és három lófőség birtokába minden ellenmondás nélkül beigtatta. Kelt 1508. május 6-án.

Conuentus Monasterij Beate Marie Virginis de Colosmonostra, Omnibus Cristifidelibus tam presentibus quam futuris presentes visuris Salutem in domino Jesu Salutis Largitore. Ad vniuersorum Noticiam presencium serie volumus peruenire, Quod nos litteras Serenissimi principis domini Wladislai dei gracia Regis Hungarie et Bohemie etc. Introductorias et Statutorias Nobis preceptorie loquentes et directas honore et reuerencia, quibus decuit recepimus In hec verba, Wladislaus (dei gracia Rex etc. Vnde nos premissis Mandatis eiusdem domini Regis semper obedire cupientes vt tene mur, vna cum prefato Nobili Michaeli de Gijwlakwtha, homine eiusdem domini Regis, nostrum hominem videlicet Religiosum virum fratrem demetrium sacerdotem socium nostrum Conuentualem, ad

premissas introduccionem et statucionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, Qui quidem frater demetrius testimonium nostrum tandem exinde ad Nos reuersus, sed prefatus Michael de Gijwlakwtha, homo Regius aliqua Infirmitate preuentus, ad faciendam fassionem super huiusmodi execucionis serie in nostram nequiuit venire presenciam, Itaque, ad Instanciam et legittimam petitionem dicti Andree lazar, duos ex nobis videlicet fratres, Georgium priorem et Barnabam Sacerdotes, Socios nostros Conuentuales, ad ea que prenominatus Michael de Gijwlakwtha, Coram ipsis fateretur, audienda et Tandem nobis referenda duximus transmittendos. Qui demum ad nos reuersi, et per nos Requisiti, nobis conscienciose retulerunt eomodo, Quomodo feria quarta proxima post festum Apparicionis Beati Michaelis. Archangeli, Nouiter preteritum, annotatus Michael de Gijwlakwtha, homo Regius In domo habitacionis sue, In eadem Gijwlakwtha habita, In lecto egritudinis incumbendo, coram ipsis fassus extitisset, prout eciam dictum Testimonium nostrum nobis retulit eomodo. Quomodo ipsi feria quinta proxima ante dominicam Ramispalmarum proxime preteritam, Alijs eciam diebus inmediate sequentibus, ad Id aptis et sufficientibus, ad faciem prescripte totalis **possessionis kijsfalwd** vocate, consequenterque domus et Curie Nobilitaris In eadem kijsfalwd **In medio Terre Siculorum, In fine penes oppidum Zekelwasarhel vocatum In districtu sew sede Maroszeek appellata** existentis et habitarum, ac Molendini prope eandem possessionem kijsfalwd In facie fluuij Maros wijze constructi decurrentis, cunctarum eciam aliarum hereditatum Siculicalium prelibati Nobilis francisci filij condam Bartholomei Zekel de Strigonio, puta **Trium primipulatum, primi scilicet In genere Meggyes, in linea dwdor, secundj modosimili in Genere Meggyijes ac In linea Kwrth, Tercij vero In Genere Halom, et in linea seu Arbore Naznan nuncupatis,** necnon dicti Juris Regij In eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem vniuersis, et presertim Nobilibus Bernaldo Zekel de Naghernyew, Georgio Was Vicecapitano dicte Sedis Maros, Benedicto Choronk familiari Relicte condam Georgij de Zenthgyewrgh, et Alberto polyak de Zekelfalwa, Item prouidis, Andrea Balaj Judice oppidj Zekelwasarhel, Johanne Kowach, Blasio Zerdaj in eodem Zekelwasarhel commorantibus, Alijs eciam quam pluribus in Ibi legittime conuocatis et, presentibus

insimul accessissent, Vbi Idem homo dictj domini nostri Regis, prefato nostro testimonio presente Introduxisset prefatum **Andream lazar de Gijergyo, seu Zarheghallija** in dominium earundem et dicti Juris Regij in eisdem habiti Statuissetque easdem et Idem eidem, simulcum cunctis ipsarum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premissis Juris titulo eidem incumbente perpetuo possidendas, et In faciebus earundem congruis diebus et sufficientibus moram faciendo et protrahendo Nullo penitus Inibi contradictore apparente. In Cuius Rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis et Autentici Sigilli nostri Munimine Roboratas duximus concedendas. Datum Sedecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatarum Anno domini Millesimo Quingentesimo octauo.

Eredeti fogalmazványa megvan II. Ulászló király 1508. mart. 12-én kelt s a főntebbi szám alatt közlött eredeti igató parancsa hátára írva. – Maga a convent jelentése eredetiben is megvan a kolosmonostori convent levéltárából **az országos levéltárban** (Dl. 28676. sz.), azonban csonkán; az oklevél felső része ugyanis, t. i. a bevezetés és az abba szóról szóra beirt királyi igató parancs elveszett, és így a csonka oklevél ezen szavakkal kezdődik: Vnde nos stb. – Másik eredeti teljes példánya, papíron, hátán pecsét maradványaival, ugyancsak a k. monostori convent levéltárából megvan **az országos levéltárban** (Dl. 28673. sz.).

528.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbíró, erdélyi vajda és székely ispán, Bodor Antal perében, ki a Sepsi széki főemberek ellen azt állította, hogy a nemes székelyek Agház nemének Koronicza ágából származott s tőlök az őt megillető tisztség megadását követelte, megparancsolja Laczok Mihálynak, hogy hit alatt hallgassa ki Sepsi szék bíróját, Kövér Lázárt az iránt, hogy néhai Jakcs Mihály székely ispán idejében az ő atyja néhai Kövér Benedek akkori Sepsi széki főbíró és a szék táblabírái a Bodor család ezen követelését elismerték-e s teljesítették-e? Kelt Udvarhelyen 1508. dec. 15-én.

Comes Petrus, Comes de Sancto Georgio et de Bozijn, Judex Curie Serenissimi Principis domini Wladislai dei gracia regis Hun-

garie, Bohemie etc. Waijuodaque Transsiluanus et Siculorum Comes etc. Egregio **Michaeli Laczok** Salutem et fauorem. Noneris quod nobis in octauis festi immaculate conceptionis virginis gloriose vncum nonnullis harum parcium Transsiluanarum **Nobilibus Siculis** hic **in oppido Wduarhelij**, termino scilicet celebracionis iudiciorum constitutis et existentibus, Agilis **Antonius Bodor** presentibus ibidem et adherentibus **Gregorio Forro de Angyalos**, qui pro se et pro agilibus **Petro Miko de Hidweg, Francisco de Borosnyo, Laurencio Kene de Bodok, Georgio Babos de Retij, Michaele Miko de Wzon, Petro Farkas de Zenthkiralij, Johanne Hegijes de Zenthmeria, et Michaele Sandor de** contra eosdem proposuit eomodo, Quod quamuis ipse **in vero et certo genere Nobilium Siculorum Aghaz in arbore Koroniza de possessione Bikfalwa in sede Sepsij adiacente Jure hereditario haberetur**, honores tamen sue genealogie hactenus eidem Actori extradare ijdem in causam attracti noluisse atque denegassent in preiudicium et derogamen iurium suorum manifestum. Quo audito prefatus Gregorius Forro in sua ac prefatorum in causam attractorum personis cum prioribus literis nostris in nostram exurgendo presentiam respondit exaduerso, Quomodo nec ipse Antonius Bodor, sed neque progenitores eiusdem in pretacta prosapia fuisse hominum memoria haberetur nec eciam foret, qua ratione sibi nonnisi visis iuribus eiusdem **pretactos honores Siculicales extradare atque exhibere vellent**. Quo percepto idem Antonius replicauit eomodo, quomodo ipse superioribus quoque his diebus quedam sua priuilegia coram agile condam Benedicto Kewuer tunc Iudice, ceterisque Assessoribus Siculicalis Sedis Sepsij prescripte exhibuisset, quibus perlectis et intellectis idem condam Benedictus Kewuer in signum adoptionis huiusmodi iurium suorum solitos suos honores per prescriptum Antonium Bodor deposito iuramento, quod ipse **in vero genere Nobilium Siculorum Aghaz vocato** existeret, emanasset et accepisset, et in horum siquidem verborum suorum comprobacionem quasdam literas condam Johannis Jakch de Kusal alias Comitum Siculorum in pargameno patenter confectas sigilloque suo ab intra in margine consignatas nostrum indiciarium curauit produci in conspectum, Quarum tenor talis est, Nos Johannes Jakch de Kusal Comes trium generum Siculorum *stb*, (*Lásd fõntebb 1427-re 437.sz. a.*)

Quibus exhibitis et presentatis, quia priusquam nostra iudiciaria deliberatio de et super preattacta genealogia prefati Antonii Bodor recto iuris tramite diserte adiudicari terminarique debuerit, fassionibus Agilis Lazari, filij prefati condam Benedicti Kewuer Judicis illius Sedis pro sustentacione iurium prefati actoris iuxta consuetudinem vniuersitatis trium generum Siculorum in talibus obseruari solitam nobis et prefatis Nobilibus Siculis intelligi videbatur, ad quam fouendam tu de necessario per nos transmitti videbaris, Requiritur igitur te, nihilominusque tibi harum serie regia in persona firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus termino per prescriptum exponentem sibi in prefigendo, memoratum Lazarum Kewer Judicem illius Sedis Sepsij, in tui vocari sinas presentiam, quem et nos sub onere sedecim marcharum per nos irremissibiliter exigendarum illac accersiri iubemus, et ad fidem suam deo debitam fidelitatemque suam prefato domino nostro Regi et Sacre eiusdem Corone obseruandam, odio, fauore, honore, amore, premio, preceque et precio parcium posthabitis, absque serupulo cuiuscunque falsitatis, solum deum et eius iusticiam ferendo pre oculis, de eo, vtrum scilicet preattacte litere ipsius condam Johannis Jakch alias Comitum Siculorum coram ipso condam Benedicto Kewer ceterisque Assessoribus Sedis Sepsij exhibite pronunciateque, **in vero genere Nobilium Siculorum et per consequens in arbore Coroniza Aghaz dicta de possessione Gidofalwa in preattacta Sede Sepsij existente** affirmauerint, pronunciauerintque, inquiras et experiaris meram plenam et omnimodam de premissis certitudinis veritatem, Et posthec huiusmodi attestacionis prefati Lazari Kewer presciteque veritatis premissorum seriem, quomodo scilicet et sub quibus formis facta fuerit, nobis ad quintum decimum diem diei attestacionis premissis fide tua christiana mediante rescribere aut oretenus referre debeas et tenearis. Secus non facturum, presentibus perlectis exhibenti restitutum. Datum loco et termino in prenotatis, Anno domini Millesimo Quingentesimo octauo.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbiró, erd. vajda és székely ispán 1509. január 6 án kelt ítéletleveléből.

529.

Laczok Mihály jelenti Szentgyörgyi és Bazini Péter erdélyi vajdának és székely ispánnak, hogy parancsa szerint több előkelő székelylyel együtt hit alatt kihallgatta Kövér Lázárt, ki is azt vallotta, hogy atyja Kövér Benedek Sepsi széki főbiróságában Bodor Antal bemutatta s kihirdettette családja kiváltságlevelét, s ennek következtében az ő atyja a szék törvényszékével együtt őt az Agház nem tisztességének birtokában megnyugtatta s díját tőle föl is vette. Kelt Szotyron 1508. dec. 21-én.

Magnifico ac Spectabili Petro Graff Waijuode Transsiluano etc. Obsequium perpetuum cum fidelitate. Spectabilis ac Magnifice domine plurimum obseruandissime. Noueritis me sane intellexisse literas preceptorias Vestre Magnificencie, et accessisse ad Oppidum Zenthgewrgh feria tertia proxima ante festum sancti Thome Apostoli, ibique recepi vnamecum Nobiles viros, videlicet **Blasium Cziriak** commorantem in villa **Kilien, Lucam Apor de Zenthijwan**, ac alios quamplurimos ex pocioribus, et literas vestras diuulgari coram ipsis feci, et ipsis, videlicet Gregorio Forro et Antonio Bodor constitui terminum et locum, vt adesse velint et audire fassionem proinde Lazari Kewer, Termino adueniente accessi vncum predictis viris ad locum deputatum, videlicet ad villam **Szotyor**, actor videlicet Antonius Bodor comparuit, Gregorius autem Forro non, sed tamen aderal frater suus carnalis, videlicet Simon Forro. Ibique coram me et alijs preattactis hominibus Lazarus Kewer talem fecet fassionem ad fidem deo debitam. Cum pater suus Benedictus Kewer fuisset Judex Sedis Sepsij, Antonius Bodor adduxisset literas suas priuilegiales et diuulgasset ac pronunciasset, et sic pater meus eundem Antonium prenotatum **in dominio ac officio Aghaz quietum ac pacificum vncum sessione Sedium reddidit**, et sic genitor meus ab eodem Antonio mercedem suam recepit. Quare Magnifice domine feci precepta Magnificencie Vestre, et sic in literis et Sigillo meo, quo vtor, consignauit et rescripsi ad fidem meam deo debitam decimo quinto die a die datarum presencium coram Vestra Magnificencia compareant et reddant de dictis racionem. Datum in villa Szotyor feria

quinta in festo Sancti Thome Apostoli Anno domini Millesimo Quingentesimo Octauo.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbiró, erd. vajda és székely ispán 1509 január 6-án kelt ítéletleveléből.

530.

Szentgyörgyi és Bazini Péter országbiró, erdélyi vajda és székely ispán Bodor Antal és testvére néhai Pál s örököseik részére az Agház nem Koronicza ágának őket illető tisztségéhez való jogot megítéli. Kelt Brassóban 1509. január 6-án.

Nos Comes Petrus Comes de Sancto Georgio et de Bozijn Judex Cnrie Serenissimi Principis domini Wladislai Dei gracia Regis Hungarie, Bohemie etc. necnon Wayuoda Transsiluanus et Sicularum Comes. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod nobis in proximo festo Epiphaniarum domini vnacum nonnullis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus hic in Ciuitate Brassouiensi constitutis et existentibus, Agilis Antonius Bodor pro se personaliter nostram veniens in presenciam exhibuit nobis et presentauit quasdam duas literas, vnam nostram Inquisitoriam in papyro patenter confectam, Sigilloque nostro in inferiori margine consignatam, et aliam Agilis Michaelis Laczok de Illyefalwa modo simili in papyro clause confectam, Sigilloque suo prout vtebatur a fergo consignatam. Quaram prime videlicet nostre Inquisitorie tenor talis est. Comes Petrus Comes de Sancto Georgio *stb.* (*Lásd fõntebb 1508-ra 528. szám alatt*). Alterius vero litere videlicet prefati Michaelis Laczok suprascripcio hec est, Magnifico ac Spectabili Petro Graff Wayuode Transsiluano *stb.* (*Lásd fõntebb 1508-ra 529. sz. alatt*). Quibus exhibitis et presentatis, memoratisque Petro Miko, Francisco de Borosnyo, Laurencio Kene, Gregorio Babos, Johanne Hegyes, Michaele Sandor nostram in presenciam discussionem et deliberacionem premisse cause recepturis non venientibus, neque mittentibus, prefatus Antonius Bodor per nos sibi in premissis iuris equitatem iusticieque complementum postulauit elargiri, Verum quia memoratus Antonius Bodor simul cum condam Paulo similiter

Bodor fratre suo carnale **de prenarrato vero genere Siculorum Nobilium Aghaz nominato, consequenterque linea seu arbore Koroneza** nuncupata propagatus extitisse, originemque et progeniem suam traxisse, tum ex prenotatis antefati condam Johannis Jakch alias Comitum Siculorum, tum vero preattacti Michaelis Laczok literarum superius verbotenus insertarum seriebus, potissimum vero predicti Lazari Kewer recognitione et attestacione in tenoribus preexhibitarum literarum ipsius Michaelis Laczok luculenter expressata perspicue agnoscebatur, et ob hoc **honor seu dignitas prenarrate arboris Koroneza**, in quantum ad personas prescripti Antonij et Pauli Bodor ex prenarrato genere Aghaz vt prefertur oriundorum, ipsorumque heredum et posteritatum vniuersorum cedere demonstratur, apud manus eorundem Antonij et Pauli Bodor suorumque heredum et pesteritatum in perpetuum relinqui et committi debere nobis et prefatis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus nobiscum in iudicio et examine presentis cause considentibus cernebatur manifeste, de quoram consilio prematuro memoratos Antonium et Paulam Bodor de preattacto vero genere nobili Siculicali Aghaz nominato progeniem suam duxisse, atque linea seu arbore Koroniza predicta oriundos fuisse declaramus, et ex eo honorem et dignitatem eiusdem arboris Koroniza, in quantum vt premissum est personas Antonij et Pauli heredumque et posterorum vniuersorum tangere dignoscitur, eisdem in perpetuum readiudicamus apud manus ipsorum relinquendum, imo adiudicamus relinquimusque, et committimus in sempiternum tenere, possidere et habere autoritate nostra iudiciaria iureque et iusticia mediante, saluo iure alieno, Harum nostrarum pendentis et authentici Sigilli nostri munimine roboratarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in loco et termino in prenotatis Anno domini Millesimo Quingentesimo Nono.

A maros-vásárhelyi kir. táblának Bodor Antal részére 1782-ben kiadott, hiteles átiratából, mely megvan **dr. Bodor Tivadar sepsi-szentgyörgyi ügyvéd birtokában.**

531.

II. Ulászló parancsa a székelyekhez hogy az általa székely ispánná kinevezett Szapolyai Jánosnak és tisztjeinek engedelmeskedjenek. Kelt Magyar-Bródon, 1510. nov. 10-én.

Commissio propria domini Regis.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris Egregijs et Agilibus viris **vniuersis et singulis Trium generum Siculis** parcium Regni nostri Transsiluanarum, Salutem et gratiam, Quoniam nos vetusta et preclara maiorum et progenitorum fidelis nostri Spectabilis et Magnifici Johannis de Zapolya, perpetui Comitatus terre Scepusiensis, et propria quoque eiusdem Comitatus Johannis seruicia, fideliter et constanter nobis, et Serenissimis liberis nostris, Sacreque Corone huius Regni nostri exhibita, et deinceps quoque per eum solito tenore fidei et integritatis exhibenda, intuentes et considerantes, Officium Waijwodatus nostri Transsiluanensis et **honorum Comitatus vestri**, quo fidelis noster, Spectabilis et Magnificus Petrus Comes de Bozijn, et de sancto Georgio, Judex Curie nostre a nobis fungebatur, ab eodem, ipso propterea nobis supplicante auferentes, prefato Johanni Comiti contulimus, Qui eciam iussu nostro illo ad vos et partes illas breui ingressurus, et hoc ipso suo Officio functurus est, Volumus igitur et fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus, a modo deinceps ipsum Johannem Comitem pro vestro vero et indubitato Waijwoda et Comite tenere et recognoscere, ac ad eum tamquam Wayuodam et Comitem nostrum illarum parcium, consequenterque Vicewaijuodas et Officiales suos, quos istic in persona sua constituerit, audire et attendere, eisdemque in omnibus et presertim in hijs, que circa defensionem et conseruacionem illius patrie et Regni nostri pertinere videbuntur, faciendumque vobis dixerint, obedire et obtemperare modis omnibus debatis et teneamini, Et aliud nullomodo facere presumatis, Datum in Broda Hungaricali feria Sexta proxima post festum Beati Emerici Ducis Anno domini Millesimo Ouingentesimo decimo.

(P. H.)

de mandato Regie Maiestatis franciscus prepositus Transsiluanus.

Eredetije papiroson **Túrócz vármegye levéltárában.**

532.

Héderfáji Barlabási Lénárt erdélyi alvajda és székely alispán, Szapolyai János székely ispán nevében megparancsolja a barczasági

szászoknak, hogy a Csik és Gyergyó széki előkelő székelyeket, kiknek házait a község földulta, ha hozzájuk menekülnek, fogadják vendégszeretettel és mindennel segítsék. Kelt Fejéregyházán 1511. január 12-én.

Leonardus Barlabassij de Hederfaija wicewaijuoda Transsiluanus et Siculorum Wicecomes, Prudentibus et Circumspectis, Judicibus villicis, ceterisque Ciuibus, et toti communitati Terre Barcza, debitam Reuerenciam cum honore. Credimus vos non latere, Qualiter, Trium Generum Siculorum, Chijk et Gijergio Sedium, In illis Tribus Sedibus Siculicalibus, domos, Nonnulorum pociorum Siculorum, In desolacionem conuerterunt, pro eo Requirimus Vos et Nichilominus Vobis, In persona domini nostri graciousissimi, domini Johannis comitis firmiter committimus, Quatenus acceptis presentibus, dum et quando, iidem pociores Siculi, In medium vestri, et pertinenciarum vestrij peruenerint, Eisdem omni Juuamine et auxilio, ac hospitacione, esse, debeat et teneamini, Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti, Datum In possessione feijerheghaz Dominico die proximo post festum Epiphaniarum, Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Vndecimo.

(P. H)

Eredeti je papiroson Brassó város levéltárában.

532.

Maros szék közgyűlése a székely-vásárhelyi Sz.-Lélek ispotályának a szegények és elvetett gyermekek táplálására a Maros széki elpusztult Sós-patak helységben egy udvarházat, egy vagy két ekényi gazdasághoz kellő szántóföldekkel, kaszálóval s erdővel adományoz, úgy hogy ha idővel a falu megnépesedvén, a földeket nyíllal kellene fölosztani, az ispotály akkor is elégséges szántóföldet, kaszálót és legelőt kapjon szükségéhez képest, s ha az ispotály elpusztulna, annak ezen birtoka a szék közönségére visszaszálljon. Kelt Vásárhelyen 1511. feb. 1-én.

Nos Michael Gyvlakvthij de Zenth Anna Supremus Judex, et laurencius Bijchak de Saard Supremus Capithaneus Sedis Maros. Significamus, quibus expedit vniuersis Quod generalis vniuersitas trium generum Siculorum Sedis prefate Maros, attente considerans, defectus et penuriam hospitalis Sanctispiritus de Zekelvasarhel,

quibus ipsum hospitale plus In Anihilacionem tendit quam In Edificacionem, Quodque pauperes et proiecti Infantes In eodem existentes comode non possent nutrirj, per simplicem mendicacionem, nisi ipsis aliter subueniretur per aliquam specialem prouisionem, More igitur piorum patronorum maturo consilio Superinde prehabito, generalis vniuersitas prefata dictum hospitale prouidit et dotauit, cum vno lato fundo Curie **In villa desolata Sospathak vocata, In prefata Sede Maros existente et habita,** ¹⁾ pro domo alodiali, ad nutricionem pecorum et pecudum, proque exercicio agriculture, ad conseruacionem pauperum et Infancium proiectorum, Simulcum terris arabilibus, fenilibus, falcabilibus, siluis, aquis, Nemoribus et pratis, ad negocium agriculture prefate domus alodialis necessarijs, et ad ipsam agriculturam pro vno aratro aut duobus vel citra sufficientibus Ita quod si temporum in processu villa ipsa Sospathak multiplicatis Inhabitoribus pro tanto repleretur, Quod terre arabiles et fenilia Sorte diuidj debeant, Nichilominus tamen ipse terre arabiles et fenilia, Non sorte, Sed quantum sufficit, vt premittitur vnacum pascuis ovilium tribuantur, Juxta exigenciam Necessitatis et status hospitalis prefati, ijmmo vniuersitas ipsa dedit donauit et contulit premissum fundum Curie, simulcum cunctis Necessarijs predictis hospitalj prefato, perpetue et irreuocabiliter coram Nobis tenendum possidendum, pariter et habendum, tali condicione Interposita, Quod si hospitale prefatum desolari contingat, quod deus auertat, Extunc **ipsum Alodium iterato ad generalem vniuersitatem dicte Sedis descendat,** Egregijs dominis Andrea Lazar de Gergijo Johanne Desew de Madaras, Johanne Marthon de Waija Bernaldo Zekel de Nag Erne, Gasparo Barchaij de Zenthgergij Francisco Thamasij de Zenthkijral et Bernardo Thamasij de Naznanfalva, alijsque quampluribus Sedem ipsam fideliter procurantibus. Datum in Warsarhel. Sabato proximo ante festum purificationis beate Marie virginis, Anno Millesimo quingentesimo vndecimo.

(P. H)

(P. H.)

Eredetije a gr. **Teleki Sámuel levéltáraban M.-Vásárhelyt (Fasc. 46. Nro 21.).** – Magyarra fordítva közöltem, **Bem-Album. M.-Vásárhely. 1884. 167–171. l.**

¹⁾ **Sóspatak**, mely 1511-ben puszta volt, ma csekély népességű község a régi Maros szék legszélén, Maros-Vásárhelytől nyugotra.

534.

Héderfáji Barlabási Lénárt erd. alvajda és székely alispán Bodolai Béldi Pált, ki Hidvégi Mikó Antal és rokonai Fejér vármegyei Nyén nevű faluját két év óta hatalmasúl elfoglalva tartja, a király parancsára ez ügyben oct. 13-ára törvényszéke elébe idézi. Kelt Mésén 1513. aug. 8-án.

Leonardus Barlabassy de Hederfaja Wiceuayuoda Transiluanus et Siculorum vicecomes Nobili **Paulo Beldy de Bodola** debitam Reuerenciam cum honore. Noueris quod Nobilis Anthonius de Hydweg in personis **Nobilium Laurencij Mijko ac eiusdem fratrum** filiorum videlicet Nobilis domine condam Barbare consortis sue Quasdam literas Regie Maiestatis primum domino nostro gracioso et post suam magnificenciam nobis preceptorie loquentes, coram nobis exhibere curauit, In quibus inter cetera continebatur, Qualiter Idem Anthonius Mijko in persona dicti Laurencij et aliorum predictorum fratrum eiusdem coram dicto domino nostro Rege exposuisset hoc modo, Qualiter tu duobus Jam annis elapsis Quandam possessionem ipsorum exponencium Nyen vocatam in comitatu Albensi habitam de manibus predictorum exponencium Nulla via Juris pro te potencialiter occupasses atque occupatam teneres eiam in presencia- rum. Mandat igitur Regia Maiestas nobis quatenus visis presenti- bus sue Maiestatis euestigio Quo Jure quave Justicia illa occupacio per te facta sit modis omnibus reuidere debeamus. Requirimus igitur te et Nichilominus tibi in persona dicti domini nostri graciosi firmiter committimus, quatinus agnitis presentibus Quinto decimo die diei festi Beati Michaelis Archangeli Nunc venturi coram nobis comparere debeas a nobis in premissis Rectam Reuisionem et deli- beracionem recepturus. Secus non facturus presentibus perlectis exhi- benti restitutus. Datum in possessione Messe feria secunda proxima ante festum Beati Laurencij Martiris Anno domini Millesimo Quin- gesimo Tredecimo.

(P. H.)

Kivül: 1513. feria quinta ante Galli In Hederfaija. Causa in- trascripta statu in eodem In quo nunc existit prorogata est per dominum Wicewajuodam ad Generalem Congregationem vniuersi-

tatis dominorum Regni Nobilium parcium istarum Transiluanarum post felicem domini Wayuode Transiluanie etc. de Regno Hungarie, has ad partes Transiluanas introitum primitus celebrandam consequenterque In qua Idem dominus Wayuoda personaliter intererit.

Alább egykorú irással: Nyenert való hivatala Miko Lőrincznek Beldi Pal ellen, kinek foglalasoert hatalomra hitta.

Eredetije az országos levéltárban (DI. 22445. sz.)

535.

II. Ulászló megparancsolja a szebeni és Szeben széki szászoknak, hogy a hitetlen Székely Jánossal, a ki némely szász székekben a népet a szász előjárók ellen föllázította s törvényes bíráik helyett másokat állittatott, ne tartsanak, hanem ezen gonosztevőt üldözzék ki magok közzül, s a királyi udvarból legközelebb teljes hatalommal kiküldendő biztosnak és törvényes előjáróiknak engedelmeskedjenek. Kelt Budán 1513. aug. 18-án.

Commissio propria domini Regis.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris Prudentibus et Circumspectis Vniuersitati Saxonum nostrorum in Ciuitate nostra Cibiniensi et Sede eiusdem commorantibus, Salutem et gratiam. Accepimus plurimum displicenter, Qualiter **perfidissimus ille Johannes Zekel**, qui iam certam partem Saxonum nostrorum in certis sedibus Saxonicalibus varijs mendacijs suis seducendo, contra pociores saxones insurgere fecisset, et depositis eorum Judicibus legitimis, contra communem saxonum omnium liberatem, alios substituisset, et hoc pacto ingentes discordias et sediciones suscitasset, Cuius insolenciam reprimere volentes, statui-mus mittere infra paucissimos dies in medium ipsorum Saxonum nostrorum, ex curia nostra cum plena auctoritate nostra, ad reponendos illos Judices, qui per prefatum Johannem Zekel male priuati sunt, et ad castigendos eos, qui castigationem merebuntur, Quamobrem fidelitati vestre harum serie sub nota perpetue infidelitatis Mandamus quatinus, acceptis presentibus, prefato Johanni Zekel adherere vel eius consilia sequi non audeatis, Sed eum tanquam hominem sceleratissimum et libertatis vestre turbatorem nostrumque

infidelem fugere, pellere et prosequi debeatis, et fidelitatem vestram, nobis debitam, tanquam boni et fideles Saxones nostri obseruetis, superioresque vestros more solito reuereamini et honoretis eisque in omnibus licitis Justis et consuetis obediatis, Quoniam alioquin quincunque ex vobis ausu temerario aliud facere attentauerint, Taliter eos punirifaciemus quod eciam posteris perpetuo manebunt pro exemplo, Secus igitur pena sub premissa facere nullo pacto presumatis, Datum Bude feria Quinta proxima Ante festum Beati Stephani Regis Anno domini Millesimo Quingentesimo Tredecimo.

(P. H.)

Eredetiye papiroson a **szász nemzeti levéltárban (IV. 166.)**.

536.

Héderfáji Barlabási Lénárt erd. alvajda és székely alispán Bodolai Béldi Pálnak Hidvégi Mikó Antal ellen egy prásmári régi házért előtte folytatott s elvesztett perében perujítást engedvén, Mikó Antalt e levele kelte után huszanötöd napra törvényszéke elébe idézi. Kelt Héderfáján 1513. oct. 15-én.

Leonardus Barlabassy de Hederfaija Wiceuaijuoda Transiluanus et Siculorum Wicecomes Nobili **Anthonio Myko de Hijdwag** debitam Reuerenciam cum honore. Exponitur nobis in persona Nobilis **Paulij Beldij de Bodola** Quomodo hesterna die Racione et pretextu cuiusdam domus antique In opido prasmari existentis, Quedem causa Inter ipsum exponentem ab vna ac te partibus exaltera Coram nobis mota fuisset et adiudicata Et ex quo prefatus exponens propter Inaduerentiam Causa in ipsa Juxta exigenciam Iuris sui procedere, ac eandem apto ordine prosequi certasque Raciones et allegaciones Inter medium proferre ignorasset, Causa In ipsa iudicium administratum extitisset, Eidem exponenti in prejudicium Cumtamen Si prefatus exponens premissis defectibus preuentus non fuisset atque prepeditus, Sperasset se et Causam suam prenarratam ab Impeccatione dicti sui aduersarij defacili defendere potuisse, prout posse speraret eam modo Supplicatum itaque extitit Nobis (per) prefatum exponentem vt sibi Circa premissa de Juris Remedio prouidere dignemur oportuno. Et quia Nos auctoritate Judiciara domini nostri

graciosissimi domini Johannis Comitis et Waijuode per suam Magnificenciam nobis in hac parte Atributa et Justicia mediante Talismodi Casus Nociuos Quorumlibet Incolarum parcium istarum Transiluanarum presertim In processu Juridico Contingentes in melius reformare soliti sumus Et ad hoc eciam de Regni consuetudine Admittimur. Vnde accepta huiusmodi Suplicacione prefati exponentis Id eidem duximus Aunuendum et concedendum vt ipse non obstante dictis prioribus nostris Adiudicacionibus exequucionibusque exinde qualitercumque sequutis Causa in ipsa iterum Coram Nobis Nouum Iudicium recipere Nouasque Responsiones et allegaciones facere valeat, Atque possit. Requirimus igitur te et Nichilominus tibi in persona dicti domini nostri graciosi firmiter committimus, quatinus Agnitis presentibus vigesimo quinto die diei datarum presencium Coram nobis comparere debeas Causa in ipsa a Nobis Nouum Iudicium Justicieque conplentum (*igy*) recepturus. Secus non facturus-presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in possessione Hederfaija prefata feria sexta proxima ante festum Beati Galli confessoris Anno domini Millesimo Quingentesimo Tredecimo.

Eredetije az országos levéltárban (Dl. 22463. sz.).

537.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán a Brassó városa és a sepsi-szentgyörgyi székelyek közt a sepsi-szentgyörgyi heti vásárok ügyében folyt pert, mely az Udvarhelyt tartott nemzeti gyűlésből az ő Székely-Vásárhelyt tartandó törvényszékére feljebbeztetett, Sz. György napjára elhalasztja, s megparancsolja, hogy a per eldöltéig senki S. Szentgyörgyön olyan árúkat, melyektől a király részére huszadat szoktak szedni, árúlni ne merjen, s fölhatalmazza a brassai tanácsot, hogy az ily árúktól a királyi kincstár részére járó huszadat S. Szentgyörgyön is, éppen úgy mint Brassóban, fölhajthassa. Kelt Székely-Vásárhelyt 1514. febr. 28-án.

Nos Johannes de Zapolija, Comes perpetuus Terre Scepusiensis, Waijuoda Transsiluanus et Siculorum Comes. Damus pro Memoria, Quod Nos Causam illam, Que Inter prudentes et Circumspectos Judicem et Juratos Ciues Ciuitatis Brassouiensis, ab vna,

Necnon **Agiles Siculos In opido Zenth Gijewrgh appellato Residentes**, consequenterque alios Siculos Sedis Sepsij, ab altera partibus, pretextu fororum ebdomadaliū, In eodem opido, Nouissimis hijs temporibus, (vt dicitur) celebrari solitorum, **In dieta et conuencione generali Trium generum Siculorum**, parcium istarum Transsiluanarum, In opido Wdwarhel, die dominico proximo post testum Beati valentini martiris Nouiter preteritum, celebrata, et Tandem certis ac Racionalibus ex causis, ad presentem terminum diem scilicet dominicum post festum Beati Mathie Apostoli, Ad hoc **opidum Zekelwasarhel**, Reiecta et prorogata, Nostro in conspectu motam atque subortam, ad festum Beati Georgij martiris proxime venturum duximus prorogandam, prorogamusque et differimus presencium per vigorem, Ita et eomodo, vt Tunc ambe partes vnacum literis ac literalibus Instrumentis, alijsque eorum Juribus ac probabilibus documentis, coram nobis comparere debeant et teneantur, Causa in premissa Iudicium et iusticiam ac finalem deliberacionem a nobis recepture Committentes Nichilominus Auctoritate Regia Ne quisquam Mercatorum, Institutorum, et alios questus exercencium Tales Res venales, de Quibus vigesime Regie Maiestati exigi consueuerunt, In predicto opido Zenth Gijewrgh, Infra decisionem cause predeclarate, Quocumque modo vel titulo, vendicioni exponere presumpseret, Quod si Quispiam ausu Temerario Id facere presumpserit, Extunc prefati Iudex ac Jurati Ciues predictae Ciuitatis Brassouiensis, In facie quoque eiusdem opidi Zenth Gijewrgh, et alias, vbi necessarium videbitur, Ita et eo precise modo, Quo in ipsa Ciuitate Brassouienſi solent, de eiuscemodi cunctis Rebus venalibus vigesimas ipsas fisco Regio debendas exigendi et extorquendi presencium literarum Nostrarum vigore, plenariam et omnimodam habeant potestatis facultatem. Datum In opido Zekelwasarhel predicto, feria tertia post festum Beati Mathie Apostoli prenotatum, Anno domini Millesimo Quingentesimo decimoquarto.

(P. H.)

Commissio propria domini Comitſ et Waijuode
Eredetije **Brassó város levéltárában.**

538.

Bikfalvi Marhalt Péter Sepsi széki biró, a szék előkelőivel bizonyítja, hogy előttük Besenyei Babos Lukács neje Katalin, Mátyás besenyei lelkészt, Verbóczi István országbirói ítélő mestert, Henczelfi István királyi ügyigazgatót, több megnevezettekkel együtt ügyvédjeinek vallotta. Kelt Sepsi-Szentgyörgyön 1514. jul. 1-én.

Petrus Marhalth de Bijkfalwa, Judex possessionis Sepsij vna-cum Nobilibus ac pocioribus sedis Sepsij, fatemur fide mediante, Quod honesta domina Catharina coniunx prouidi **luce Babos de Bezenew**, personaliter constituta, In omnibus Causis suis et Articulis earum, tam per ipsos contra alios, quam per alios quospiam contra Ipsam, In quibuslibet terminis, Coram quouis Judice et Justiciario, Ecclesiastico videlicet et seculari, A data presencium per Anni circulum motis vel mouendis, sese muluo, Item Honorabilem Mathiam presbiterum de Bezenew Ac Nobiles videlicet Magistrum Stephanum Werbeczij prothonotarium Judicis curie Regie Maiestatis, Stephanum Magistrum Henczelfij directorem Causarum Regalium, Magistrum Gasparen de Beleggh, Martirum de daroch, Johannem de Bathor, Anthonium literatum de Pesth, Baltezar de Zijlagh, lauren-cium Zarkan de Akoshaza. Nicolaum Blesan de Thothfalw, Andream Bathor, Johannem Babos Gregorium literatum de Barolth, lucam Babos ac Stephanum Phileij fecit statuit ac ordinavit suos veros et legitimos procuratores Ratum et firmum se promittentes habituros, vt quitquid per suos dictos procuratores, aut eorum alterum, exhibitorem sew exhibitores presencium Actum factum et procuratum fuerit In Causis ipsius prenotatis. Datum In Opido Zenthgergh feria Tercia in Octauis Sanctj Johannis Apostolj et Ewangeliste, Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo quarto.

Eredetije papiroson, aljára nyomott ép gyűrű pecséttel, Sepsi-Szentgyörgyön, a **Székely Muzeumban**.

539.

Szapolyai János erdélyi vajda a király nevében megparancsolja a brassai tanácsnak, hogy a rabló Székely Jánost fogják el, s a kik

városukban lázongani akarnának, azokat harmad iziglen irgalom nélkül irtsák ki, s ha az ő parancsára Tornaljai János vagy Lázár András fölkelést rendel, hadi népeiket örökös hűtlenség büntetésének terhe alatt azonnal küldjék el azokhoz. Kelt Déván 1514. jul. 9-én.

Prudentes et Circumspecti Amicj nobis dilecti. Per alias literas eciam Recordamur vobis scripsisse, ex parte illius latronis **Johannis Zekel**, vt si illas partes vestras attigerit Captiuare velitis Rursus Nunc Requirimus, In personaque Regie Maiestatis domini nostri graciousissimi firmiter committimus, quatenus, dum et quando Ille latro vel sui complices ad vos perpenerint, Extunc statim Captiuatj vestre Mancipetis Si autem in Ciuitate vestra Tales forent, qui sediciones Inchoare vellent predicarent vel tantummodo optarent, hos statim omni pena Infligatis et vsque tercium gradum Interficiatis Non parcendo Nec sexui Nec dignitatj aut Religionj Quoniam Intelleximus certos ex vobis qui tales possent Redarguere et Non Arguunt, sed cum tempore de illis providebimus. Si autem cum literis nostris Egregy Johannes Thornallaj et **Andreas Lazar**, vel Nomine nostro Gentes vestras leuare commiserint Illico sub Nota perpetue infidelitatis statim omnes Gentes vestras ad ipsos transmittatis, Cauentes Ne aliqua sedicio in ipsa Ciuitate et terra oriatur. Quia non illos Ignaros sed vos pociores pro talibus punire volumus, de non Missione autem Gencium vestrarum, et Ingeniorum sciatis quod omnino Intelligere non postponimus de quorum Negligencia illa Remanserunt, Ex Dewa feria secunda ante festum Beate Margarethe virginis et martiris Anno 1514.

Johannes Comes et
Wayuoda Transsiluanus etc.

Kivül: Prudentibus ac Circumspectis Judicj et Juratis Ciuibus et Consilio Ciuitatis Brassouiensis Amicis nobis dilectis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

540.

Szapolyai János erdélyi vajda és székely ispán, Brassó város pánaszára, megparancsolja Sepsi-Szentgyörgy mezővárosnak, hogy Báthori István egykori vajda itéletleuele ellenére, melyet a király is

megerősített, Brassó városa és a királyi huszadjövedelem kárára országos és heti vásárokat tartani ne merjen. Kelt Kolozsvártt 1514. oct. 11-én.

Johannes de Zapolija Comes perpetuus Terre Scepusiensis Waijwoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc. **Agilibus Judici et Juratis, Ceterisque Ciuibus et Inhabitoribus, Oppidi Zenthgijergh,** Salutem et fauorem. Exponitur Nobis in personis prudentum et Circumspectorum Judicis et Juratorum, Ceterorumque Ciuium, et Inhabitorum, Ciuitatis Brassouiensis. Quod licet alias Magnus condam Stephanus de Bathor Tunc Waijwoda Transsiluanus, Ipsum Opidum Zenth Gijergh, ad Sedem Siculicalem Sepssij nuncupatum, et per consequens vniuersos Siculos ad ipsam Sedem pertinentes adinstar aliorum oppidorum et villarum Siculicalium, tamquam Impriuilegiatum adiudicauerit, prout Ista In tenoribus Quarundam literarum AdJudicatoriarum dicti condam Stephani Bathorij, In certis literis confirmacionalibus Regie Maiestatis prenotate superinde confectis verbotenus Insertarum clare conspeximus, Tamen Nunc vos, contra prescriptam AdJudicacionem, Judiciariamque deliberacionem dicti condam Stephani Bathorij, sed et dictas literas adJudicatorias eiusdem, similiterque alias literas Regie Maiestatis confirmacionales, ipsum vestrum Oppidum Zenthgijergh pro Ciuitate libertata tenere et obseruare per consequensque et Nundinas foraque Annualia in ipso oppido Zentgijergh, contra libertates, atque In preiudicium et dampnum dicte Ciuitatis Brassouiensis prouentuumque vigesimalium Regalium (in) eadem Ciuitate exigi solitorum detrimentum celebrare velletis. Quia autem ex officio nostro Waijwodatus, vnam Quamque Ciuitatem Oppidaque atque villas In eorum Justis Juribus libertatibusque volumus conseruare, Quare Requirimus vos et Nichilominus vobis Regia in persona firmiter committimus et mandamus, quatenus, agnitis presentibus a modo scilicet In posterum, contra formam prescriptarum literarum adJudicatoriarum prefati condam Stephani Bathorij sed et confirmacionalium Regie Maiestatis, ipsum oppidum vestrum Zenthgijergh pro ciuitate libertata Tenere, consequenterque Nundinas foraque Annualia, oppido In eodem celebrare Nusquam et Nequaquam presumpmatis, sed per omnia secundum limitationem deliberacionemque et Judiciariam commissionem pre

fati condam Slephani Bathorij continenciamque et tenorem prescriptarum literarum adJudicatoriarum Jamfati condam Stephani Bathorij In eisdem literis confirmacionalibus Regie Maiestatis verbaliter Insertarum permanere viuereque debeatis, Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Coloswar feria quarta proxima ante festum beati Galli confessoris Anno domini Millesimo Quingentesimo decimoquarto.

Eredetije **Brassó város levéltárában**; hol ezen parancsnak Miklós mester brassai jegyző által irt egykorú másolata is megvan.

541.

Erdélyi Márton, Bethlen Miklós, Horváth János, Apafi Ferencz, Siikösd Gáspár s több erdélyi főnemes fölszólítja a szebeni tanácsot, hogy a június 12-én Székely-Vásárhelyt tartandó országgyűlésre, melyen az erdélyi püspök és a székelyek követei is jelen lesznek, küldje el követeit, kikkel az ország java és megmaradása fölött tanácskozhassanak. Kelt Gyula-Fehérvártt 1515. május 29-én.

Prudentes et Circumspecti domini, Amici nobis honorandi, Conueneramus nonnulli ex pocioribus Nobilium istius Regni Transiluanie in Ciuitate Albensi apud Reuerendissimum dominum Episcopum, vt vnacum dominacione sua Reuerendissima huius Regni commodo, ac defensionis pari voluntate consuleremus, Proinde conclusimus vt ad feriam terciam proximam post festum Sacratissimi Corporis Christi proxime venturam, **in Zekel Wasarhel congregacionem habere debeamus**, quo commodius etiam **domini trium generum Siculi** aliquos e medio ipsorum illuc mittere valeant, Cum itaque etiam Reuerendissimus dominus Episcopus pro sua erga nos propensa beniuolencia rogatu nostro personaliter eodem sit venturus, dominaciones et Amicicias vestras etiam atque etiam rogamus, vt tum vniuersorum dominorum trium generum Sicularum, tum nostre Amicie ob contemplacionem etiam dominaciones vestre ad premissum terminum in prefato loco Wasarhel constitui velint, vt ibidem vnacum prenotato Reuerendissimo domino Episcopo communi consensu de huius Regni commodo, et conseruacione commodius con-

sulere, et concludere valeamus: Datum Albe feria tertia festi penthecostes, Anno dominij 1.5.15.

Martinus Erdelij: Nicolaus Bethlen:
Joannes Horwath: Franciscus Apafij:
Caspar Sijkews, Ceterique potiores Nobilium Regni Transilvanie:

Kivül: Prudentibus, et Circumspectis dominis, Magistro Ciuium, Iudicibusque, ac ceteris Juratis Consulibus Ciuitatis Cibiniensis, Amicis nobis honorandis:

Eredetije papiroson, zárt alakban, két gyűrűpecséttel, a **szász nemzet levéltárában (IV. 189.)**.

542.

II. Ulászló megparancsolja az Orbai széki székelyeknek, hogy Béldi Pált, ki az ő segélyökbe bizva a brassai és barczasági szászokat az ő többszöri tilalma ellenére folyóást háborgatja és károsítja, segitni ne merjék, hanem a szászokat oltalmazzák Béldi Pál elnyomása ellen. Kelt Pozsonyban 1515. jun. 2-án.

Wladislaus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris **Agilibus et Egregijs Vniuersitati Sicularum, Sedis Orbaij**, Salutem et gratiam. Intelleximus qualiter Nobilis **Paulus Beldij**, fauore, auxilioque vestro fretus, fideles nostros, Saxones Brassouenses, et Barcenses, multiplicibus, atque intolerabilibus molestijs damnis et oppressionibus ac vexacionibus, continue afficeret, Cui licet sepe, vt ab illis desisteret mandauerimus, Ipse tamen surda aure mandata nostra pertransiens, cessare recusauit, cuius temeritatem vlterius tolerare nullo modo volumus, Quare fidelitati vestre, harum serie firmissime mandamus, quatenus, acceptis presentibus, inposterum prefato Paulo Beeldij, fratribusque et affinibus eiusdem, contra prefatos Saxones nostros, nullum fauorem, nullumque auxilium prestare audeatis, sed eosdem Saxones nostros, si quando vel opem, vel auxilium vestrum implorarent, ila tutari debeatis, vt eos prefatus paulus Beeldij opprimere non possit, qui nisi a solita in uos temeritate cessauerit, a nobis, eciam statuto grauius punietur, Secus igitur nullo pacto facere presummatis, presentibus per-

lectis exhibenti restitutis, Datum Posonij, Sabbato proximo ante festum sancte Trinitatis, Anno Domini Millesimo Quingentesimo quinto decimo.

(P. H.)

Relacio Reuerendi Domini Iadislaj Electj
Vaciensis Secretarij Regie Maiestatis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.** – Ugyanezen parancsnak a Kézdi székelyekhez intézett példánya is megvan **Ugyanott.**

543.

Szapolyai János erdélyi vajda, székely ispán és a király főkapitánya, megparancsolja a Maros széki székelyeknek, kik az előbbi hadjárat alkalmával a szászok közt megszállva sok kárt tettek, s most is ugyanazt akarják tenni, hogy ha a szászok közt megszállanak, tőlök semmit fizetés nélkül elvenni ne merjenek. Kelt Szászsebesen 1515. sept. 2-án.

Johannes de Zapolya Comes perpetuus terre Scepusiensis Waiiwoda Transsiluanus et Siculorum Comes Necnon Capitaneus Generalis Regie maiestatis etc. **Egregijs et Agilibus Vniuersitati Trium Generum Siculorum sedis Maros.** Salutem et fauorem. Ex Querimonijs nonnullorum Saxonum Regalium Accepimus vos Tempore prioris preterite expeditionis per descensum vestrum plurima dampna eisdem Intulisse et Nunc quoque Id ipsum facerere velle, Propterea Requirimus vos et Nihilominus harum serie Regia In persona firmiter conmittimus, quatenus acceptis presentibus a Modo Inposterum ab huiusmodi Illacionibus dampnorum ipsis Saxonibus Inferendis vosmethipsos continere et preseruare velitis et debeatis, vbi vero vos In Medio Illorum condensum habueritis, absque precio condigno quicquam abipsis auferre Non presumatis, Nam alias Certisitis vos, propterea, Impune Nullomodo Euasuros. Secus Igitur nulla ratione facturi, presentibus perlectis exhibenti Restitutis. Datum In Zassebes feria secunda proxima ante festum Natiuitatis Beatissime virginis Marie Anno dominij Millesimo Quingentesimo Decimoquinto.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a **szász nemzeti levéltárban (IV. 191.).**

544.

Barlabási Lénárt erdélyi alvajda a király nevében megparancsolja Szeben város tanácsának, hogy a székelyek által deczember 17-dikére hirdetett gyűlésre, mely nem az ország javára, hanem a vajda ellen lesz összehívva, követeket ne küldjenek. Kelt Héderfáján 1515. nov. 30-án.

Prudentes et Circumspecti domini et amici nobis plurimum honorandi, Accepimus qualiter **Siculi die dominico proximo post festum beate Lucie virginis nunc venturum congregacionem indicere vellent**, ad quam et dominaciones vestras prouocarent, Que quidem congregacio contra dominum nostrum graciousissimum Vaijuodam existeret, que vt intelligimus nec ad augmentum Regni, sed ad periculum et detrimentum pocius eiusdem fieret. Sciunt vestre dominaciones peroptime, quod dictus dominus noster graciosus post Regiam Maiestatem vestris dominacionibus omni bono et honore fuit et est. Clare patet dominacionibus vestris, qualiter **ipsi Siculi contra singulos Waijuodas Rixas mouerunt**, cum quibus huic Regno semper curas et expensas fecerunt. Igitur dominaciones vestras rogamus presentibus diligentissime, quatenus vestre dominaciones penes dictos Siculos in premissis starenon velit, et nihilominus in persona dicti domini nostri graciosi firmiter committimus, quatenus sese a premissa congregacione Sicularum abstinere et in eadem inesse minime debeatis. In futurum sencient dominaciones vestre, quod eisdem ad prosperitatem succedet. Vestras autem dominaciones felicissime valere desideramus. Ex Hederfaija in festo beati Andree Apostoli Anno 1515.

Leonardus Barlabassi

ViceWaijuoda Transsiluanus.

Reschner Márton másolata után a **Bruckenthal-Muzeumban Szebenben.** (Reschner, Diplomatarium Tom. I. pag. 48.).

545.

Thúróczi Miklós erdélyi alvajda és székely alispán megparancsolja Daczó Péternek, Burcsa Lukácsnak és Borosnyai Tompa Andrásnak, hogy alvajda társa Barlabási Lénárt ítéletét, melylyel Kilyéni

*Márton Pál felperest testóerei Pál, Bálint és Péter ellen a patvar-
kodás büntetésében 24 forintban elmarasztalta, hajtsa végre. Kelt
Udvarhelyen 1516. oct. 14-én.*

Nicolaus Thwroczy vicewayuoda Transsylvanus et Siculorum vicecomes etc. agilibus Petro Daczo et Luce Burcha ac Andree Tompa de Borosnyo salutem cum honore. Noueritis, quod nobis in **congregacione generali trium generum Siculorum** decimo die festi beati Francisci nunc preteriti **in oppido Wdwarhel celebrata** constitutis et existentibus agilibus Blasius Czyriak pro agilibus **Paulo Marthon de Kyllyen** ac Valentino et Petro fratribus eiusdem iuxta continenciam literarum prorogatoriarum egregii Leonardi Barlabassy de Hederfaya similiter vicewayuode socii nostri in figura nostri iudicii conparendo contra agilem Franciscum de dicta Kyllyen quasdam literas prefati Leonardi Barlobassy vicewayuode adiudicatorias contra eundem Franciscum de Kyllyen tanquam actorem emanatas nobis exhibere curauit, ex quibus conperiebatur per expressum eundem Franciscum de Kyllyen facionibus et causis in eisdem literis adiudicatoriis per expressum declaratis contra prefatos Paulum Marthon ac Valentinum et Petrum fratres eiusdem in facto calumpnie iuxta eiusdem vicewayuode deliberacionem viginti quatuor florenos facienti conuictum et aggrauatum. Et cum iuxta premissum eiusdem Leonardi Barlobassy prorogacionem causa in eadem in presenti siculorum congregacione inter partes quedam iuris reuisio et finalis deliberacio fieri debuisset, prefatus Franciscus de Kyllyen eandem iuris reuisionem et finalem deliberacionem recepturus nostram in presenciam non venit neque misit: quesito igitur nobilium et siculorum nobiscum presencium superinde consilio prematuro, prescriptas literas adiudicatorias prefati Leonardi Barlobassy vicewayuode contra eundem Franciscum Kyllyen emanatas in omnibus earundem continencijs in suo vigore duximus fore relinquendas et relinquimus per presentes. Requirimus igitur vos et nichilominus vobis serie presencium domini nostri graciousissimi in persona firmiter committimus, quatinus acceptis presentibus easdem literas prefati Leonardi Barlobassy adiudicatorias in omnibus earundem articulis atque clausulis et cuncta in eisdem contenta debite exequocioni demandare et suo modo exequi debeatis et teneamini, secus non

facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in oppido Wdwarhel secundo die termini prenotati, anno domini Millesimo quingentesimo decimo sexto.

Berekszói Hagymás Miklós alvajda 1519. febr. 6-ikán kelt átírástában, az országos levéltárban (DI. 28694.).

546.

II. Lajos király a Kézdi széki szentléleki várat tartozandóságaiival, s a Kükküllő vármegyei Dicső-Szentmárton, Csüdótelke, Királyfalva és Zágor, valamint a Fejér vármegyei Péterfalva és Szilkút helységeket, melyek Szentmártoni Kézdi Gáspár, néhai Sándor fia, magtalan halálával szállottak a koronára, az azokban netalán lappangó királyi joggal együtt Szapolyai János erdélyi vajdának adományozza. Kelt Budán 1517. ápr. 14-én.

Nos Lodouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos debitum vt decet habentes respectum ad grata et acceptabilia fidelitatis et fidelium seruiciorum cumulatissima merita fidelis nostri Spectabilis et Magnifici Johannis de Zapolija Comitis perpetui Scepusiensis Waijwode partium Regni nostri Transsiluanarum, et Comitis Siculorum nostrorum, que ipse sacre imprimis huius regni nostri Hungarie Corone, deindeque Maiestati nostre cum summa semper fide et fidelitatis perseuerancia pro locorum et temporum varietate exhibuit et impendit, quibusque se idem nobis gratum reddere studuit et acceptum, **Castrum Zenthlelek vocatum in partibus Regni nostri Transsiluanis et in Sede Siculicali kyzdij appellata habitum** ¹⁾, simulcum suis pertinencijs, Item totales possessiones **Dijchewzenthmarthon, Chijdewthelke, kiralfalwa, et Zagor** ²⁾, In de kijkellew, necnon **Petherfalwa et Zilkwth** vocatas in Albensi Transsiluana, Aliaque vniuersa Bona et quelibet Jura possessionaria tam in eisdem partibus nostris Transsiluanis, quam eciam alias vbiuis et in quibuscunque Comitatus huius Regni nostri Hungarie exi-

¹⁾ A szentléleki vár Kézdi széken királyi vár és így eladományozható volt.

²⁾ Az eredetiben hibásan áll: **Jagor**.

stentia et habita, Oue alias Nobilis condam **Gasparis filij olim Sandrini kyzdij de Zenthmarthon** ¹⁾ prefuisse, sed per mortem et defectum seminis eiusdem condam Gasparis, ad Sacram dicti Regni nostri Hungarie coronam, consequenterque collationem nostram Regiam Juxta antiquam et approbatam eiusdem (Re)gni nostri legem et consuetudinem, rite et legittime deuolute esse perhibentur, et, redacta, Simulcum totali et omni Jure nostro regio, quod in prenomnatis castro et pertinencijs eiusdem, necnon possessionibus alijsque vniuersis Bonis et Juribus possessiona(rijs eiusdem con)dam Gasparis kyzdij, in dictis partibus nostris Transsiluanis, et alias vbiuis et in quibuscunque comitatibus Regni nostri (existentibus quomodocun)que haberemus, aut Idem et eadem nostram ex quibuscunque causis, vijs, modis et rationibus concerneret maiestatem, si(mulcum c)unctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et Incultis, Agris, pratis, pascuis, Campis, fe(ne)tis, Siluis, Nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorijs, Aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, Molendinis, Molendinorumque locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissis sic vtprefetur stantibus et se habentibus, memorato Johanni de Zapolija Comiti et Waijwode suisque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus donauimus et contulimus, Immo damus donamus et conferimus Jure perpetuo et Inreuocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, Saluo Jure alieno, Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Quas in formam nostri priuilegij redigifaciemus, dum nobis in specie fuerint reportate, Datum Bude feria tertia proxima post festum Resurrectionis Domini, Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo decimo Septimo, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno secundo, Bohemie vero similiter Secundo.

Eredetije papiroson a gyula-fejérvári káptalan levéltárából az **országos levéltárban (DL. 30247. sz.)**.

¹⁾ Ez a Gáspár a **Kézdi**eknek is nevezett Aporok családjából való volt.

547.

II. Lajos király megparancsolja az Orbai széki székelyeknek, hogy a Brassó városához tartozó Buzamező nevű rétet ne bitorolják s az onnan elhordott szénát a szászoknak adják vissza. Kelt Budán 1517. jrn. 9-én

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris **Egregijs Agilibusque Siculis nostris Sedis Orbai**, Salutem et gracam, Accepimus valde displicenter, Qualiter essent nonnulli ex vobis, qui quoddam pratum nostrum Regium, ad fideles nostros Ciues Brassouienses pertinens, **Bwzamezew** nuncupatum, preter omnem equitatem et preter omne Jus sibiipsis apropiare vellent, et nuper omne fenum de eodem prato violenter asportassent, Quod nos pati nolentes, fidelitati vestre harum serie mandamus, quatinus, Acceptis presentibus, quicumque ex vobis fenum de predicto prato abstulit, prefatis Saxonibus nostris restituat, et quisquam vestrum ab vsurpacione et sibi apropiacione ipsius prati decetero contineat, Quoniam certi sitis, quod nos illud pratum ab ipsis Saxonibus nostris abstrahi et abalienari nullopacto paciemur, sed eosdem in illo, modis omnibus defendere volumus, Si quid autem Juris aliqui ex vobis se in eodem prato habere pretenderint, Id Jure et Justicia mediante prosequantur et requirant, Secus facere non presumatis, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum Bude feria Sexta proxima post festum Epiphaniarum Domini, Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Decimo Septimo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

548.

Brassó város tanácsa bizonyítja, hogy egyfelől a bölöni székely és monyorósi szász lakosok, más felől Hidvégi Nemes Mihály és ipa Kilyéni Czirjék Balázs, a közöttök az Olt folyón lévő révhajó miatt folyt pert, melyben a tanács őket nem bírta kiegyeztetni, Szapolyai János vajda törvényszékére, Sz. György napja után 2 hétre, halasztották. Kelt Brassóban 1517. márt. 16-án.

Nos Judex Juratique Ciues Ciuitatis Brassouiensis, Memorie commendamus Quod die datarum presencium; nostram venientes in presenciam, prouidi viri **de villis Siculicali Belen et Saxonicali Monoros appellatis** ab vna, et Agilis **Michael Nemes de Hijdvig**, vnacum Agili **Blasio Zerijek de kijlien** socero suo, racione et pre-textu cuiusdam Nauis in fluuio Olt appellato ac illius occasione parcium ab altera, optantes, quatenus ipsos illius Nauis occasione simul componeremus, ac differencias et lites propterea fiendas extingueremus, Quum autem id impresenciarum facere nequiuimus, Ambe partes, causam ipsam, vnacum omnibus et singulis eiusdem circumstancijs, ad presenciam Spectabilis et Magnifici domini Comitiss Johannis de Zapolija harum parcium Transsiluanarum Waijuode, Comitissque Siculorum etc. ad quintum decimum diem post festum Beati Georgij martiris proxime venturum prorogarunt discutiendam, Casu autem quo Idem Spectabilis et Magnus dominus Comes et Waijuoda protunc non agetur in hijs partibus Trassiluanis, sed alias in Regno Hungarie, extunc quamprimum post sue Magnifice dominacionis felicem ad has partes ingressum, vna pars, parti alteri, id significare et notificare debeat, deliberacionem et Iudicium causa in eadem exceptura. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Brassouie feria 2-a proxima, ante dominicam Letare Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo septimo.

(P. H)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

549.

Szapolyai János erdélyi vajda és székely ispán Brassó város kérelmére megparancsolja Hídvég nemesei és székelyei közönségének, hogy azt a révhajót, melyet az Olt folyón állítani s a brassaiaktól is vámot szedni akarnak, addig be ne állítsák, míg mind két fél előtte jogait ki nem mutatja s ő ítéletet nem hoz. Kelt Kolozsvártt 1517. ápr. 17-én.

Johannes de Zapolija Comes perpetuus terre Seepusiensis Wayuoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc. **Egregijs et Agilibus,**

vniuersitati Nobilium et Sicularum possessionis Hijdweeg, Salutem et fauorem, Exposuerant Nobis, prudentes et circumspecti, Judex, et Jurati Ciues Ciuitatis Brassouiensis, in eo Nobis supplicando, Qualiter vos, Quoddam Nauale wadum, super fluuium Olth appellatum, penes eandem possessionem Hijdweeg, decurrentem facere et constituere pretenderetis, Contra Jura et libertates illius Ciuitatis Brassouiensis, per condam diuos Hungarie Reges, attributa et concessam, necnon dictorum exponencium derogamen et preJudicium manifestum, Ex eoque tandem naulum huiusmodi, quasi vi ab eisdem exponentibus exigere et abstorquere volentes, Cum itaque hec Res tam inconsueta videatur Juri admodum disconuenire, Ob hoc Requiritur vos Nichilominusque harum serie Regia in persona firmiter conmittimus, Quatenus, agnitis praesentibus, et premissis suomodo se habentibus, pretactum Nauale wadum, in ipso fluuio Olth, Interea quousque, pars vterque vestrum, Coram Nobis comparens, sua Jura superinde produxerit, Nequaquam inchoare presumatis, Nos tandem agnita rei equitate, quid commodius et, magis opportunum Inter vos fuerit deliberandum, discernemus et concludemus, Secus ergo nulla Racione facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum, In Koloswar, feria quarta proxima post festum pasce domini, Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo decimo septimo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

550.

II. Lajos király, hive Horváth Lajos jelentésére, kit a székelyek által a szászoknak tett károk megvizsgálására leküldött, biztosítja az erdélyi szászok közönségét, hogy ezen károkért minél előbb illő elégtételt fog nekik adatni. Kelt Budán 1518. febr. 24-én.

Commissio propria domini Regis.

Lodouicus dei gracia Rex

Hungarie et Bohemie etc.

Prudentes et Circumspecti, fideles nobis Dilecti, Ex litteris et Registro, fidelis nostri Egregij Nicolai Horwath, quem nuper ad **reuidenda dampna, per Siculos nostros vobis illata** in medium vestri

miseramus, per eundem ad nos misso, omnem seriem querelarum vestrarum, et intelleximus et certe grauiter eciam ac moleste tulimus. Cogitauimusque quanto cicius et commodius fieri posset, vt vobis de eisdem condigna Satisfaccio impendatur. Sciatis itaque nos non esse inmemores, harum iniuriarum vobis illatarum, et Cito eciam, (vt pretulimus) ita prouisuros Arbitremini, vt de minimis quoque dampnis vestris bene contenti esse possetis, fidelitates igitur vestras hortamur et requirimus, velitis interea temporis, quo de ipsis dampnis vestris debita satisfaccio impendi poterit, boni animi esse, et omnibus eciam Alijs, qui eiusmodi periculorum et dampnorum participes sunt, bonum animum et, consilium dare, Nam nos vobis omnino non deerimus, dabimusque operam, vt diximus, vt de omnibus, eciam minimis dampnis vestris satisfaccio impendatur, Secus ne feceritis, Datum Bude In festo Sancti Mathie apostoli, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimooctauo:

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Ac Nobilibus, Magistris Ciuium Iudicibus et Juratis, Ceterisque Ciuibus et Pocioribus Consulibus, totique Communitati Ciuitatum nostrarum Cibiniensis, Bistriciensis, Brassouiensis, Meggijessiensis, Ac Septem et duarum Sedium Saxonicalium Saxonibus, et terre Barcza, Fidelibus Nobis dilectis.

Eredetije zárt alakban a **szász nemzet levéltárában (IV. 205.)**.

551.

II. Lajos király az erdélyi szászok küldötte Szabó Benedek által értesíti a szászok közönségét, hogy Szapolyai János erdélyi vajdának és székely ispánnak meghagyta, hogy mind azoknak, a kik némely szász székekben a székelyektől kárt vallottak s elnyomatást szenvedtek, tétessen eleget. Kelt Budán 1518. márt. 14-én.

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus dei gracia Rex

Hungarie et Bohemie etc.

Prudentes et Circumspecti fideles nobis dilecti. Quc nobis per hunc Circumspectum Benedictum zabo Nuncium et fratrem vestrum **de damnis et oppressionibus, vobis in certis Sedibus per Siculos illatis**, et de Inquisicione huiusmodi damnorum, deque eorundem

rectificatione Nunciastis atque eciam scripsistis, intelleximus, de quibus omnibus vobis per eundem responsum dedimus, et quod impresenciarum nobis de his rebus faciendum visum fuit: iam incepimus, et certi sitis non cessabimus donec omnia damna vestra vobis restituantur et de Iniurijs quoque ac oppressionibus satisfiat. Commisimus namque fideli nostro Spectabili et Magnifico Johanni Comiti Scepusiensi, Waywode nostro Transsiluano et Comiti Siculorum, vt ipse Jure et Justicia mediante, omnibus Saxonibus damnificatis satisfiat. Qui si id fecerit benequidem. Alioquin, nolite desperare, certi sitis, eciam alys vijs et modis, debitam satisfaccionem, illis damnificatis et oppressis, omni adhibito remedio impendifiemus. Quicquid autem prefatus Waijwoda in his fecerit, ad dietam proxime futuram, si antea fieri non posset, ad quam eciam alioquin ex vobis aliqui ad nos venire debebunt, rescribatis. Reliqua vobis prefatus Benedictus zabo coram apercius referet et declarabit. Datum Bude in dominica letare Anno domini Millesimo Quingentesimo decimo octauo:

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Magistris Ciuium, Judicibus, Juratis, ceterisque Senioribus ac vniuersis septem et duarum sedium Saxonibus, necnon Ciuitatum Brassouiensis Bistriciensis et terre Barcza, Fidelibus nobis Dilectis.

Eredetije zárt alakban, a **szász nemzeti levéltárban (IV. 206.)**.

552.

A hét székely szék közönsége fölszólítja Torda vármegye nemességét, hogy a közöttök főnálló irott köteleztetés értelmében, – mely szerint egymást, ha jogaikban és szabadságaikban elnyomatnának, segitni tartoznak, – minthogy a vajda őket elnyomta, gyűljenek Tordára, a hova ők is követeiket velök tanácskozni el fogják küldeni. Kelt Keresztúron 1519 január 22-én.

Egregij ac Nobiles viri domini fratres et Amici nostri honorandi Optime constat vestris fraternitatibus et Amicicijs, quale obligamen inter nos et vos ac eciam saxones huius partis transsiluanie iamdudum pro obseruacione iurium nostrorum ac libertatum factum firmatumque extitit, vigoreque obligaminis eiusdem vicissim

per vtrasque partes ita promissum est, certo sub vinculo in literis super eo emanatis expresso, vt emergente aliqua ardua necessitate et oppressione partis cuiusque pro defensione premissae libertatis et iuris eiusdem partis lesi vel oppressi, per quempiam, altera pars debeat et teneatur subvenire et defendere. Quia autem nunc **nos** *) per magnificum dominum Waijuodam nostrum et vestrum tum in iuribus et libertatibus nostris defectum, tumque in personis rebusque et hereditatibus nostris dampnum lesionemque ac detrimentum non minimum suscepimus. Obhoc necesse est vt vestris cum fraternitatibus conveniamus et auxilio vestro, vt decet, iuxta premissum obligamen, de huiusmodi defectu lesione oppressionequae et dampno subleuemur. Quapropter hortamur vestras egregietates et fraternitates, vt ad diem dominicam proximam ante festum beati Mathie Apostoli ad locum congregacionis vestre solitum Thorda convenire et congregari velitis. Vbi cum vestris fraternitatibus, certi fratres nostri ad hoc deputati de premissis loqui consiliari et tractare valeant effectiue. Vnde premissum obligamen fraternitatis inter nos et vos in violatum obseruetur et nos quoque vestris in necessitatibus semper iuxta libitum vestrum fraternali fraternitate asistere valeamus Nosque de uicio in quo aput regiam Maijestatem in hoc acusati f(uimus) Maijestatem nos mociones facere voluissemus, expurgari et exped(iri) (Datum in) Ke-reztur in festo beati Vincenci Martiris Anno domini

Vniuersitas trium generum siculorum septem sedi(um).

(P. H.)

Kivül: Vniuersitaj Nobilium Comitatus Thordensis.

Eredetije papiron, egy régi ezüst huszasnál valamivel kissebb, zöld viaszba nyomott kerek pecséttel, melynek alól majd nem fele része s balról széle letöredezett, **Kolozsvár város levéltárában** (az 1882-ben fölfedezett s lajstromzott levelek közt). – Utolsó 3 sorának végső szavai a nyílt alakú levél jobb szegletén ollóval ki vannak vágva.

553.

Berekszói Hagymás Péter erd. alvajda és székely alispán, a Killyéni Márton Ferencz által Kilyéni Márton Pál, Bálint és Péter ellen

*) Az eredetiben tollhibából **vos** áll a helyes **nos** helyett.

az ő alvajda társa Barlabási Lénárt előtt egy Kilyén határában fekvő Árokközi nevű rétért indított s eldöntés végett hozzá feljelezett perben ítéletet hozván, Thuróczi Miklós egykori alvajdának ezen ügyben kelt s Kilyéni Ferenczet patvarkodásban elmarasztaló ítéletét megsemmisíti: minthogy mikor az alvajda ezen ítéletet a székelyek udvarhelyi közgyűlésében hozta és kiadta, Szapolyai János vajda és székely ispán Erdélyben volt s éppen azért azon ítéletet érvénytelennek nyilatkoztatta. Meghagyja egyszersmind Kilyéni Ferencznek, hogy ezen állítását 60 nap alatt törvényszéke előtt bizonyítsa be, hogy így végítéletet hozhasson. Kelt Enyeden, 1519. febr. 6 án.

Nos **Nicolaus Hagmas de Berekzo vicewayuoda Transsylvanus et sicularum vicecomes** etc. damus pro memoria, quod cum nos sabatto in festo beate Agathe virginis et martiris vnacum nonnullis parcium istarum Transsylvanarum nobilibus hic Thorde in examine cuiusdam cause inter agiles **Franciscum de Kyllyen** vt actorem ab vna, ac Paulum, Valentinum et Petrum Marthon dictos de eadem Kyllyen, pro quibus agilis Blasius Czyriak similiter de eadem Kyllyen cum procuratoriis literis iudicis sedis Sepsy in figura nostri iudicii astabat, velut in causam attractos partibus exaltera alias coram egregio Leonardo Barlobassy de Hederfaya vicewayuoda socio nostro racione et pretextu cuiusdam prati **arokkewzy** vocati intra metas dicte possessionis **Kyllyen** existentis mote et ventillate ac tandem ad predictum diem nostri in presenciam reuidendo adducte constituti fuisset, per predictum Blasium Czyriak legitimum procuratorem eorundem in causam attractorum contra prefatum Franciscum Kylleny actorem quedam litere egregii Nicolai Thwroczy alias similiter vicewayuode parcium istarum Transsylvanarum in papyro patenter confecte coram nobis in iudicio fuissent exhibite hunc tenorem continentes: **Nicolaus Thwroczy vicewayuoda Transsylvanus et Sicularum vicecomes** etc. (*Lásd fönnebb 545. sz.*) Quibus exhibitis et presentatis, quia prelibatus Franciscus Kylleny allegavit spectabilem et magnificum dominum Johannem comitem et waywodam Transsylvanum etc. dominum nostrum graciousissimum tempore illo, quo prenotatus Nicolaus Thwroczy premissum iudicium in ipsa congregatione vniuersitatis trium generum sicularum in prescripto oppido Wdwarhel celebrata fecisset, ac ipsas literas dictis in causam attractis

contra eundem extradidisset, partibus in his Transsylvanis extitisse vel egisse, et ex eo tam huiusmodi iudicium, quam literas eiusdem Nicolai Thwroczy inuigorasas cassasque et inanes fore conmississe, pro eo et nos de consilio prefatorum nobilium nobiscum in examine prescripte cause parcium existencium iudicantes conmissimus eo modo, vt pretactus Franciscus Kylllyeny infra spacia sexaginta dierum diei presentis iudicii hoc et id, quod scilicet prefatus dominus noster gracioussimus iudicium et literas ipsius Nicolai Thuroczy premissas invigorasas viribusque carituras et inanes conmississet, coram nobis euidenti et sufficienti testimonio conprobare debeat et teneatur, vt visa ipsa conprobacione tandem causa in premissa partes inter easdem iudicium congruens facere valeamus, harum testimonio presencium mediante. Datum in oppido Enyed secundo die termini prenotati anno domini Millesimo quingentesimo decimo nono.

(P. H.)

Eredetije papiroson, ép pecséttel, a kolosmonostori convent levéltárából az országos levéltárban (Dl. 28694).

554.

Szapolyai János erdélyi vajda megparancsolja Brassó városának, hogy miután némely székelyek különösen Csikban a király ellen és ő ellene lázadást akarnak inditni, 300 lovast és 50 puskás gyalogot rögtön sietve küldjön hozzá Segesvár felé. Kelt Udvarhelyen 1519. junius 12-én (?).

Prudentes et Circumspecti Amici nobis dilecti, **Intelligimus certos ex Siculis et presertim in Sede Chijk residentes quasdam velle facere concitaciones atque Sediciones**, Que contra Maiestatem Regiam et consequenter contra Nos qui in persona Maiestatis Regie hijs in partibus constituti summus vergere videntur et vt apercius consideramus exitus rei istius in vobis terminabitur, Quum et antea quoque dum tales commociones facte sunt, extunc eiusmodi dampna in vobis obtigerunt, et ob hoc necessarium est vt ad euitacionem tanti mali nos in persona Maiestatis sue curam habere debeamus. Requiritur igitur vos et Nichilominus Regia in persona ac sub amissione

capitis et bonorum vestrorum firmissime committimus, Quatenus agnitis presentibus fidelitatem Maiestati Regie obseruandam attendentes, trecentos equites, et Quinquaginta pedites pixidarios statim ordinare et versus Segeswar erga nos deputare et accellerarifacere debeatis. Nam si talibus resistere negligeremus, vosque premissa nostra eiuscemodi mandata transgredere minj, hec omnia vestrum dampnum ac ingens periculum importarent. Aliud igitur nulla ratione facere presumatis, Datum in Oppido Wdwarhel in festo Sacr(e Pentecostes ?) Anno domini Millesimo Quingentesimo decimonono.

Johannes Comes et

Waijwoda Transsiluanus etc.

Kivül: Prudentibus. Ac Circumspectis. Judicj Juratisque Ciuibus Ciuitatis, Brassouiensis etc. Amicis nobis dilectis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

555.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán a nagybölöni lakosok és a Törcs várához tartozó Apacza helység paraszt lakosai közt barmaik behajtása miatt gyakran kitört viszályt békésen ugy egyezteteki, hogy a két helység határát az Olt vize képezze, s ha a barmok a vizen átmennének és kárt tennének, azért az illetők birságot ne fizessenek, hanem csak a megítélendő kárt tartozzanak megtéríteni. Kelt Prásmáron 1519, jun. 24-én.

Nos Johannes de Zapolija, Comes perpetuus terre Sepusiensis, Waiuoda Transsiluanus, et Siculorum Comes etc. Damus pro memoria Quod quia orta contencione quadam, Inter Incolas et inhabitatores, **possessionis Naghbewlen**, ab vna, ac **plebeos homines de Apacza, ad castrum Thwrch vocatum pertinente**, in vicinitate eiusdem possessionis adiacente, Racione et pretextu abaccionis pecudum et pecorum ipsorum, plerisque vicibus inter ipsos facte, Nichilominus tamen visa percepta et intellecta consuetudine atque metis ipsarum possessionum Apacza et Bewlen, Quibus hijdem ab antiquo vsi fuissent, metas vtriusque possessionis, per aquam Olth vocatam, Ibidem decurrestem, distinguere recognoscerentur. Ne inter inhabitatores illarum possessionum dissensiones sew contenciones peramplius exinde oriri

possent, differentiam huiusmodi de cetero hac pace componere permisimus, vt hijdem Incole possessionum earundem, suis metis proprijs contenti sint et habeantur. Neque eciam pecora ipsorum, ad terras promiscue dimittantur Sed in suis terris proprijs depascantur Casu vero quo pecora ipsorum, ad loca dampnosa, vltra aquam Olth predictam auffugerent, siue declinarent, Extunc nulla exinde pactacio fiat, aut suboriatur. Sed dummodo dampna aliqua per eiusmodi pecora committerentur Extunc illis reclusis ad limitationem dampnorum huiusmodi per hos quorum interest, Satisfaccio adimpendere-tur. Testimonio presencium mediante. Datum in Oppido Prasmar In festo Natiuitatis Beati Johannis Baptiste Anno domini Millesimo Quingentesimo Decimo Nono.

Lecta.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

556.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán megparancsolja Bikfalva lakosainak, hogy a legközelebbi hétfőn előtte jelenjenek meg, s az ellenök Brassó városa által a Bozza mezeje ügyében emelt panaszra és vádra feleljenek. Kelt Sepsy-Szentgyörgyön 1519 július 3-án.

Johannes de Zapolija Comes perpetuus terre Scepusiensis, Waijwodaque Transsiluanus, et Siculorum Comes etc. Vobis Vniuersitati Incolarum et inhabitatorum possessionis **Bijkfalwa** Committimus Quatenus visis presentibus, feria secunda proxima ventura, ad instanciam Prudentum, et Circumspectorum Judicis, et Juratorum ceterorumque Ciuium Ciuitatis Corone, coram nobis comparere debeatis et teneamini, obiectis et Querelis ipsorum Racione cuiusdam **Campi Bozza Mezew** vocati deiure Responsuri. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Ex Sepsy Zenthgergh dominico die proximo post festum visitacionis Beatissime virginis Marie Anno domini 1519.

(P. H .)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

557.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán Brassó városának visszaküldi azokat a kocsisokat, kiket hozzá küldött, s kéri hogy azok jó és hűséges szolgálatát vegyék tekintetbe. Kelt Segesvárt 1519. jul. 27-én.

Prudentes et Circumspecti Amici Nobis dilecti, En illos Curri-
feros Quos ad Nostram petitionem erga Nos miseratis, Rursus ad
propria cum expensis Remisimus, et Quia Nobis Bene et fideliter
seruierunt, Pro eo Rogamus Amicicias Vestras, vti velint, Respectu
nostri, erga illos omni fauore et auxilio adesse, vt Ipsi petitionem
nostram apud vos fructuosam esse senciant, Quod Nos Maiori
Amicicia, vobis, Rependere volumus et curabimus, denique, Amicicias
Vestras Bene valere optamus, Ex Segeswar, feria Quarta In Crastino
festi Beate Anne Matris Marie Anno domini 1519.

Johannes Comes et
Wayuoda Transsiluanus.

Kivül: Prudentibus ac Circumspectis Judici et Juratis ceteris-
que Ciuibus Ciuitatis Brassouiensis etc. Amicis Nobis dilectis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

558.

*Szapolyai János erd. vajda és székely ispán megparancsolja Sepsi
szék biráinak, főembereinek és lófejeinek, hogy Brassó sérelmére
Sepsi-Szentgyörgyöt várossá tenni s abban vásárt tartani ne mer-
jenek. Kelt Székely-Vásárhelyen 1519. szept, 10-én.*

Johannes de Zapolija Comes perpetuus terre Scepusiensis
Waijuodaque Transsiluanus et Siculorum Comes etc. **Egregys et
Agilibus Judicibus ceterisque pocioribus et primipilis Sedis Sepsy**
Salutem et fauorem. Ex declaracione Prudentum et Circumspectorum
Judicum et Juratorum ceterorumque Ciuium et consulum Ciuitatis
Brassouiensis Accepimus, Quomodo vos **possessionem Zenthgijewrgh,**
quibuscumque respectibus, pro opido constituere non formidassetis,
in preiudicium et derogamen dampnumque et periclitacionem Ciui-
tatis Regalis Brassouiensis Manifestum. Cumtamen Bene possetis

reminisci, Quemadmodum temporibus elapsis ex speciali Mandato Regie Maiestatis recognita Justicia ac alijs probabilibus et euidentibus documentis eandem pro possessione constitueramus sicque Nomen opidale ab ipsa distraxisse, Vnde propter huiusmodi vestram Minuslicitam et indebitam per Accionem Ciuitas Regalis predicta In Estimabile dampnum patitur, quod non solummodo Ciuitati sed pocius Regie Maiestati eueniet, Requirimus igitur vos et Nichilominus vobis harum serie Regia in persona firmiter committimus quatinus Mox visis presentibus, absque omni prorsus dilacione Juxta nostram Judicariam commissionem per amplius eandem possessionem instar aliarum possessionum tenere et conseruare, illisque forum celebrare permittere Minime debeatis. Nec sitis ausi modo aliquali. Nam alioquin Certi sitis Quod curabimus de remedio. Nec per amplius vobis pati volumus. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum In opido Zekelwasarhel, Sabbato proximo post festum Natiuitatis virginis gloriose. Anno domini Millesimo Quingentesimo Decimo Nono.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

559.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán megparancsolja a hét székely szék s különösen Maros szék biráinak, főembereinek és előkelőinek, hogy a székely-vásárhelyi mesterembereket ingyen munkára szoritni, s ha azt a kitűzött napra el nem végzik, birságot és károsítani, s a város lakosaitól bort, zabot s egyebet erőszakkal fizetés nélkül elvenni ne merészkedjenek. Kelt Székely- Vásárhelyen 1519. szept. 27.

Johannes de Zapolia Comes perpetuus Terre Scepusiensis Waiuoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc. **gregijs et Agilibus Viris Judicibus primipilis primoribus, Ceterisque pocioribus et Senioribus Trium generum Septem Sedium Siculicalium Siculis ot signanter Sedis Maros,** presencium noticiam habituris, Salutem et fauorem, Noueritis, quod cum Nos tempore celebracionis generalis Judicij nostri per Nos in medio vestri Indicti atque facti, dei presidio **ad**

hoc Oppidum Zekeiwassarhel attigissemus et peruenissemus, Circumspectus Johannes Faber, Judex predicti oppidi nostram veniendo in presenciam, grauem Nobis admodum In sua ac Juratorum Ceterorumque Ciuium et Inhabitorum potissimum vero Magistrorum Artificum eiusdem oppidi In eo porrexit Querelam, Quomodo forent nonnulli ex vobis et presertim in Sede Maros commorantes, Qui nescitur Qua Insolencia et motino ducti Salutis animarum suarum Immemores, prefatos Magistros Artifices, puta Sartores Pellifices Corrigiatores Sellipares fabros, Barberios sew Barbitonsores, Sutores et alios Artifices, Quemlibet scilicet eorum, Juxta magisterij et Artis sue exigenciam, ad vniuersa eorundem negocia opera faciunda disponendaque et exercenda, vi et coacte ac absque solucione, artarent compellerentque et astringerent, et vbi ijdem Magistri et Artifices opus eorum Quod eisdem facere disponere et parare committerent, ad tempus per eosdem (eisdem) pre(fix)um facere disponere et promptuare non possent quouismodo, Extunc eosdem grauissime Birsagiarent pacta(rent) et dampnificarent, pront Jam a multis retroactis temporibus dampnificassent, Nichilominusque vina et A et alias nonnullas res Ciuium et Incolarum eiusdem oppidi, preter voluntatem Ipsorum similiter vi et potenter auferrent, et reciperent Contra dei Justiciam et graue preiudicium libertatis dicti oppidi ac dampnum et offensionem annotatorum Magistrorum Artificum et Incolarum eiusdem oppidi valdemagnam, Suplicando Nobis dictus Johannes faber In sua ac aliorum Quorumsupra Nominibus et personis humillime, vt Iphis circa premissa. Auctoritate Regia de condigno Remedio prouidere dignaremur, Quippe cum Nos prefatum Oppidum, Ipsiusque Ciues et Inhabitatores vniuersos, In nostram receperimus proteccionem, et tutelam specialem, Nolumus ipsos per vos Ita Indebite et violenter In Juribus ac libertatibus eorundem opprimi permittere, Quocirca vos Requirimus, Nichilominusque vobis harum serie Regia in persona Qua fungimur firmissime committimus, et Mandamus, Quatinus acceptis presentibus et premissis sic se habentibus, A modo Inantea a talismodi oppressionibus pactacionibusque et dampnificacionibus pretactorum Magistrorum Artificum et ceterorum Incolarum prescripti oppidi omnino supersedere et desister asdemque vel alterum eorum ad nulla opera vestra vi et coacte absque solucione artare et compellere, vina eciam et auenas

aut alias Quascunque res Incolarum eiusdem oppidi preter voluntatem ipsonim, potencia mediante et sine solutione auferre et modo quoquo recipere, Ipsiisque aut alicui eorum, Iniuriam aut Quodcunque dampnum (ijdem enim Magistri parati sunt vobis, et vnicuique vestrum bona conuencione cum eisdem facta pro pecunijs vestris laborare et) facere et Irrogare, nusquam et nequaquam presumatis, nec sitis ausi modo aliquali, Sed potius eosdem et Quemlibet ipsorum, tanquam In Nostram specialem protectionem receptos, In omnibus Juribus et libertatibus Ipsorum Semper Inconcusse et Illibate conseruare, cum eisdemque pacifice commanere omnibusmodis debeatis et teneamini. Alioquin enim Nos eosdem Ciues et Inhabitatores tam contra vos, quam alios quoscunque turbatores et subuersores Jurium ac libertatum Ipsorum Auctoritate Regia tueri protegere ac Manutene volumus, Secus ergo non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti, Datum in prescripto Oppido Zekelwasarhel, In festo Beatorum Cosme et Damiani Martirum Anno domini Millesimo Quiugentesimo Decimo nono.

(P. H.)

Eredetije papiroson, M.-Vásárhely város levéltárában.

560.

Barlabási Lénárt erdélyi alvajda megparancsolja Brassó város tanácsának, hogy a számiüzött székely főemberek földult házaiból zsákmányolt javakat, melyeket némely székelyek Brassóba visznek eladni, foglalják le. Kelt Héderfáján 1520. január 22-én.

Prudentes et Circumspecti domini et Amici Nobis honorandi, conqueruntur Nobis illi **In exilium positi potiores Siculi, quorum scilicet domus desolarunt, Resque et Bona iprorum, Minusiuste et Indebite In predam diuerterunt**, Quod nunc forent nonnulli ex ipsis Siculis, Qui eiuscemodi Res ipsorum, causa vendendi. ad Ciuitatem vestram Brassouiensem Importarent, Requirimus Igitur vestras Amici cias et Nichilominus In persona domini nostri graciousissimi domini Johannis Comitis et Wayuode firmiter committimus, Quatenus statim receptis presentibus, prescriptas vniuersas et Quaslibet Res et Bona

annotatorum dampnificatorum, Quas et Que, ijdem, in dictam Ciuitatem Vestram comperire poterunt, Mox easdem et eadem. Juri detinerifacere debeatis et teneamini, Secus Igitur Nulla Racione facturi. Ex Hederfaya, In festo Beati Vincencij Martiris Anno domini 1520

Leonardus Barlabassy

Wiceuayuoda Transsiluanus etc.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis, Judici Juratis ceterisque Ciuibus et Consulibus Ciuitatis Brassouiensis dominis et Amicis Nobis honorandis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

561.

II. Lajos király megparancsolja Szapolyai János erd. vajdának, hogy a Sepszi széki székelyeket tiltsa le, hogy Szentgyörgy mezővárost szabad várossá tegyék és benne a királyi huszad kárára s a szászok elnyomására vásárt tartsanak; a mit Báthori István néhai erdélyi vajda is a székelyek udvarhelyi közgyűlésében kelt ítéletlevelével megtiltott. Kelt Pozsonybnn 1520. okt. 11-én.

Spectabilis et Magnifice fidelis nobis sijncere dilecte. Nonnulli **Siculi in Sede Sepsij commorantes** sepe tum antea, tum nostro tempore, tentarunt **oppidum Chijkzenthgyewrgh vocatum¹⁾** facere Ciuitatem liberam, et ab his Juribus, quibus alia Oppida, ac ville Siculicales vtuntur, secernere, in hunc solum finem, vt in eodem oppido Nundinas publicas constituere possent, Que res quoniam visa est, tum ad diminucionem prouentuum nostrorum vigesimalium tum ad oppressionem Saxonum nostrorum apertissimam vergere, conatibus ipsorum Siculorum semper obstitimus, potissimum vero hac racione, quod olim Spectabilis eciam et Mag(nificu)s condam

¹⁾ Itt **Csik-Szentgyörgy** áll ugyan az eredetiben, de hogy a Sepszi széki Sepszi-Szentgyörgyöt kell alatta érteni, bizonyos abból is, hogy Báthori István vajdának alább említett ítéletlevele, mely Udvarhelyen 1492-ben kelt (*Lásd fõntebb 496. sz. a.*) világosan Sepszi-Szentgyörgyre szól. A Sepszi széki székelyek csak ezen Szentgyörgyöt akarhatták szabad várossá tenni.

Stephanus de Bathor, alias Waijuoda Transsiluanensis, in Conuencione Generali (Siculorum in) Wdwarhel celebrata, orta superinde differentia, litere suis adiudicatorialibus et (sentencion)alibus cauerat, ne huiusmodi oppidum, libera Ciuitas fieret, Quas quidem (litteras Adiudic)acionales, huc Posonium ad nos in specie missas vidimus et perlegi fecimus, (Quemad) modum autem intelligimus, prefati Siculi nunc iterum intendunt, prefatum **(Oppidum) liberam** Ciuitatem facere et in eo Nundinas publicas constituere, Quod nos (ob c)ausas premisas, pati nullo modo volentes, Hortamur fidelitatem vestram, et eidem harum serie mandamus firmiter, quatinus, acceptis presentibus, prefatos Siculos, ad quos propterea alias litteras nostras dedimus, imprimis nomine nostro prohibeatis, vt ab huiusmodi eorum intencione desistant, et si id non curauerint, et in proposito eorum perseuerare contumaciter voluerint, omnibus modis, vijs, et remedijs eis obuietis, Secus ne feceritis, Datum Posonij, feria quarta proxima post festum beati francisci confessoris, Anno domini Millesimo (Quin)gesimo vigesimo.

Commissio propria domini Regis.

Kivül: Spectabili et Magnifico Joanni de Zapolija, Comiti perpetuo terre Scepusiensis, Waijuode nostro Transsiluanensi et Siculorum nostrorum Comiti, fideli nobis sijncere Dilecto.

Eredetije **Brassó város levéltárában.** – Ugyanott megvan eredetiben II. Lajos királynak a Sepsi széki székelyekhez ez ügyben ugyanezen napon kelt parancsa is.

562.

II. Lajos király megparancsolja a Sepsi széki székelyeknek, hogy Szentgyörgy mezővárosát szabad várossá tenni s abban vásárt tartani ne merjenek, s hozzá ez ügyben követeket ne küldjenek. Kelt Tatán, 1520. okt. 23-án.

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris, Agilibus viris, **Vniuersis et singuiis Siculis nostris, in Sede Sepsij commorantibus.** Salutem et gratiam. Nuper cum nobis datum

fuisset intelligi, vos **in oppido Chijkzenthgijergh** vocato: publicas Nundinas atque fora in diminucionem prouentuum nostrorum vigesimalium, oppressionemque Saxonum nostrorum velle constituere, Mandauimus vobis in alijs literis nostris, vt ab hoc proposito vestro supersedere deberetis, Quemadmodum autem nunc iterum intelligimus, non solum ab intencione vestra discedere nolletis, sed eius essetis animi, vt pro obtinenda hac re, certos ex vobis ad Maiestatem nostram mittatis, Ne igitur cum inutilibus expensis frustra fatigamini, Rursum mandamus fidelitati vestre harum serie firmissime, quatinus, ab huiusmodi conatibus vestris desinere debeatis, et ad nos propterea Nuncios vestros non mittatis, quia hanc rem vobis cum nostro dispendio et damno neque possumus neque volumus concedere, ex rationibus in prioribus literis nostris lacius declaratis Scripsimus autem et mandauimus Waijuode nostro Transsiluanensi, vt vos omni adhibita seueritate ad seruandum hoc mandatum nostrum arccius cogat et conmpellat, Secus itaque facere non presumatis, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in oppido nostro Thata: feria Quinta proxima ante festum beati Demetrij martiris, Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.** – Ugyanott megvan egykoru másolatban II. Lajos királynak ez ügyben ugyanaz nap kelt parancsa Szapolyai János erd. vajdához.

563.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán Segesvár város panaszára, melynek várába a székelyek közelebbi lázadása idején fegyvereket szállított, a várost kiváltságai értelmében a hadi nép beszólása ellen biztosítja. Kelt Segesvárt 1521. márcz. 18-án.

Nos Johannes De Zapolya Comes perpetuus Terre Scepusiensis Wayuoda Transiluanus et Sicularum Comes etc. Memorie commendamus Tenore presencium, significantes quibus expedit vniuersis. Quod prudentes et Circumspecti Michael Kalmar Magister ciuium nec non Michael Hegijes Regius, ac Stephanus por Sedis

Judiciarie Judices, et Christhannus Thakach villicus ceterique Ciues huius Ciuitatis Segeswariensis, In ipsorum ac ceterorum Ciuium et tocius Communitatis eiusdem Ciuitatis nominibus et in personis nostram venientes in presenciam Nobis declarare curauerunt, Qualiter, Ipsi et eorundem omnes progenitores hactenus semper, ex graciosam et speciali Serenissimorum principum et dominorum condam Regum huius Regni Hungarie predecessorum, annuenciam et concessione, inter ceteras Eorundem libertates, tali libertatis priuilegio et prerogatiua vixissent et gauisi fuissent, prout viuere et gaudere optarent modo eciam et deinceps. Quod tam Cuiuslibet aduentus Quoruncunque condam dominorum Waijuodarum parcium istarum Regni Transsiluanarum, predecessorum scilicet nostrorum, ad hanc Ciuitatem Segeswariensem quam alijs quoque temporibus et diebus nulle omnino Gentes, nulleue Comitue, nec vtputa waijuodales, Sed neque aliorum Quorumuis dominorum et Nobilium seu alterius Cuiusuis Status et condicionis hominum, intra muros et Arcem dicte Ciuitatis Segeswariensis, preter ipsorum Ciuium et Incolarum eiusdem Ciuitatis libitum et consensum, condescendendi aut illic hospicium habendi vel occupandi quouismodo potestatis habuissent facultatem, Supplicatum Extitit nobis pro parte et in personis prefatorum Ciuium et tocius communitatis eiusdem Ciuitatis, Quod nos quoque eosdem in huiusmodi libertatis Eorundem priuilegio et prerogatiua inuiolabiliter conseruare et defensare dignemur, Quanquam Nos pridem **tempore nuperrime expeditionis Bellice nostre contra Quosdam Siculos**, qui scilicet nouissimis hijs diebus, in dieta seu conuencione generalj trium generum Siculorum Eisdem per Nos in dominica Inuocauit proxime Transacta in oppido Zekelwassarhel vocato indicta atque celebrata ex eo Quod hijdem certas et Quidem speciales promissiones et, obligaciones ipsorum antea de obseruanda fidelitate et iusticia domino nostro Regi ac Corone eius Sacre, Sed et Regno hoc (igy) et nobis debenda, Fide, Juramento, Honoreque et Humanitate ipsorum confederatas atque firmatas in signum manifeste infidelitatis ipsorum retrorsum ponere ac violare et pedibus pessundare minime erubuerint seu formidauerint, in Notam siue proscriccionem perpetue infidelitatis ordine Juris et Sentencialiter incurrentes primum aduersus Maiestatem Regiam et Coronam eius Sacram, deinde Regnum hoc, postremo vero et vltimo Nos, aduerso

spiritu, Cordeque infidelissimo rebellare, ac Insurgere et arma mouere, demum quoque nobiscum Bellum Inire, concertare, oppugnare, et conflagrare attemptare presumpserunt, nichilominus tamen per nos dei adiutorio debellati et profligati existunt, leuate conflataeque et instaurate prenarrate libertati dictorum Ciuium et inhabitatorum eiusdem Ciuitatis Segeswariensis in Eo (vbi siquidem aliud in hoc nulla via nullaque ratione fieri dinoscebatur) Quod Quibusdam Armigeris et Seruatoribus nostris, (et Id quidem de Consensu et voluntate eorundem Ciuium et Incolarum ad hoc inclinata Factum extitisse nemini dubium sit) intra muros et Arcem prescripte Ciuitatis Segeswariensis hospicia dari et distribui Eisdemque condescendi fecerimus, quodammodo contrauenerimus, Supplicatione tamen Eorundem Ciuium et Incolarum modo quo supra Nobis superinde porrecta, graciose Exaudita et admissa, Eisdem, Nos quoque, inter reliqua libertatis ipsorum prerogatiua, in predeclarata eciam ipsorum libertate, demptis tamen et per expressum Exceptis alijs Expeditionibus et Bellis nostris, similibus premisse Expeditioni nostre pridierne vel maioribus, ex hinc quandocumque instaurari et conflagrari ingruentibus vel euenientibus, durante officio nostri waijuodatus, Saluos et liberos conseruare ac manutenere volentes, Edes domosque et Quaslibet habitaciones Ciuium et Incolarum Intra antefatos muros et Arcem dicte Ciuitatis Segeswariensis residencium, a condesceatu et hospitatu Quarumlibet Gencium et cuiusuis Exercitus, Sub dicione nostra existencium duximus eximendas et supportandas. Immo Eximimus et supportamus presencium per vigorem, Quocirca vobis vniuersis et Singulis Comitibus vel vice Comitibus Quoruncumque Comitatum Item Capitancis Belliductoribus hwzaronibus velitibus, Militibus, Clientibus, Armigeris, Equestribusque et pedestribus nec non Quibuslibet leuatoribus et Sollicitatoribus tam nostrarum quam aliorum quoruncumque Gencium et Exercituum predictarum parcium Regni Transsiluanarum presentibus et futuris presencium noticiam habitus. Harum serie Regia in persona firmissime committimus et mandamus, Quatinus visis presentibus a modo imposterum, condicione tamen et ratione preuia dempta, intra pretactos Muros et Arcem dicte Ciuitatis Segeswariensis, in Edibus scilicet et quibuscumque Habitationibus Ciuium et Incolarum eiusdem Ciuitatis inibi commorancium, Contra Formam prescripte libertatis, ac preter Consensum et

voluntatem ipsorum, aut ipsis inuitis et Nolentibus condescendero vel Hospicium habere nequaquam presummatis nec sitis ausi modo aliquaj Immo si Quiquam vestrum illac condescendisset, mox Cum presentibus fuerit ammonitus, talis mox inde alio se Transferre et recedere debeat et teneatur, Secus nullo modo facturi presentibus perlectis exhibenti restitutus, datum In Ciuitate Segeswariensi predicta Feria secunda proxima post dominicam Judica Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo primo.

Eredetije **Segesvár város levéltárában.**

564.

II. Lajos király megparancsolja Brassó városának, hogy a száműzött Balaskó Jánost és Imrét, kiket a vajda parancsára fogságba vetettek, tiltakozásukkal nem gondolva, szolgáltassák a vajda mint bírójok kezébe. Kelt Kevi mezővárosban 1521. ápr. 7-én.

Commissio propria domini Regis.

Ludouicus dei gracia Rex

Hungarie et Bohemie etc.

Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti. Que nobis ex parte **Joannis et Emerici Blasko proscriptis Siculorum**, per vos nuper ad commissionem Waijwode nostri Transsiluani detentorum scripsistis, intelleximus. Scripserat de Eisdem nobis eciam ipse waijwoda noster, et priusquam litere vestre ad nos pervenissent, quid de illis fieri oporteat, constituimus et decreuimus. Id quod vobis alijsquoque literis nostris, quas prefatus Waijwoda noster ad vos missurus est, significauimus. Quoniam igitur ipse waijwoda noster est illorum iudex. et ab eodem sunt iure mediante proscripti deinde eciam profligati. Ceterum quia ad ipsius commissionem detenti, Propterea fidelitati vestre mandamus. quemadmodum alijsquoque literis prenotatis mandauimus, vt predictos Siculos captos non obstante eorundem protestacione coram vobis facta, Ad manus pre prefati waijwode nostri tradere debeatis. Hoc autem ita fieri iussimus non vt interficiantur sed vt in captiuitate ipsius waijwode tanquam Judicis et Comitibus Siculorum detineantur absque personarum periculo

donec deliberauerimus, quid nobis tandem de illis sit faciendum. Secus igitur facere in premissis non presumatis. Datum in oppido nostro kewij in dominica Quasimodo. Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo Primo.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Magistro Ciuium ac Judici et Juratis Ciuibus et toti consilio Ciuitatis nostre Brassouiensis: Fidelibus nobis Dilectis.

Eredetije papiroson, zárt alakban, pecsét nyomaival, **Brassó város levéltárában.**

565.

II. Lajos király megparancsolja az erdélyi sókamarák ispánjainak, hogy Segesvár városát és székét régi kiváltságaik értelmében a székely só használatában további elhatározásáig tartsák meg. Kelt Budán 1521. decz. 19-én.

Commissio propria domini Regis,

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris, Egregijs Comitibus Camerarum Salium nostrorum Transiluanensium, ipsorumque Vicecamerarijs, et eorum Vices gerentibus, Salutem et gratiam. Fidelis noster, prudens et Circumspectus Michael Cremer, Magister Ciuium Ciuitatis nostre Segeswariensis, suo, ac fidelium nostrorum, Circumspectorum, Judicis, et Juratorum ceterorumque Ciuium, et Incolarum dicte Ciuitatis, ac sedis, et pertinenciarum suarum, nomine, exposuit Maiestati nostre, Qualiter **licuisset ipsis abantiquo semper, et modo quoque liceret, salibus Siculinis impune vti**, et ad huius rei verificationem, Idem Magister Ciuium, binas eciam literas exhibuit, Vnas Serenissimi condam domini Mathie Regis, in pargameno conscriptas, Alias vero paterne Maiestatis, feliciam recordacionum, in simplici papijro emanatas, Supplicans, predictus Magister Ciuium, Maiestati nostre humiliter, in suo et prefatorum fidelium nostrorum personis, vt ipsos nos quoque dignaremur in huiusmodi eorum antiqua libertate et consuetudine graciosae conseruare et conseruari facere. Nos vero volentes prefatos Ciues nostros perinde atque alios subditos nostros, in eorum

Juribus manutenere, Admissa igitur supplicacione, Mandamus fidelitati vestre harum serie firmiter, quatinus, si constiterit, quod predicti Ciues et Incole Ciuitatis nostre Segeswariensis, ac sedis, et pertinentiarum suarum, Salibus Siculinis ab antiquo vsi sunt, vos quoque ipsos, vsque ad vltiorem deliberacionem nostram, secure, et absque omni impedimento atque molestacione, vti, ac frui permittere, et permitti facere modis omnibus debeatis. Secus facere nulla ratione presumatis. Presentibus perlectis exhibenti restititis. Datum Bude Feria Quinta proxima ante festum beati Thome apostoli. Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Primo.

(P. H.)

Eredetije **Segesvár város levéltárában.**

566.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán megparancsolja Alcsernátoni Fejes Eleknek és Felcsernátoni Bartalos Jánosnak, hogy Csernátoni Domokos Mihály ügyében Angyalosi Mózes ellen tartssanak tanuvallatást. Kelt Prásmáron 1522. jul. 1-én.

Johannes de Zapolija Comes perpetuus terre Scepusiensis, Waijuoda Transsiluanus et Sicularum Comes etc. Egregijs et Agilibus Alexio fejes de Alchernad et Johanni Barthalos de felchernad, Salutem et honorem, Exponitur nobis in persona Agilis **Michaelis Damonkos de Chernathon**, quomodo ipse quasdam fassiones ei attestaciones contra Agilem **Moijssem de Angelos**, ratione et petextu certorum negociorum, per nonnullos Nobiles et Ignobiles, sed et alterius cuiusuis status et condicionis homines coram vobis celebrarifacere haberet summe necessarium, Requirimus Igitur vos et nichilominus vobis harum serie Regia in persona firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus termino per prefatum exponentem vobis in preligendo prefatos vniuersos et singulos Nobiles et Ignobiles ac alterius cuiusuis status et condicionis homines, quos prefatus exponens vobis duxerit nominandos, In vestri conuocetis presenciam, Quos et nos sub onere sedecim Marcharum per nos Immediate et Inremissibiliter exigendarum ad Id accersiri Jubemus, eosdemque ad fidem eorum

deo debitam, Qualis ipsis super premissorum ac de Interrogatis constat sew constare poterit veritatis certitudo, suomodo Inquirere et Inuestigare, quam tandem nobis fide vestra christiana mediante referre aut rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Ex oppido Prasmar, In vigilia Visitacionis Marie Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Secundo.

(P. H.)

Eredetiye papiroson, a Domokos család levéltárában.

567.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán a Sebestyén Mózes által Domokos Mihály és Becz Pál ellen a néhai Szép Péter márkosfalvi székely örökségéért folytatott perben hozott ítéletét, mely szerint ezen örökség három negyed részét az alpereseknek, egy negyedét pedig a felperes Sebestyén Mózesnek ítélte, a király törvényszéke elébe fölterjeszti. Kelt Medgyesen 1523. febr. 12-én.

Serenissimo Principi et domino Ludouico dei gracia Regi Hungarie et Bohemie etc. domino suo graciousissimo Johannes de Zapolija comes perpetuus terre Scepusiensis Wayuodaque Maiestatis vestre Transsiluanus, et Sicularum eiusdem Comes etc. Seruienti promptitudinem, perpetua cum fidelitate. Vestra nouerit Serenitas, Quod nobis vnacum nonnullis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus et Siculis, feria quinta proxima ante festum Beati Valentini martiris in Ciuitate Meggijes vocata, celebracione scilicet cuiusdam diete, ad quam presens causa per nos fuerat prorogata, constitutis et existentibus, **Blasius Czijriek de kijllijen**, pro Agile Moise, filio condam Luce Sebesthijen dicti, filij olim domine Katherine, filie similiter condam domine Veronice, filie videlicet condam Jacobi Markos dicti de Markosfalwa, cum procuratorijs literis nostris, in figura nostri Judicij comparendo, presente Ibidem et adherente Joanne Both de Zeplak, qui pro Agilibus **Michaele filio condam Pauli, filij olim dominici Nijwthodij de alchernathon**, et pro **Paulo filio condam Emerici Becz de Zenthkozmademijen, filij olim Thome, filij dicti condam Dominici**, in quem extincto eodem condam Emerico Becz, patre suo,

presens causa fuerat condescensa, coram nobis astabat, contra eosdem proposuit eo modo, Quod quia alias quedam hereditas Siculicalis, in dicta possessione **Markosfalwa, in sede Siculicali Kijzdi**j vocata adiacens, que alias condam Agilis Petri Zeep dicti, siue annotati olim Jacobi Markos patris sui prefuisset, et per prelibatum condam Paulum damokos dictum, in maiori sui parte, a suis progenitore fratribusque occupata, eundem actorem, Jure hereditario atque successorio concerneret, pro quaquidem a plurimis iam annis et temporibus disceptatio cause inter easdem partes suborta, diucius quoque et vsque ad hec tempora ventillata extitisset, quequidem hereditas Siculicalis plerisque vicibus per non venienciam presertim et non comparicionem, siue a facie Juris et Justicie absentacionem, non sine oneribus certorum Bijrsagiorum, ab ipsis in causam attractis prouenire debencium, eidem actori restatuta fuisset, Quam nos paucis ante diebus certis et rationabilibus de causis, a manibus vtriusque partis auferendo, et ad manus fideles atque communes dedissemus et contullissemus, tanquam Jus suum pro se in presenciarum rehabere vellet, et in horum verborum suorum conprobacionem, certas literas nostras euocatorias atque Birsgiales sed et Adiudicatorias per non venienciam dictorum in causam attractorum, vt in plurimum confectas et emanatas, nostrum Iudicium curauit producere in conspectum, ex quarum tenoribus literatorie explicatis, annotatos Michaellem Damokos, et prefatum condam Emericum Becz genitorem dicti Pauli, sed et ex post eosdem Michaellem et Paulum in Quadraginta Marcis, tottidem florenos facientibus, ordine Iudiciario conuictos et agrauatos fuisse, vnde et literas Iudiciales et Adiudicatorias Restitucionalesque emanatas extitisse comperimus seriose, Quo audito prefatus Joannes Both, pro antefato Michaelle Damokos cum procuratorijs, et pro Paulo Becz cum Reuisionalibus literis nostris, Juxta continenciam aliarum literarum nostrarum graciosarum, per modum Noui Iudicij confectarum, et in releuamen responsionis et allegacionis sue a nobis obtentorum, in eandem nostram exurgendo presenciam, et prescripta Birsgia Juxta nostram computacionem Quadraginta florenos vt premittitur faciencia, quo ad porcionem partis aduerse prouenientem persoluendo, precia siquidem literarum Adiudicatoriarum in contrarium eorundem in Iudicio productarum coram Nobis deponendo, sieque vires earun-

dem literarum Sentencionalium aboliendo, respondit ex aduerso, Quod pretacta hereditas Siculicalis per annotatum condam Paulum domokos non potencialiter fuisset ablata, sed quia ex quo Agilis Ladislaus de angijalos, filius condam domine Veronice, filie olim dicti Jacobi Markos, tempore quo quondam Serenissimus princeps olim Mathias Rex, circa annum domini Millesimum Quadringentesimum Septuagesimum primum, condam Stephanum Vaijuodam Moldawijensem rebellem suum inuasisset ¹⁾, contra Maiestatem Suam eidem Waijuode adhesisset, unde et notam infidelitatis incidisset, Maiestas sua, ex gracia sua speciali, pretactam hereditatem Siculicalem condam Michaeli de Nijwthod, necnon prefatis olim Thome et Paulo fratribus suis carnalibus, progenitoribus ipsorum scilicet in causam attractorum, pro fidelibus ipsorum Seruicijs contullisset, Nichilominus vero rebus ita stantibus, dum ceteri fratres generacionales ex eo quia eiuscemodi hereditas per annotatum Ladislaum de Angijalos, ratione siquidem Inuasionis domus atque interempcionis quorundam duorum familiarium dicti quondam Dominici, eidem Dominico ex post collata extilisset, causam exinde suscitassent, extunc prefatus condam Paulus Damokos, cum Agilibus Joanne et Alberto Sebesthijen dictis, filijs vtpote prelibate condam domine Katherine, necnon altero Johanne filio cuiusdam domine, filie dicti olim Jacobi Markos, nunc quoque superstite, ordinatione atque dispositione Agilium condam Anthonij kwn de Maxa, et Petri Mijko de Oltzeme, tanquam arbitratorum per partes Beniuele assumptorum obtemperando, assumtis et ad se receptis Illis Quinquaginta florenis quos ijdem homines arbitri per annotatum condam Paulum Damokos dari et persolui permisissent atque decreuissent, antelatam hereditatem Siculicalem eidem condam Paulo Damokos, oneribus fratrum et consanguineorum suorum assumptis contulissent, et in horum verborum suorum comprobacionem quasdam literas olim Magnifici domini Bartholomei Dragfij de Belthewk, alias similiter Waijaode Transsiluaniensis, et Siculorum Comitum, in pappiro patenter confectas, Sigilloque suo in inferiori margine consignatas, nostrum Judicarium producere curauit in conspectum, quarum tenor talis est. Nos Bartholomeus Dragfij de Belthewk *stb.* (Lásd: 1497 *évre*). Quibus exhibitis et presentatis procuratores

¹⁾ Mátyás király hadjárata István moldvai vajda ellen 1476-ban történt.

parcium nullo ampliori documento eorum allegata comprobando, sed eisdem partibus per nos in premissis Judicium et Justiciam Justiceque complementum postularunt elargiri, Verum licet pretacta hereditas Siculicalis pretali olim Jacobi Markos sed et Petri Zeep filij eiusdem prefuisse et per consequens per viam generacionis condescendo annotatum Moijsen actorem in certa sui parte concernere videretur, Tamen quia obeunte prefato Petro Zeep eadem hereditas in prefatum condam Ladislaum Angyalosij condescensa, sicuti ex tenore literarum dicti condam Bartholomei dragfij Waijuode, ad fassionem prefatorum anthonij kwn et Petri Mijko confectarum edocebamur, pro Inuasionem domus atque interempcione quorundam duorum Seruitorum prefati condam Dominici per ipsum condam Ladislaum patrata data fuisset et collata, demum vero premissa compositione per annotatos condam Joannem et Albertum fratres carnales dicti condam Luce Sebesthijen genitoris ipsius actoris, atque Johannem de chernathon, pronunc superstitem, ad quem scilicet directa medietas ipsius hereditatis Juxta viam generacionis spectabat, interueniente, ijdem nulla aliquali Sentencia innodati, sub premissis oneribus fratrum et consanguineorum suorum non quidem nominatorum assumptis leuatis et ad se receptis dictis florenis Quinquaginta antelatam hereditatem memorato condam Paulo damokos modo preuio contulisse, sicque prescriptam porcionem dicti olim Ladislai Angijalosij, qui vtputa directam medietatem alterius partis percipere debuisset, pro pretacta Inuasionem domus atque interempcione dictorum Seruitorum annotati condam do minicij vt dicebatur quodam modo alienatam, non potencialiter (occupauis)se, sed eandem quoad eiuscemodi partes bono Jure possedisse, antelata siquidem hereditas Siculicalis in dicta possessione Markosfalwa existens ad manus prelibati condam Pauli Damokos pro Inuasionem domus atque interempcione dictorum Seruitorum suorum, tandem vti dicebatur, deuenta, quia annotatum Joannem de chernathon superstitem quoad directam medietatem dicte hereditatis concerneret, pretactam compositionem eciam in preiudicium dicti Moijsis actoris facere potuisse, prefatos vero Joannem et Alberthum fratres carnales prelibati condam Luce genitoris dicti Moijsis actoris, quoad medietatem alterius medietatis eiusdem hereditatis concernentem, ex eo quia ipsa eadem hereditas prefatum Moijsen actorem eo Jure, quo dictum condam

Lucam genitorem suum concerneret, perceptis etiam dictis Quinquaginta florenis, quoad partem ipsorum cedentibus, sed et assumptis premissis oneribus, non tamen nominaliter expressatis, vbi et ijdem Johannes et Alberthus aliqua Sententia Irretiti non fuissent, in derogamen Jurium dicti Moijsis actoris minime facere potuisse, ex premissis reperiebatur manifeste, et ob hoc etiam si premissa Regia collatio per premissam notam Infidelitatis facta non fuisset, causam eiuscemodi altera compositione per fratres generacionales celebrata intercepisse dinoscebatur, eadem hereditas Siculicalis, quoad mediam partem, porcionem vtputa prelibati Joannis de chernathon superuiuentis, pure et simpliciter apud manus dictorum Michaelis et Pauli in causam attractorum permitti, demum vero quarta pars residue medietatis quoad porciones prefatorum condam Joannis et Alberthi Sebesthijen fratrum carnalium dicti olim Luce genitoris dicti actoris post prelibatam condam dominam katherinam sororem carnalem dicti olim Ladislai Angijalosij, ipso eodem condam Ladislao porcionem suam premissa modo pro suis delictis in prefatum condam Dominicum transferente, cedens, ex eo quod licet prefati Joannes et Alberthus compositionem premissam pro se quidem facere potuissent, porciones tamen eiuscemodi ipsos vtputa equali Jure generacionis concernentes, a prefato actore alienare non valuissent, persolutis vigintiquinque florenis per eosdem Joannem et Alberthum modo premissa ad ipsorum porciones leuatis annotato Moijsi actori dari et assignari committique debere nobis ac prefatis Regni Nobilibus nobiscum In iudicio et examine presentis cause consedentibus, perspicue agnoscebatur, De quorum consilio prematuro dum nos antelatam hereditatem Siculicalem quoad directam et equalem medietatem, sed et alteram similiter medietatem alterius medietatis, annotatis Michaeli Damokos et Paulo Becz, in causam attractis, residuam vero partem, directam vtputa quartam partem hereditatis premissae Juxta lineam generacionis dicti Moijsis actoris, modo premissa relinquere dareque, et vnicuique parcium porciones suas Jure ipsis incumbente restatuere voluissemus, tunc prefatus Blasius Czerijek legitimus procurator dicti Moisis actoris in persona eiusdem super huiusmodi Iudicio nostro non contentus, causam predeclaratam simulcum premissa Serie nostre Judiciarie deliberacionis in curiam consequenterque presenciam solius Maiestatis Vestre per nos

transmitti postulavit, Quam nos cum predeclarata ipsius nosre Judiciarie deliberacionis serie, pro maturiore et euidenciore eiusdem discussione in curiam consequenterque presenciam et examen solius Maiestatis Vestre, ad Tricesimum secundum diem diei premisse examinis nostri duximus transmittendam, committentes partibus predictis vt seriem deliberacionis Serenitatis Vestre in literis suis ad vigesimum diem a die huiusmodi deliberacionis sue Regie computandum nobis reportare teneantur. Datum loco et termino in prenotatis, Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Tercio.

Báthori István nádor 1523. márt. 19-én kelt ítéletleveléből.

568.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán Domokos Mihálynak és Becz Pálnak Angyalosi Mózes ellen perujitást enged. Kelt Medgyesen 1523. febr. 12-én.

Johannes de Zapolija, Comes perpetuus terre Scepusiensis Wayuodaque Transsiluanus et Sicularum Comes ac Capitaneus generalis Regie Maiestatis etc. Agili **Moisi de Angelos**, fauorem. Exponitur Nobis In personis Nobilium **Michaelis damokos de alchernathon**, et **Pauli Becz de Zenthkozdemijen** (*igy*), Qualiter antea in quadam causa, inter te ab vna, ac ipsos exponentes partibus ex altera, racione et pretextu quorundam bonorum, Juriumque et hereditatum Siculicalium, coram Nobis, in Sede nostra Judicaria mota ac vertente et adiudicata, ex eo quod hijdem exponentes ob ipsorum certos defectus et maioribus eorundem negocijs necessario occupati, direccioni et prosequocioni cause ipsorum Interesse debitoque modo, vt debuissent, attendere et Inuigilare nesciissent, nec procuratorem ipsorum mittere potuissent, facto exinde processu Juribus ipsorum Judicium factum fuisset valde nociuum, dum tamen si ipsi exponentes direccioni et defensionem cause eorundem eiuscemodi Interesse ac superintendere sciissent, procuratoremque ipsorum mit tere potuissent, sperassent se et causam ipsorum huiuscemodi contra te bono Jure facillime defendere potuisse, posseque sperarent eciam de presenti, Supplicatum extitit Nobis, pro parte ipsorum exponencium, vt eisdem circa premissa de Juris remedio oportuno ac gracia Noui

Judicij prouidere dignaremur graciose. Nos Igitur, qui ex debito suscepti huius officij nostri, ac auctoritate Regia qua fungimur, et Justicia mediante, vniuersos casus nociuos et improuisos quorumlibet Incolarum harum partium Transsiluanarum presertim in processu Judiciario contingentes In melius reformare soliti sumus, et ad hoc de Regni quoque admittimur bona consuetudine, premissa supplicatione dictorum exponencium exaudita, eisdem Id graciose duximus annuendum et concedendum, vt Ipsi, non obstante priore adiudicatione ac singulis processibus, causa in predicta qualitercunque factis atque sequutis, causa in eadem coram Nobis Nouum Judicium recipere, omnesque rationes, allegaciones, responsionesque et excepciones in omnium defensionem Jurium ipsorum necessarias facere, sed et omnia que de Jure agenda sunt, libere agere valeant atque possint, Immo annuimus et concedimus presencium per vigorem. Quocirca requirimus te, nichilominusque tibi harum serie, Regia in persona, firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus, die hodierna, causa in premissa, contra prefatos exponentes, Nouum Judicium nouamque Juris reuisionem, ac finalem deliberacionem recepturus, coram Nobis comparere, hasque adiudicatorias vel alias quascunque cause huiusmodi In processibus vtrinque confectas et emanatas, In Judicium producere debeas. Secus non facturum, presentibus perlectis exhibenti restitutum. Datum in Ciuitate Meggijes, feria quinta proxima ante festum Beatj Valentini Martiris Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo tercio.

Commissio propria domini Comitum et Waijuodo.

(P. H.)

Eredetiye papiroson, a Domokos család levéltárában.

569.

Báthori István nádor s királyi helytartó Angyalosi Mózesnek Domokos Mihály és Becz Pál ellen folytatott perében ítéletet hozván, a néhai Szép Péter márkosfalvi székelj örökségét egészen a felperes részére ítéli. Kelt Budán 1523. márcz. 19-én.

Nos Stephanus de Bathor, Regni Hungarie Palatinus, et Judex comanorum, ac Comes Themesijensis, Serenissimique Principis et

domini, domini Ludouici dei gracia Regis Hungarie et Bohemic etc. domini nostri graciousissimi, Inpresenciarum in ausencia sue Maiestatis locumtenens, Damus pro memoria, Quod Nobis feria quinta proxima post dominicam Letare proxime transactam, vnacum nonnullis dominis prelatibus Baronibus Magistrisque Prothonotarijs et Regni Nobilibus, Sedis scilicet nostre Judiciarie iuratis assessoribus hic Bwde pro faciendo moderatiuo Judicio causancium in eadem Sede nostra Judiciaria consedentibus, Gregorius Litteratus de Mijkola, pro Agile **Moiyse de Angelos, filio condam Luce Sebesthijen** dicti filij olim domine katherine, filie condam domine Veronice, filie olim Jacobi Markos dicti de Markosfalwa, cum nostris ab vna, ac Joannes litteratus de Thorda, pro Agilibus **Michaele domokos dicto filio condam Pauli filij olim dominici Nijwthodij de Alchernathon**, similiter cum nostris litteris procuratorijs, et pro **Paulo filio condam Emerici Becz de Zenthkozmademijen**, in quem mortuo eodem condam Emerico Becz patre suo, presens causa fuisset condescensa, cum Reuisionalibus Spectabilis et Magnifici domini Joannis de Zapolija, Comitis perpetui terre Scepusiensis, ac Waijuode Transsiluani et Sicularum Comitis, literis, partibus ab alia, Juxta continenciam literarum eiusdem domini Johannis de Zapolija, Comitis et Waijuode, adiudicatoriarum, pariter et transmissionalium, in figura nostri veluti locumtenentis et personam solius Maiestatis prefati domini nostri Regis in hac ausencia Sue Maiestatis representantis, Judicij comparendo, easdem literas prefati domini Joannis de Zapolija, Comitis et Waijuode adiudicatorias pariter et transmissionales, in pappiro clause confectas et emanatas, vtrinque nobis presentarunt hunc tenorem continentes, Serenissimo Principi et domino domino Ludouico stb. (*Lásd: 1523. febr. 12. 567. sz. a.*) Quibus quidem literis prefati domini Comitis et Waijuode adiudicatorijs pariter et transmissionalibus per procuratores parcium predictarum coram nobis in ipsa sede nostra Judiciaria modo superius declarato exhibilis et presentatis, tenoribusque et continencijs earundem perlectis intellectisque et digeste ruminatis, ijdem procuratores parcium predictarum suis partibus per nos in premissis discussionem et finalem deliberacionem debiteque Justice complementum postularunt elargiri. Sane licet quemadmodum ex seriebus et continencijs prescriptarum literarum annotati domini Joannis de Zapolija Comitis et Waijuode ad Ju-

dicatoriarum pariter et transmissionalium informabamur, prenotatus Joannes Both, legitimus procurator prefatorum Michaelis Damokos et Pauli Becz in causam attractorum, in personis eorundem antelatam hereditatem Siculicalem per prememoratum condam Paulum damokos potencialiter minime occupatam fuisse, sed per prefatum condam dominum Mathiam Regim felicis memorie, tum per premissam notam infidelitatis annotati condam Ladislai de Angijalos, quam in Adhesionem sua condam Stephano alias Waijuode Moldawijensi, contra Majestatem suam facta incurrisse diceretur, prelibatis Michaeli de Nijwthod, necnon Paulo et Thome fratribus suis carnalibus progenitoribus scilicet ipsorum in causam attractorum, temeraria pro inuasionem domus atque interempcione pretactorum duorum familiarum dicti condam dominici Nijwthodij, eidem Dominico Nijwthodij donatam extitisse, et nichilominus premissa denique compositione mediante per predictos Joannem et Alberthum Sebesthijen dictos filios vtputa prelibate condam domine Katherine, necnon alterum Joannem, filium dicte domine filie pretacti olim Jacobi Markos nunc quoque superstitem, oneribus cunctorum fratrum suorum in se vt premittitur leuatis, annotato Paulo Damokos, habita solucione prescriptorum Quinquaginta florenorum In perpetuum collatam fuisse modo premissa aliegauerit, et huiusmodi allegacionem suam exhibicione preinsertarum literarum Iamfati condam domini Bartholomei Dragfij ad simplicem duntaxat relacionem predictorum arbitratorum emanatarum comprobare pretenderit, prenominatus siquidem dominus Joannes de Zapolija Comes et Waijuoda antedictam hereditatem Siculicalem quoad directas tres partes siue porciones tum vigore premissae Regie collacionis pro predicta Inuasionem domus atque interempcione dictorum duorum seruatorum ipsius condam Dominici vt dicitur facte (igy), tum eciam virtute premissae compositionis ex racionibus et causis superius in tenore preinsertarum literarum adiudicatoriarum pariter et transmissionalium clarius et limpide declaratis, annotatis Michaeli damokos et Paulo Becz in causam attractis, directam vero et equalem quartam partem eiusdem hereditatis Juxta lineam premissae generacionis Iamfato Moijsi actori cum restitutione prescriptorum viginti quinque florenorum adiudicauerit Tamen quia prenarrata hereditas Siculicalis litigiosa in prescripta possessione Markosfalwa, in sede Siculicali Kijzdij adiacens, annotati condam Jacobi Markos,

sed et Petri Zeep, filij eiusdem absque heredibus decessi prefuisse, Quiquidem Jacobus Markos duas filias, vnam videlicet que predictum Joannem nunc quoque superstitem genuisset, et alteram Veronicam habuisse, quequidem Veronica prelibatam dominam Katherinam matrem antedictorum Luce patris ipsius Moijsi actoris, ac Joannis et Alberthi Sebesthijen, et prefatum condam Ladislaum de Angijalos procreasse, ex eoque Juxta huiusmodi genelogie specificacionem quarta tantummodo pars sew porcio premissa hereditatis Siculicalis annotati condam Jacobi Markos sed et Petri Zeep filij eiusdem in prenotatum Ladislaum de Angijalos condescendisse, dato quod Idem Lidislaus angijalosij aliqua nota Infidelitatis offuscatus fuisset, et per hoc premissa Regia collacio modo premissa facta et subsecuta extitisset, nichilominus Idem Ladislaus angyalosij per huiusmodi notam porciones certorum fratrum suorum Juxta Regni consuetudinem amittere minime valuisset, prefati vero Michael Damokos et Paulus Becz in causam attracti huiusmodi Regiam donacionem, sed et statucionem predictae hereditatis, nullo euidenti documento coram antefato domino Johanne comite et Waijuoda verificasse, necque dictus dominus Johannes Comes et Waijuoda eosdem super exhibicione aliquarum literarum donacionalium sed et statutoriarum requisivisse, sed ijdem in causam attracti compositionem duntaxat prenotatam, exhibicione preinsertarum literarum dicti condam domini Bartholomei dragfij alias Waijuode ad simplicem duntaxat fassionem antedictorum arbitrorum emanatarum, que in Judicio exigui vigoris fore censetur, comprobasse, quamquidem compositionem predicti Joannes et Alberthus carnales, et alter Joannes nunc quoque superstes tanquam condiuisionalibus, fratres annotati Luce patris ipsius Moijsi actoris, qui nulla Sentencia vel nota irretiti extitisse dinoscuntur, tam super tribus partibus predictae hereditatis, porcionibus vtputa ipsorum et dicti Luce, quam eiam quarta parte eiusdem, porcione vtputa annotati condam Ladislai Angyalosij, In preiudicium Juris ipsius Luce patris dicti Moijsi actoris de Jure facere minime valuisse perindeque huiusmodi compositio tanquam in preiudicium Juris dicti Luce facta nullius roboris et firmitatis fore ex scribebus et continencijs earundem literarum Jamfati domini Joannis de Zapolija Comitibus et Waijuode adiudicatoriarum pariter et transmissionalium, presentibus superius verbaliter insertarum reperiebantur manifeste,

et ob hoc premissa Judiciaria deliberacio partes inter prefatas causa in premissa vt premittitur facta et celebrata emendari prenotataque hereditas Siculicalis quo ad omnes quattuor partes sew porciones eiusdem simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, totaliter et ex integro memorato Moijsi actori, et suis heredibus vniuersis, pristino Jure eidem incumbente possidenda adiudicari, per prenotatumque dominum Vaijuodam de predictis manibus communibus excipi, eidemque actori restitui et relinqui, nichilominus prescripti Quinquaginta floreni per memoratum condam Paulum Damokos antelatis Joanni nunc quoque superstiti, ac alteri Joanni et Alberto Sebesthijen vt dicitur soluti, per prefatum Moijsen actorem eodemmodo quemadmodum prius per eundem Paulum Damokos solucio eorundem facta extitisset, annotatis Michaeli Damokos et Paulo Becz, in causam attractis, primum et ante omnia restitui, ijdem vero Michael Damokos et Paulus Becz in causam attracti si aliquas literas super premissa donacione vel statucione haberent pro eorum parte confectas et emanatas, quarum vigore aliquid Juris in premissa quarta duntaxat parte premissae hereditatis Siculicalis porcione vtputa annotati Ladislai de Angijalos, se habere separent, Id extra dominium eiusdem hereditatis existendo, statim post restitutionem predictae hereditatis Siculicalis habita solucione predictorum Quinquaginta florenorum fienda a manibus prefati Moijsi actoris coram prefato domino Joanne de Zapolija Comite et Vaijuoda requirere Idemque dominus Comes et Vaijuoda causam huiusmodi in facto vt premissum est tantummodo quarte partis, porcionis vtputa dicti condam Ladislai Angijalosij, in sui presencia reassumendo, Juxta earundem parcium literalia et alia probabilia documenta adiudicare, finaliterque determinare posse et valere, Nobis et prefatis dominis prelatis Baronibus Magistrisque Prothonotarijs et Regni Nobilibus Sedis scilicet nostre Judiciarie Juratis assessoribus Nobiscum In iudicio et examine presentis cause existentibus cernebatur manifeste, racionibus Igitur et causis ex premissis, eorundem etiam dominorum prelatorum Baronum Magistrorumque Prothonotariorum et Regni Nobilium quesito et assumpto superinde consilio et deliberacione prematura, prescriptam Judicariam deliberacionem annotati domini Joannis comitis et Waijuode partes inter prefatas, causa earum in premissa, virtute premissae gratie et Noui Judicij pro parte predi-

ctorum in causam attractorum Impetrate vt premittitur factam emanatam, prescriptamque hereditatem Siculicalem, quoad prescriptas omnes quattuor partes siue porciones eiusdem, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet totaliter et ex integro memorato Moijsi actori suisque heredibus vniuersis, pristino Jure sibi incumbente possidendam adiudicandam, ac habita prius restitutione prescriptorum quinquaginta florenorum in forma prioris solutionis fienda, per prenominatum dominum Johannem Waijuodam de dictis manibus communibus excipi, eidemque actori reddi restituique, et eundem Moijsen actorem in dominium eiusdem collocari, prenominatos vero Michaellem Damokos, et Paulum Becz in causam attractos, Jus ipsorum, si quod vigore aliquarum literarum donacionalium sed et statutoriarum super premissa donacione confectarum, in predicta duntaxat quarta parte premissae hereditatis Siculicalis, porcione videlicet iamfati Ladislai de Angijalos, qui vt premissum est, premissam notam incurrisse dicitur, se habere sperarent, extra dominium eiusdem existendo, a manibus iamfati Moijsi actoris, in presencia predicti domini Comitis et Waijuode requirere, moxque habita premissa restitutione predictae hereditatis eundem dominum Comitem et Waijuodam causam huiusmodi in facto vt premissum est predictae quarte partis, porcionis vtpote iamfati Ladislai angijalosij, in sui presenciam reassumpendam, iuxta earundem parcium literalia et alia probabilia documenta adiudicare, finaliterque determinare posse et debere decernentes, causam premissam pro perfeccione et finali eiusdem execucione faciendam, in presenciam prefati domini Johannis de Zapolija, Waijuode Transsiluani et Siculorum Comitis duximus remittendam. Datum Bude, Nono die termini prenotati, Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Tercio. In fine vero earundem literarum renissionalium in margine hec duo manuscripta continentur. Presentata et extradata per me Magistrum Johannem Ell . . . prothonotarium, Item, Coram me Magistro Stephano Hwzthij Prothonotario.

Majlád István erd. vajda 1538. május 18-dikán kelt, hiteles átiratából.

570.

Lövétei Nagy Jakab a maga lövétei házát és székelj örökségét Kornis Miklósnak 16 forintért zálogba veti. Kelt Homoród-Szentmártonban 1523. május 30-án.

Universis et singulis presentes literas sive publicum instrumentum privilegii visuris, lecturis pariter et auditoris Anthonius presbyter de Kanyad **plebanus de Senthmarthon**¹⁾ Albensis diocesis Transsylvanie apostolica autoritate notarius publicus viceque comes palatinus salutem in domino. Memorie commendamus quibuslibet, quod cum pridem videlicet felici anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo vigesimo tercio, indicione undecima, penultima die mensis Maji, hora decima vel quasi, pontificatus siquidem sanctissimi in Christo patris et domini domini Clementis pape septimi pontificatus eiusdem anno primo, in mei tesciumque infrascriptorum presencia personaliter constitutus **agilis Jacobus Nagy de Lewethee**²⁾ oneribus et quemlibet (igy) gravaminibus cunctorum fratrum et consanguineorum in se assumendo sponte maturaque sua deliberatione fassus est in hunc modum, quod ipse pro quibusdam certis suis causis et ardua nimis necessitate coactus domum suam semel et molendinum ac universas hereditates ipsum a iure hereditario concernentes quovis vocabulo nominatas egregio domino **Nicolao Kornis** in florenos XVI dedisset et perpetuasset, imo coram nobis prefatis dedit, perpetuavit tenendam, possidendam pariter et habendam in filios filiorum, ea tamen condicione, ut dum et quando consanguinei eiusdem Jacobi Nagy pretacti universas hereditates ipsismet appropriare volentes (igy) prenominatas, extunc ab egregio domino Nicolao Kornis prefato in florenos sedecim redimere et rehabere queant et valeant. Super quibus ego notarius infrascriptus requisitus confeci unum publicum instrumentum ex officio mei tabellionatus iusticia suadente. Acta sunt autem hec et facta anno indicione, mense, die, hora, loco et pontificatu, quibus supra, presentibus ibidem agilibus Blasio Biro de senthmarthon et Benedicto Hannjagh de eadem Senthmarton, aliisque testibus ad id vocatis.

¹⁾ **Homoród-Szentmárton** Udvarhely széken.

²⁾ **Lövéte** Udvarhely széken.

Et ego Anthonius presbyter de Kanyad natus
Johannis Behne Albensis diocesis apostolica
autoritate notarius et tabellio iuratus, dum
sicut premissa agerentur presens interfui,
eaque omnia sic fieri vidi et audivi, ideo hoc
presens publicum instrumentum manu pro-
pria exinde confeci et in hanc formam pu-
blicam redegi, signo quoque et nomine meis
solitis consignavi in fidem et testimonium
singulorum premissorum ad id rogatus et
requisitus.

Eredetije hártján a gyulafejevári káptalan levéltárából az **országos levéltárban**. (Dl. 30557.)

571.

*II. Lajos király Domokos Mihálynak és Becz Pálnak a nádor által
ítéllettel befejezett perében Angyalosi Mihály ellen perujítást enge-
délyez. Kelt Budán 1523. jun. 25-én.*

Commissio propria domini Regis

Ludouicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fideli
nostro Spectabili ac Magnifico domino Johanni de Zapolija Comiti
perpetuo Terre Scepusiensis Wayuodeque nostro Transsiluanensi et
Siculorum nostrorum Comiti salutem et gratiam. Expositum est
Maiestati nostre In personis fidelium nostrorum Agilium **Michaelis
Damokos de Alchernathon, et Pauli Becz de Zenthkozmademijen,**
Quod cum feria quinta proxima ante festum beati Valentini Martiris
proxime preteritum, ad quem scilicet terminum presens causa per
vos fuerat prorogata, In Ciuitate nostra Meggijes vocata, In celebra-
tione cuiusdam diete, quedam causa Inter Agilem **Moijsen de An-
gelos** vt Actorem ab vna, ac ipsos exponentes veluti In Causam
Attractos ab alia partibus, racione et pretextu cuiusdam hereditatis
Siculicalis In possessione Markosfalwa appellata, In Sede Kijzdij
existente habite primum coram vobis mota, et per vos adiudicata,
ac demum via appellacionis In Curiam Nostram Regiam deducta,
Ibique adueniente pariter et pretereunte Tricesimo secundo die pre-

scripte ferie quinte proxime ante dictum festum Beati Valentini Martiris vt prefertur transactum, per Magnificum Stephanum de Bathor, tunc Palatinum predicti Regni nostri Hungarie et In absentia nostra locumtenentem nostrum (licet reluctante procuratore prefatorum exponencium, ex quo causa ipsa precise solius nostre Maiestatis in presenciam transmissa extitisset) Bude ex nouo reuisa atque adiudicata, et pro eius perfeccione ac finali conclusione rursus vestri in presenciam remissa fuisset, Tunc In examine eiusdem cause ex quo procurator ipsorum exponencium ex quadam negligencia et Inaduertencia, ac Impericia sua, non eo prout debuisset modo causa in prenotata processisset, certasque rationes et allegaciones ac excepciones Quas in robur et releuamen cause predictorum exponencium dicere facereque et In medium proponere debuisset, declarare penitus obmisisset, ipsis exponentibus nociuum quoddam factum fuisset Iudicium, In eorundem exponencium preiudicium et dampnum manifestum, Cum tamen si prefatus procurator prenotatorum exponencium eo prout debuisset modo processisset, ac tempore discussionis eiusdem cause pretactas rationes allegaciones et responsiones dicere facereque et in medium proferre non obmisisset, sperassent se ijdem exponentes et causam eorum prescriptam ab alterius partis Impetitione de facili tueri potuisse, prout posse sperarent eciam de presenti, Supplicatum Itaque extitit Maiestati nostre In personis annotatorum exponencium vt ipsis circa premissa de Juris remedio prouidere dignaremur opportuno. Et quia nos qui ex suscepti nostri Regiminis officio cunctorum subditorum nostrorum casus nociuos et defectus, et potissime In processibus Juridicis contingentes, per remedia opportuna restaurare soliti sumus, accepta supplicatione pro parte antefatorum exponencium nobis propterea porrectam (igy) eisdem exponentibus de gracia Regia et Maiestatis nostre gracia plenitudine, Id duximus annuendum et concedendum, vt ipsi exponentes, non obstantibus quibusuis processibus causa parcium in prescripta hactenus qualitercunque sequutis, non obstantibus eciam quibuscunque litteris adiudicatorijs exinde Jam forsitan emanatis, causa In eadem Nouum Iudicium recipere, rationesque et allegaciones obmissas dicere et In medium proterre, litterasque exhiberi casu neglectas producere, procuratorem eciam si necesse fuerit reuocare, ac alia omnia que Juris et Justice sunt

dicere, facere atque declarare valeant atque possint, Immo annuimus et concedimus presencium per vigorem. Quocirca fidelitatem vestram hortamur et nichilominus vobis harum serie firmiter precipientes mandamus, quatinus acceptis presentibus, In vno certo et breui termino per vos ipsis partibus prefigendo partes prenotatas In vestri presenciam convocare, Ibique non obstante priori vestra et dicti Stephani de Bathor alias palatini adiudicacione ac processibus in causa premissa partes Inter prenotatas, quandocunque et quociescunque, ac qualitercunque facta, et sequutis, auditis earundem parcium nouis propositionibus, allegacionibusque, et responsis admissis eciam, et ex nouo quibuslibet probabilibus documentis et testimonijs acceptis, causam parcium predeclaratam secundum deum et eius Justiciam de nouo reuidere, discutereque et adiudicare, et si qua parcium ipsarum super huiusmodi vestro forsitan Iudicio nouo contentari noluerit, extunc vos causam eandem simulcum tota serie ipsius vestre adiudicacionis, cunctisque processibus exinde sequutis et sequendis, In dictam Curiam nostram Regiam, solius scilicet nostre Maiestatis in presenciam, ad terminum per litteras vestras Iphis partibus prefigendum transmitters debeatis maturius reuidendam, pariter et concludendam. Et secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Bude in festo Beatorum Viti et Modesti Martirum, Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo Tercio.

(P. H)

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

573.

Héderfáji Barlabási Lenért erd. alvajda és székely alispán Angyalosi Mózes Domokos Mihály és Becs Pál megújított perében a vajda törvényszéke elébe idézi. Kelt Héderfáján 1523. aug. 10-én.

Leonardus Barlabassij de Hederfaija, Vicewayuoda Transsiluanus et Siculorum Vicecomes etc. Agili **Moijsi de Angelos**, Salutem cum honore. Noueris Quod Agilis **Michael de Alchernathon**, in sua ac Agilis **Pauli Becz de Zenthkozmademijen** nominibus et personis, nostrum veniendo in presenciam, exhibuit Nobis quasdam litteras

Regie Maiestatis graciosas, per modum Noui Judicij confectas, pro parte eorundem Michaelis Damokos et Pauli Becz emanatas, In quibus contineri vidimus, Qualiter Sua Regia Maiestas Spectabili et Magnifico domino Johanni Comiti et Waijuode etc. domino nostro graciosissimo, commisisset et mandasset, vt ipse causam, inter te vt actorem ab vna, ac prelibatos Michaellem et Paulum velut in causam attractos partibus ab altera, racione et pretextu cuiusdam hereditatis Siculicalis in possessone Markosfalwa appellata, in sede Kijzdij existente habite vertentem et habitam, de nouo et ex nouo reuidere et adiudicare debeat, Requirimus igitur te et nichilominus tibi harum serie in persona prefati domini nostri graciosissimi firmiter committimus, Quatinus agnitis presentibus, vigesimo die felicitis ingressus eiusdem domini nostri graciosissimi ad has partes Transsiluanas quamprimum fiende, coram sua Spectabili Magnificencia modis omnibus comparere debeas et tenearis causa in premissa, ab eodem Nouum Iudicium debiteque Iusticie complementum recepturus. Secus non facturus, presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in possessione nostra Hederfaija predicta, In festo Beati Laurentij Martiris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo tercio.

(P. H.)

Lecta.

Eredetiye papiroson, a Domokos család levéltárában.

573.

II. Lajos megparancsolja a gy.-fehérvári káptalannak, hogy Budai Polyák Pált igtassa be a magtalanul elhalt Hidvégi Nemes Miklós-nak a koronára szállott hidvégi részjóságába. Kelt Budán 1524. ápr. 23-án.

Ludovicus dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Albensis Transsylvanie salutem et gratiam. Cum nos attentis et consideratis fidelitate ac serviciis fidelis nostri egregii **Pauli Polyak de Buda**, per eum sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate, cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, totalem porcionem possessionariam **in possessione Hydweg**

vocata, in partibus transsylvanis, districtu videlicet terre Barcza vocate, ad sedem sicularum nostrorum Sepsy appellatam pertinente existentem habitam, aliaque universa bona, possessiones, predia porcionisque et quelibet iura possessionaria tam in dicto districtu videlicet terre Barcza, quam eciam alias ubivis in dictis partibus transsylvanis existentes et habita, que nobilis condam **Nicolai Nemes de dicta Hydweg** prefuissent, sed per mortem et defectum seminis eiusdem ad nos, consequenterque collacionem nostram regiam, iuxta antiquam et approbatam dicti regni nostri Hungarie consuetudinem atque legem, rite et legitime devoluta esse perhibentur et redacta; item totum et omne ius nostrum regium, si quod in prescriptis porcione possessionaria in dicta possessione Hydweg existente aliisque universis bonis, possessionibus, prediis, porcionibus et quibuslibet iuribus possessionariis dicti condam Nicolai Nemes tam in dicto (districtu terre Barcza), ad dictam sedem sicularum nostrorum ut prefertur Sepsy pertinente, quam eciam alias ubivis in partibus transsylvanis habitis haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, simulcum cunctis suis ulilitatibus et pertinenciis quibuslibet, sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissis sicut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Paulo Polyak, suisque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium superinde confectarum imperpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium eiusdem et eorundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente **Johannes Maylath de Zwnyogzeg**, aut **Franciscus Nemes de Hydweg**, vel **Johannes Myko de Othzeme** aliis absentibus homo noster ad facies predictae possessionis Hydweg, consequenterque antedictae totalis porcionis dicti condam Nicolai Nemes possessionarie in eadem habite, item prescriptorum aliorum universorum bonorum, possessionum, prediorum, porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum iamfati condam Nicolai Nemes tam in dicto districtu terre Barcza, quam eciam partibus transsylvanis ubivis existencium et habitorum, vicinis et commetaneis eiusdem et eorundem uniuersis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Paulum Polyak

in dominium eiusdem et eorundem ac dicti iuris nostri regii in eadem et eisdem habiti, statuatque eandem, eademque et idem eidem ipsiusque heredibus et posteritatibus universis simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisse nostre donacionis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Paulum Polyak ad terminum competentem in presenciam domini waywode transsylvanensis rationem contradiccionis eorum reddituros, et posthec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et conmetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem waywode nostro transsylvanensi suo modo fideliter rescribatis. Datum Bude, in festo beati Adalberti episcopi anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quarto, regnorum nostrorum predictorum anno nono.

Kivül: Fidelibus nostris capitulo ecclesie Albensis transsylvane, pro egregio Paulo Polyak de Buda introductoria et statutoria.

Eredetije papiroson, záró pecsét nyomaival, a gy. fejevári káptalan levéltárából az országos levéltárban (DI. 31044. sz.).

574.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán az Angyalosi Mózes perét Domokos Mihály és Becz Pál ellen, a felek megegyezésével, az Erdélyben legközelebb tartandó országgyűlésre halasztja. Kelt Szászvároson 1524. július 1-én.

Nos Johannes de Zapolija Comes perpetuus Terre Scepusiensis Waijuodaque Transsiluanus et Siculorum Comes etc. Damus pro memoria Quod Nos causam Illam Que inter Agiles **Moijsen de Angijalos** ab vna ac **Michaelem Domokos de Alcharnathon**, necnon **Paulum Thomam et franciscum filios condam Emerici Becze de Zenthkozmademijen**, partibus ab altera racione et pretextu quorundam Jurium Siculicalium vigesimo die presentis felicis nostri ingressus coram nobis verti debebat, de ambarum parcium pari voluntate statu in eodem, in quo nunc existit, ad Generalem Congregationem vniuersitatis dominorum Regni Nobilium parcium istarum

Transsiluanarum, post reditum nostrum rursus ad has partes Transsiluanas, post diem datarum presencium fiendum primitus celebrandam prorogandam duximus et differendam, prout differimus et prorogamus testimonio presencium mediante. Datura In opido Zazwaros in vigilia festi visitacionis Virginis gloriose Anno domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo quarto.

(P. H.)

Lecta.

Hátára jegyezve: Causa ista prorogata est ad primam congregationem domini wayuode.

1525. In dieta profesto Circumcisionis domini Thorde celebrata prorogata est causa intrascripta instar aliarum causarum Siculicalium.

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

575.

A gy. fehérvári káptalan jelenti II. Lajos királynak, hogy midőn Budai Polyák Pált a magtalanul elhalt Hidvégi Nemes Miklós hidvégi részjóságába be akarta igtatni, a Hidvégi Mikó család több tagja ellene mondott a beigtatásnak. Kelt 1524. aug. 26-án.

Spectabili et, magnifico domino Johanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepusiensis waywodeque transsylvano et siculorum comiti etc. domino et amico ipsorum honorando capitulum ecclesie Albensis Transsylvanie amiciciam paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia, nos literas serenissimi principis et domini domini Ludovici dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri naturalis graciosissimi introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes et directas summa cum reverencia recepisse in hec verba: Ludovicus etc. (*lásd fõntebb 573. sz. a.*). Nos igitur mandatis eiusdem serenissimi domini nostri regis per omnia ut tenemur obedire cupientes unacum prefato **Francisco Nemes de Hydwegh** homine suo regio nostrum hominem videlicet discretum magistrum Ambrosium rectorem altaris beati Martini episcopi et confessoris in hac ecclesia nostra predicta fundati ad premissam introduccionem et stationem suo modo fideliter peragendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi pariformiter nobis retulerunt eo modo, quomodo ipsi in festo ad

Vincula beati Petri apostoli noviter preterito ad facies dicte possessionis **Hydwegh**, consequenterque antefate totalis porcionis possessionarie dieti quondam Nicolai Nemes possessione in eadem habite prescriptorumque aliorum universorum bonorum et iurium quorumlibet possessionariorum vicinis et commetaneis eiusdem et eorundem universis et signanter nobilibus Johanne Maylad de Zwnyogzegh et Michaelae Nemes inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum idem homo regius dicto nostro testimonio presente annotatum **Paulum Polyak** in dominium eiusdem et eorundem ac dicti iuris regii in eadem et eisdem habiti introducere eandemque necnon eadem et idem eidem ipsiusque heredibus et posteritatibus uniwersis eiusdem et eorundem utilitatibus pmissse donacionis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam statuere et comittere voluissent, tunc ibidem ac die in eodem nobilis **Anthonius Myko de prefata Hydwegh** personaliter comparens nominibus et in personis nobilium Laurencii, Johannis et Francisci filiorum suorum, necnon providi Georgius Gewry in prefata Hydwegh commorans index nobilis **Petri Myko de eadem Hydwegh** nomine scilicet et in persona eiusdem Petri Myko domini sui item Simon Kysmyhaly in dicta Hydwegh residens iudex (nobilis **Johannis**) *) **Myko de Olczeme** in eiusdem tanquam Petri filii ipsius nominibus et in (personis cum contradiccionis) velamine obviassent; ob cuius contradiccionis inhibitionem idem homo r(egius) ibidem et eodem die prelibatos Laurencium, Johannem, Franciscum, Petrum Myko (et Johannem similiter Miko necnon Pe)trum filium eiusdem dictis contradictoribus palam audiendo contra annotatum Paulum Polyak et heredes ipsius ad octavas (festi Epiphaniarum domini nunc venturas) eiusdem vestre magnificencie evocasset in presenciam racionem (contradiccionis eorundem reddituros efficacem) . . . , extunc ibidem preter dictos Laurencium, Johannem ac alios prefatos nullo omnino Contradictore (apparente) intraduccioni et statucioni prenotate nobil(is) , nobilium **Petri Kalnoky** de **Arapathaka** nominibus et in personis ipsiusque heredes et posteritates ad prescriptas octavas dicti festi Epiphaniarum domini nunc venturas eiusdem vestre magnificencie

*) E nevet ugyanezen oklevél hátán levő káptalani jegyzésből – mint a mely az ellenmondásról szól, – pótoltam, valamint a homo regius nevét is.

evocavimus in presenciam rationem contradiccionis eorundem red-
dituros; seriem autem premissorum ut expediens fore videbatur,
eidem vestre magnificencie suo modo fideliter duximus rescribendam.
Datum vigesimo sexto die diei introduccionis et statucionis preno-
tate, anno domini supradicto.

Fogalmazvány (a kipontozott hiányzó helyekkel) az 573. sz. alatt
közölt iktató parancs hátára írva.

576.

*Az erdélyi nemesek és székelyek gyűlése fölszólítja a szász nemzetet,
hogy a Mátyás király halála után tartott országgyűlésen eskü alatt
elvállalt köteleztetése értelmében, – mely szerint az erdélyi három
nemzet az elnyomás ellen közösen tartozik fölkelni és egymást segíteni, –
mihelyt az általok a királyhoz küldött székely követek visszatérend-
nek, azonnal küldje összes hadait segítségökre, oda a hová a három
nemzet határozni fogja. Kelt Székely-Vásárhelyen 1524. nov. 15-én.*

Prudentes et Circumspecti domini fratres et Amici Nobis
plurimum honorandi Salutem et Nostri Recommendationem. Recor-
dentur Dominaciones Vestre, quemadmodum post mortem et obitum
Serenissimi condam principis domini Mathie Regis, annis superiori-
bus, in Generali dieta et congregacione Tunc per nos et primorum
nostrorum celebrata, et fide christiana ac literis oblegatorijs firmata
roborataque sunt. Vt videlicet dum et quando per Magnates aut
potentes, vel alios quoscunque aliquis ex fratribus nostris huius Regni
Transsiluanensis opprimeretur. Et ad subleuamen talis oppressionis
vna aut prima nacio tantas vires non haberet. Extunc omnes tres
Naciones, penes et ad Monicionem eisdem fidei christianitatis et
obligacionibus inter nos habitis insurgere debeant. Auditum itaque
est Vestris Dominacionibus, qualiter Nuper Nicolaus Sorwarij ca-
stellanus castri Fogaras, Nobilem fratrem Nostrum de membro huius
Regni Transsiluanensis videlicet **Paulum Zekel** Nullis suis demeritis
exigentibus suspenderefecit. Quod vnquam in hoc Regno Transsilua-
nensi auditum est. Sciunt eciam Dominaciones Vestre, que eciam
nuper per Comitem Salium Transsiluanensium Magistro Ciuium ci-
biniensium acta sunt. **Misimus Nunc certos fratres nostros Siculos**

ad Regiam Maiestatem. Ideo Vestras Dominaciones rogantes, penes eandem fidem christianam et compromissum inter istas tres Nationes habitas (*igy*) Monemus, vt postquam statim ijdem oratores Siculi a Regia Maiestate Redierint ad illum locum ad quem Tunc omnium trium Nacionum melius visum fuerit, Vestre Dominaciones cum omnibus gentibus vestris in medium nostri venire velint et debeant. Ne nos ita vnus post alium opprimamur. Sciunt Dominaciones Vestre, quod iam summus tam per externos quam per internos hostes in vltimo periclo. Nos autem dum talis oppressio Dominacionis Vestre erit, similiter penes easdem fidem christianam et compromissum in auxilium Dominacionum Vestrarum ibimus cum gentibus et capitibus nostris, Datum in Zekelwasarhel feria tertia proxima ante testum beate Elizabeth Vidue Anno domini 1524.

Conuencione nostra.

Franciscus Appaffy Stephanus Banffy et Lupus Banffy Gallus de Kend Alexius de Bethlen Blasius Was, Georgius Mochij, Nicolaus Pathochij Johannes et Franciscus Erdelij de Somkerek Benedictus Czako, Demetrius de Nijwijthod, et alij in presenti dieta et congregacione constitutj.

(P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.)

Kivül: Prudentibus et Circumspectis dominis Vniuersis Saxonibus et terre Barcza etc. dominis fratribus et amicis Nobis plurimum honorandis.

Eredetiye zárt alakban, 8 pecséttel, a **szász nemzeti levéltárban (IV. 283.)**

577.

II. Lajos király Brassó város panaszára megparancsolja Szapolyai János erd. vajdának, hogy kihallgatván a sepsi-szentgyörgyieket és brassaiakat, tiltsa le a Sepsi-Szentgyörgyön lakó nemes székelyeket, hogy Sepsi-Szentgyörgyöt Brassó romlására mezővárossá vagy várossá tegyék. Kelt Budán 1525. márt. 30 án.

Ludovicus dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Fideli nostro Spectabili et Magnifico Johanni de Zapolya perpetuo Comiti

Scepusiensi et Waijwode parcium nostrarum Transsiluanarum, ac Siculorum nostrorum Comiti, Salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Prudentum et Circumspectorum Judicis et Juratorum Ciuium ac tocius Communitatis Ciuitatis nostre Brassouiensis graui cum querela, Qualiter fideles nostri **Nobiles Siculi in possessione Sepsijzenthgyerg vocata comorantes**: impetratis vt dicitur a Maiestate nostra quibusdam Litteris: hanc eorum possessionem augere et illam in oppidum vel Ciuitatem quampiam condere: Juribusque liberis vti vellent, Non declarantes Maiestati nostre eo ipso tempore quo litteras a Maiestate nostra impetrarunt: id in Ciuitatis nostre Brassouiensis ruinam et vastitatem futurum, Nam significant Maiestati nostre ijdem exponentes: quod conciuies et Coloni sui gaudentes Nouis libertatibus quas ipsi de Sepsijzenthgijerg omnibus ad eos confugientibus palam pollicentur: ad illos dietim sine ullo timore confluunt, Qua ex re propediem fieret, vt Ciuitas ipsa nostra Brassouiensis: in extremam veniret desolacionem, Quod nos nequaquam admittere volentes, fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et Mandamus, aliud nequaquam habere volentes: quatenus acceptis presentibus: prefigatis tam Colonis de Sepsijzenthgijerg quam ipsis exponentibus ad comparandum coram vobis vnum certum et breuem terminum: et intellectis ab vtraque parte Juribus eorum: presertim autem visis Litteris ipsorum Siculorum per nos eis vt dicitur concessis: hoc quoque recognito: si Ciuitas nostra predicta Brassouiensis iacturam propter illorum augmentum passura est nec ne, Et si Ciuitati eidem nostre ruinam et detrimentum per illorum propagacionem fieri cognoueritis, extunc volumus vt non obstantibus illis Litteris nostris si quas vt premissum est ipsis Siculis nostris: re nobis non bene declarata dedimus: quas presentibus nullius vigoris esse decernimus: prohibeatis eisdem ne sub pena amissionis omnium bonorum suorum possessionem illam instar oppidi vel Ciuitatis alicuius edificare et augere presumant: sed in eo statu et condicione qua prius fuerunt, permanere debeant, Alioquin damus vobis presentibus Authoritatem vt eos id facere recusaturos pena premissa et per omnia alia eciam onera et grauamina opportuna ad id faciendum compellatis eadem Authoritate nostra vobis concessa mediante, Aliud facere nullomodo debeatis, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum

Bude feria Quarta proxima post Dominicam Ramispalmarum, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Vigesimo quinto.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

578.

Szapolyai János erd. vajda és székely ispán megparancsolja Szentgyörgyi Daczó Péternek és Altorjai Apor Lászlónak, hogy az Alcsernátoni Domokos Mihály és Szentkozmademjéni Becz Pál Márkosfalvi Mózes ellen folyt perében általok mint választott birák által hozott ítéletet ezen parancs vétele után tizenötöd napra terjeszszék föl hozzá, s a feleket idézzék az ő törvényszéke elébe. Kelt Medgyesen 1525. május 3-án.

Johannes de Zopolija Comes perpetuus Terre Scepusiensis Waijuodaque Transsiluanus et Sicularum Comes etc. Egregijs **Petro Daczo de Zenthgerg** ac **Ladislao Apor de Althorija** salutem et fauorem. Dicitur nobis In personis egregiorum **Michaelis Damokos de Alchernaton** et **Pauli Becz de Zenthkozmademijen**, qualiter quedam causa inter ipsos exponentes ab vna, ac Agilem **Moijsen de Markosfalwa** veluti in causam attractum partibus ab altera ratione et pretextu hereditatis Markosfalwa mota fuisset et diu ventillata, et demum ad reuisionem et adiudicacionem vestram tamquam Judicium delegatorum siue arbitrorum ambarum parcium mutua deliberacione et voluntate commissa extitisset talimodo, vt si aliqua parcium Judicio vestro contentare noluerit, extunc prelibatam causam simul cum tota serie ipsius, et absque grauamine parcium, in nostram deberetis transmittere presenciam, quam quidem causam nunc in nostram nolletis mittere presenciam, In preiudicium et dampnum ipsorum exponencium valde magnum. Requirimus Igitur vos nichilominusque vobis harum serie Regia in persona firmiter conmittimus, quatinus receptis presentibus et rebus sic se vt prefertur habentibus, prefatam causam cum tota serie ipsius et absque aliquo dampno et grauamine predictorum exponencium, ad decimum quintum diem diei exhibicionis presencium In nostram debeatis transmittere presenciam, et conmittatis eisdem verbo nostro ut ad predictum terminum In nostram teneantur venire presenciam Judicium superinde

recepturi. Secus non facturi presentibus perlectis exhebenti restitutis. Datum in Ciuitate Megesiensi, In festo inuencionis sancte crucis, Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

(P. H.)

Commissio domini Comitis et
Waijuode.

Eredetije papiroson a **Domokos család levéltárában.**

579.

I. Ferdinánd király Brassó város panaszára megparancsolja Sepsz székeknek, hogy Sepsz-Szentgyörgy lakosainak tiltsa meg a heti és országos vásárok tartását. Kelt Prágában 1528. jun. 24-én.

Ferdinandus Dei gracia Rex Hungarię et Bohemię etc. Infans Hispaniarum, Archidux Austrię etc. Fidelibus nostris **Agilibus Siculis Sedis Zepsey Zenthgyergh** Salutem et gratiam, Intelleximus ex querelis fidelium nostrorum Prudentum et Circumspectorum Judicis et Juratorum ciuium, tociusque communitatis Ciuitatis nostrę Brassouiensis, Qualiter **Incolę possessionis nostrae Zepsey Zenthgyergh** publica fora hebdomadalia, et nundinas Liberas in dicta possessione nostra, nullis prerogatiuis a Maiestate nostra, aut Diuis Hungarię Regibus precessoribus nostris, super eo impetralis, sed temeritate quadam et priuati commodi cupiditate ducti, celebrarent, Quę cum aperte non modo contra libertatem et Jura dictę Ciuitatis nostrę Brassouiensis, uerumetiam in manifestum dispendium fisci nostri Regalis per ipsos temere agantur, Volentes deinceps abusionem hanc abrogare et penitus tollere Mandamus fidelitati uestre harum serie strictissime, ut, predictos Incolas dictę possessionis nostrę Zepseyzenthgyergh ab huiusce fori hebdomadalis et nundinarum celebratione prorsus inhi-beatis, neque patiamini ullo pacto ut prerogatiuas et immunitates instar liberarum ciuitatum nostrarum sibi vsurpent, sed contenti libertatibus aliarum possessionum nostrarum siculicalium uiuant, Secus in hoc facere non presumentes Presentibus perlectis exhibenti

restitutis Datum Prage in festo beati Joannis Baptiste Anno Domini
Millesimo Quingentesimo uigesimo octauo.

Ferdinandus m. p.

(P. H.)

Vidit B. Episcopus Trid.

et Cancellarius.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

580.

I. Ferdinánd király Brassó város panaszára megparancsolja Perényi Péter erd. vajdának és székely ispánnak, hogy Sepsi-Szentgyörgynek ne engedje meg, hogy heti és országos vásárokat tartson. Kelt Prágában 1528. június 24-én.

Ferdinandus Dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Infans Hispaniarum, Archidux Austriae etc. Fideli nostro Spectabili et Magnifico Petro de Peren Comiti perpetuo Abawywariensi, Waywode nostro Transsylvano, et Sicularum nostrorum Comiti, Salutem et gratiam. Ex supplicatione et graui querela fidelium nostrorum prudentum et Circumspectorum Judicis et Juratorum ciuium ciuitatis nostre Brassouiensis intelleximus, qualiter **Incole Possessionis nostrae Zepsey Zenthgergh in Sede Zepsey Zenthgergh existentis** nundinas solemnes et fora hebdomadalia celebrare, ac alias liberarum Ciuitatum Jura et libertates propria sua temeritate magis quam auctoritate sibi usurparent, quod non modo in damnum predictorum Exponentium et libertatum suarum preiudicium, verumetiam in apertissimum fisci nostri Regalis dispendium uergeret, Qua quidem supplicatione predictorum Ciuium nostrorum Brassouiensium exaudita, Nolentes deinceps memoratos Incolas de Zepsizenthgerg in huiusmodi (li)bertatibus quas temeritate sua sibi uendicauerunt permanere, Hortamur et requirimus fidelitatem uestram eidemque presentibus etiam committimus ut memoratos Incolas et inhabitatores Zepsizenthgerg ab huiusmodj fori hebdomadalis et solemnum nundinarum celebratione coherceatis omnino, Secus non facturi, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in Arce nostra Pragensi, in festo

beati Joannis Baptiste Anno Domini Millesimo Quingentesimo uigesimo octauo:
(P. H.)

Ferdinandus m. p.

Vidit B. Episcopus Tridentinus
et Cancellarius m. p.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

581.

Somlyai Báthori István erdélyi királyi helytartó megparancsolja Angyalosi Mózes özvegyének, hogy a márkosfalvi székely örökséget, melyet Csernátoni Domokos Mihálytól és Kozmademjéni Becz Páltól elfoglalt, azoknak rögtön bocsássa vissza. Kelt a Maros melletti táborban 1529. aug. 10-én.

Stephanus Batorij de Somlijo Locumtenens Regie Maiestatis in partibus Regni transsiluaniensibus constitutus etc. Nobili domine **Relicte quondam Egregij Moijsi de Angijalos**, Salutem et fauorem. Conqueruntur nobis Egregij **Michael Damokos de Chernathon, et Paulus Becz de kozmademijen**, In eo, qualiter vos, post illam gratiam nostram, in persona Regie Maiestatis domini nostri graciousissimi, ad Supplicationem vniuersitatis trium generum Siculorum infra tempus vltioris deliberacionis eiusdem domini nostri clementissimi ipsis factam, ad Jura ipsorum Siculicalia in possessione **Markosfalwa** habita, vnacum liberis vestris condescendissetis, et ab eisdem gratia nostra minime curata occupassetis, nec ipsis hactenus remittere curassetis, prout non curaretis eciam modo, apud vos conseruando potencia mediante. Requirimus igitur vos, et nichilominus vobis harum serie, prefati domini nostri clementissimi in persona, firmissime committimus, Quatinus statim receptis presentibus de dicta possessione Markosfalwa exire, et prefatis exponentibus remittere, Nam alioquin quintodecimo die a die exhibicionis presencium computando, coram nobis rationem superinde redditure comparere debeatis et teneamini, Et secus nulla ratione facere presummatis, presentibus perlectis exhibentj restitutis. Datum In castris nostris penes fluuium Maros metatis, In festo Beati Laurencij martiris, Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo nono.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

582.

János király a Maros széki Kisfalud helységet, melyet néhai Lázár András fiaitól, Jánostól, Ferencztől és Domokostól, mint Ferdinánd pártosaitól és felségsértőktől elkoboztatott, Szentgyörgyi Tóth Jánosnak adományozza. Kelt Buda várában, 1529. sept. 14-én.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie dalmacie croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos consideratis fidelitate et fidelium seruiciorum meritis, fidelis nostri **Egregij Joannis thoth de Zenthgewrgh**, que, ipse Sacre primum huius Regni nostri Hungarie Corone et deinde Maiestati nostre pro locorum et temporum varietate exhibuit et impendit, **totalem possessionem Joannis, francisci, et Dominici filiorum quendam Andree Lazar kijsfalwd vocatam, in Sede Maros existentem** Que ex eo quod iidem Joannes Franciscus et Dominicus Lazar immemores fidei et honoris sui, contra publicam constitutionem Regni nostri Hungarie factioni Germanice adhesisse, partesque ferdinandi nostri et tocius Nationis Hungarice publici hostis fouisse dicuntur, per hocque in notam infidelitatis, crimenque lese Maiestatis nostre incurrisse dinoscuntur, ad nos consequenterque collationem nostram Regiam rite et legitime deuoluta esse perhibentur (*igy*), et redacta, Simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, Agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, siluis, Nemoribus, Montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorijs, Aquis, fluuijs, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, Molendinis, et eorum locis, generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis existentibus, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, Memorato Joanni Thoth, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, dedimus, donauimus et contulimus, Imo damus donamus et conferimus, Jure perpetuo et Irreuocabiliter tenendam possidendam, pariter et habendam, Saluo Jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri priuilegij Redigifaciemus dum Nobis in specie fuerint reportate, Datum in Arce Nostra Budensi, in festo exaltacionis sancte crucis, Anno

domini Millessimo Quingentesimo vigesimo Nono, Regnorum vero nostrorum predictorum Anno quarto.

(P. H.)

Relacio Magnifici domini Gregorij Pesthienij Magistri Curie Regie Maiestatis.

Eredetije papiroson **M.-Vásárhely város levéltárában.**

583.

Péter moldvai vajda a brassaiakat végpusztulással fenyegetve megparancsolja, hogy hozzá egyezkedni azonnal hat előkelő követet küldjenek. Kelt Prásmár alatt 1529. oct. 25-én.

Petrus Waywoda, dei gracia dominus terre moldauiensis. Prudentes et Circumspecti amicj nobis sincere dilecti. Venimus hic contra rebelles Serenissimi domini Johannis regis Hungarie, ita vt vos subiciamus in tutelam regiemaiestatis, donec vt vidimus recusatis, credimus vultis fouj lapidibus, sciatis itaque Bene, non ad tres, vel quatuor ebdomadas venimus, nisi ut vos donec, domare conamur, quo voti nostro compos erimus, et recessu autem nostro, hoc regnum Barche, omnino ignis incendio comburemus, et terram hanc vacuum et desertam reliquemus, et in prima vere iterum vobis Bellum indicimus et segete vestre (*igy*) quum in magnum creuerint rursus decalcare faciemus, vt victualibus annualis (*igy*) ceterum priueminj, forte vos insapientissimj, et stultj virj consideratis, inter lapides, pene lapides rodj, hac ea obtunditis vitam vestram et inhermes eritis, **quia siculis interdictum ponimus, ne vobis vendendj causa trilicum vel alium vsum, considerata pena, vendere, aut portare presumant,** sepe ibi custodes habebimus propterea, adhortamur vos, quatenus visis presentibus nostris, statim sex speciales homines ad nos dimittere causa tractandi debeatis, et ad fidem nostram, bonam pacem exoluemus, Datum, in sub prasmár, in octauo luce Ewangeliste anno 1529.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis Judicj et Juratis Brassouiensibus amicis nobis sincere dilectis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

584.

Péter moldvai vajda megparancsolja a székelyeknek, hogy a brassaiak elhajtott disznait azonnal adják vissza. Kelt Bereczken 1529. november 24-én.

Petrus Wayuoda, dei gracia dominus regni Moldaue, **Egregijs ac agilibus siculis, septem sedium siculicalium**, fidelibus nobis sincere dilectis, Accepimus a dominis Brassouiensibus, quod vos certas scrophas et porcos Brassouiensium, abigifecissetis, propterea mandamus vobis, harum serie strictissime, quatenus visis literis nostris, statim eas scrophas et porcos Brassouiensium vbique apud vos inueniuntur restituere debeatis, et inquirere autem permittatis, secus ne presummatis facere, Datum, in Brecchij secundo die sancti Briccij, anno 1529.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

585.

Péter moldvai vajda megparancsolja a Sepsi, Kézdi és Orbai széki székelyeknek, hogy a brassaiaktól zsákmányolt barmokat, disznókat és juhokat azonnal adják vissza. Kelt a Besztercze vize mellett 1529. nov. 29-én.

Petrus Wayuoda, dei gracia dominus regni Moldaue, **Egregijs ac Agilibus siculis trium sedium kijsdij orbaij et sepsij siculicalium** fidelibus nobis sincere dilectis, Conqueruntur nobis sepe et alias, Brassouienses quomodo iam vos in nouissima preda et discursione, multa et diuersa Jumenta pecora, porcos scrophas et oues edibus vestris, et subditi quoque vestri asportassetis, et essent ex vobis nonnullj, qui prefata pecora petentibus nollent et recusarent restituere, adhuc precio emere dicunt, propterea mandamus vobis, nichilominus et adhortamur, quatenus, visis literis nostris, statim hominibus Brassouiensibus prefata Jumenta et pecora, siue precio empta sint, nostra indignacione posthabita et sine aliqua demonstracione et excusacione, restituere et recuperare faciatis, ne ipsi Brassouienses,

nostre Magnificencie, propterea amplius conquerj cogantur, quia sunt ipsi Brassouienses, eque vobiscum in tutela nostra, et volumus eos deo Juuante defendere, datum penes fluuium Bistriche in vigilia sancti andree Apostoli Anno Millesimo Quingentesimo vigesimo Nono.

(P. H.)

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

586.

Majlád István Brassó városától Kún Kocsárd, Tamási Bernát és Sárvári Miklós ellen minél több puskást és néhány lovast kér segítségül. Kelt Besenbakon 1529. dec. 9-én.

Carissime frater. Hodie michi certa fama venit vt **Gothardus kwn, Bernaldus Thamassy Nicolaus Sarwarij** contra me et hanc desolatam terram omnino venirent, pro eo Rogo dominacionem vestram velint iam et michi auxilio adesse. Pixidarios quanto plures fieri poterit mittatis et eciam Equites aliquos. Hic enim die noctuque omnes gentes meas leuare facio. Sedesque appropinquas leuare eciam facio sed ita quod cras vespere vel nocte venirent. Ego me moueram versus Cibinium, sic fama ista audita me retinui. Ex Bezenbach feria sexta post conceptionis virginis gloriose 1529.

Vester Maylad etc.

Rogetis dominos Ciues et Juratos vt me nunc ne relinquunt etenim tempore suo Eorum Ero.

Kivül: Egregio domino luce kijs Judicj Ciuitatis Brassouiensis. domino et fratri carissimo.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

587.

Szentpáli Kornis Zsigmond és Szentdemeteri Nyujtódi Gergely mint választott birák a Bethlenfalvi Geréb Péter és Kadicsfalvi Benedekfi László közt folyt pereket egyesség útján elintézik. Kelt Udvarhelyen 1532. junius 25-én.

Nos **Nicolaus Kornis de Zenthpal** et **Gregorius Nijwijthodi de Zenthdemeter** ac alij Nobiles primipilique nobiscum delegati, Judices in hac parte, Recognoscimus perpresentes significantes quibus expedit omnibus, Quod eum Egregij Nobiles **Petrus Gerebh de Betlenffalwa ac Ladislaus Benedekfij de Kaijdichfalwa** diu Juremediante litigassent, Ladislaus Benedekfij Inquirebat per Generosam dominam vxorem petri Gerebh, dominam Frusinam vxorem condam felicis memorie Pauli Betlenffalwi **homagium** condam fratris sui Thome, pie memorie, Benedekfij interempti, wlgo **Ag diath**, ea ratione, quod prefatus paulus Betlenffalwi in sua vltima hora testamento legasset de Rebus suis satisfacere, orphanis interempti Thome Benedekfij de homag(io) uidelicet, ex aduerso Nobilis Petrus Gereb in persona vxoris sue hec omnino negabat, et econverso ipse prefatus Petrus Gerebh de Betlenffalwa, querebat Ladislaum Benedekfij et orphanos fratris sui interfecti de rebus paraffernalibus aliisque, vxoris condam Petri Betlenffalwi, quam duxisset ad Heyasfalwa Egregius Franciscus de Eadem, in persona filiarum orphanarum suarum, que fuissent nepotes prefati Petri Betlenffalwi, querebat enim ad vsque florenos ducentos et quinquaginta de Rebus, et in prompta pecunia pro florenis XLVII, et in hijs victus quoque erat Ladislaus Benedekfij, et ecclesiastico onere grauatus, Nos vero prefati delegati Judices (ex quo fratres nostri fuerunt) nolentes eos diucius litigare permittere, Intelligentes causam ambarum parcium de communi Justicia, satis superque permultis verbis eos pacificantes ad finem bonum deduximus, Sic, quod Ladislaus Benedekfij homagium sepefati condam fratris sui submisit per omnia, et de omnibus orphanis fratris sui allegando locutus est coram nobis per omnia, quod nunquam homagium patris querere vellent, Sed et Andream quendam seruum Petri Gerebh, alias Pauli condam Betlenffalwi pacifficum indulsit, quem et ipsum eundem propter homagium querere curabat, Ex aduerso autem, iterum et Petrus Gerebh misit omnes causas suas, et in persona filiarum suarum locutus est per omnia, quod nunquam de cetero querere vellent parafernalia aliaque bona auarum suarum et in hijs omnibus dedit Jam sepefatus Ladislaus Benedekfij hereditates omnes, in territorio ville **fenyed** existentes, orphanis Petri Gerebh pro re(bu)s omnibus auarum suarum, ex quo causa earum superauerat causam Ladizlai Benedek-

fij, in filios filiorum et here(des) heredum (perpe)tuo possidendas, Regendas et gubernandas, quam hereditatem et ante ad domum Betlenffalwiensem possederunt propignore florenorum xvj, Et cum nos sic eos contentassemus pacificantes, ex ambarum parcium consensu, dedimus has literas nostras solito Sigillo nostro consignatas, vt sit omnibus in testimonium perpetuum et presertim posteritati eorum in perpetuam pacem, Amen, Actum et datum in oppido Vdwarhel Secunda die Natiuitatis Johannis Baptiste, Anno domini 1. 5. 32.

(P. H.) (P. H) Et ego martinus de Tharchijaffalwa natus Gregorij Balinthffij dioecesis Albensis Transsylvane, sacris Imperiali et Apostolica auctoritatibus Notarius publicus et Tabellio Juratus, Quia In presenti concordancia, vt premititur, Rogatus Interfui, et omnia sic fieri et vidi et audiui Intellexique, Ideo hoc Authenticum scriptum manu propria conscripsi confeci et in formam hanc redegei, nomineque meo signaui, necnon nomine et Sigillo Judicum premissorum, ceterorumque in fidem et testimonium, ad id rogatus, vocatus et requisitus.

Eredetiye papiroson Sepsi-Szentgyörgyön a székely muzeumban.

588.

Báthori István erdélyi vajda és székely ispán Angyalosi Mózes Domokos Mihály és Becz Pál ellen törvényszéke elébe idézi. Kelt Udvarhelyen 1533. jun. 8-án.

Stephanus de Bathor, Comes Comitatus de Zabolch. Waijuoda Transsiluanus et Sicularum Comes etc. Agilj et Egrogio **Moisij de Angelos**, Salutem et fauorem, Exponitur nobis In personis Egregiorum et Agilium **Michaelis Damokos de Chernaton**, et **Pauli Becz de kozmademijen**, Quomodo ipsi te ratione certorum negociorum, In causam conuenire, Juxta quasdam literas Nouiudiciales, ex parteque tui Judicium et Justiciam habere vellent, Jure legeque Regni requi-

rente, Requirimus igitur te, et nichilominus eciam tibi harum serie Regia in persona firmiter committimus, quatinus acceptis presentibus quinto decimo die diei exhibicionis presencium computando coram nobis comparere debeas, et tenearis, obiectis et querelis Jamfati exponentis de iure responsurus. Secus nullomodo facturus presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum In oppido Wdwarhel feria sexta proxima ante festum Sancte et Indiuidue Trinitatis Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Tercio.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

589.

A kolosmonostori convent, Kendi Ferencz erd. alvajda és székely alispán parancsára, Alcsernátoni Bernáld Balázs részére hitelesen átírja Szapolyai János erd. vajdának 1519. sept. 5-én kelt s eredetiben bemutatott levelét. Kelt 1534. márczius 31-én.

Nos Conuentus Monasterij beate Marie virginis de Colosmonstra memorie commendamus per presentes, Quod nos litteras Egregij domini Francisci de Kend Vice Vaiuode Transsiluani, Siculorum Vice Comitibus etc. renouatorias pro parte Egregij **Blasij Bernald de Chernathon** confectas et emanatas, nobis amicabiliter loquentes et directas, honore quo decuit recepimus in hec verba. Amicis suis Reuerendis Conuentui ecclesie beate Marie virginis de Colos Monostra Franciscus de Kend Vice Vaiuoda Transsiluanus et Siculorum Vice Comes etc. Amicicium paratam cum honore. Dicit nobis Egregius **Blasius Bernald de Alchernaton**, qualiter ipse certas haberet litteras factum diuersorum negotiorum tangentes, quas per vos illic in Conuentu vestro pro vltiori Jurium suorum conseruacione transsummi et renouari facere necesse haberet. Pro eo vestram amicicium presentibus petimus diligenter, quatenus prefatas litteras per iam fatum Blasium Bernald seu hominem suum vobis presentandas, prout et in quantum rite et legitime emanate esse demonstrarentur, transsummi et transscribi, tenoresque earundem in transsumpto litterarum vestrarum, vt fuerit expediendum, renouando,

eidem Blasio Bernald seu homini suo emanari facere et extradare velitis, et debeatis, communi Justicia suadente. Caueatis tamen, ne fraus aut dolus in hac parte committatur aliqualis. Secus eiusdem Justice causa non facturi. Datum in possessione nostra Zenth Iuan in festo beati Mathie Apostoli Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quarto. Quibus receptis nos amicabilibus petitionibus prefati domini Vice Vaiuode fatisfacere volentes, quasdam litteras per ipsum Blasium Bernald nobis presentatas renouari fecimus, Quarum tenor talis est. **Nos Johannes de Zapolya** stb. (*Lásd 1519-re I. köt. CCXLIV. sz.*) Nos itaque earundem sic renouatarum tenores de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali, variacioneque absque omni, conscribi facientes, in transsumpto presencium litterarum nostrarum ad litteratoriam prefati domini Vice Vaiuode requisicionem duximus dandas et concedendas. Datum feria tertia proxima post dominicam palmarum Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quarto

Eredetije papiroson a kolosmonostori convent levéltárából **az országos levéltárban.**

590.

János király megparancsolja Majlád István erd. vajdának és székely ispánnak, hogy Domokos Mihálynak és Becz Pálnak Angyalosi Mózes ellen folyt perében hozzon új ítéletet. Kelt Tordán 1534. okt. 28.

Joannes dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fideli nostro Spectabili et Magnifico Stephano Maijlad, wayuode nostro Transsiluano et Siculorum nostrorum Comiti, Salutem et gratiam. Expositum est Maiestati nostre in personis fidelium nostrorum Egregiorum et Agilium Michaelis Damokos de Chernathon et Pauli Becz de Zenthkozmademijen, Qualiter superioribus Annis tempore videlicet Regiminis Serenissimi condam domini Lodouici Regis, predecessoris nostri felicis recordacionis, quedam causa inter ipsos exponentes ab vna, ac Egregium et Agilem Moijsen de Angijalos, racione certorum negociorum factum hereditatum concernencium, mota et adiudicata fuisset, in qua licet Idem condam dominus Ludouicus Rex, ad instanciam eorundem exponencium, litteras suas

Noui Judicij in eo dedisset, vt eadem causa rursus ac denuo partes inter easdem reuideretur, tamen eadem vtcunque ab eodem tempore, in hunc vsque diem, minime fuisset denuo reuisa et adJudicata, in preiudicium et dampnum annotatorum exponencium manifestum. Vnde per eosdem Maiestati nostre supplicatum extitit, vt ipsis superinde rursus de gracia Noui Judicij prouidere, ipsamque causam denuo inter ipsos reuideri facere dignaremur, Nos igitur supplicacione ipsorum exaudita et admissa, fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus acceptis presentibus, non obstante priori Judicio Sentenciaque causa in premissa vtcunque antea lata, vocatis coram vobis partibus predictis, vel eorundem legitimis procuratoribus, ad vnum rectum et breue terminum Sedis vestre Judicarie, vestri in presenciam, auditisque earundem parcium nouis propositionibus, allegacionibus et responsis, admissis eciam quibusuis testibus et probabilibus documentis, partes inter easdem, secundum deum et eius iusticiam, verum et rectum Judicium et Justiciam denuo facere, et impendere, ac tandem Id quod Judicialiter per vos adinuentum fuerit, debite eciam exequucioni demandare et demandarifacere, Quod si vero ijdem exponentes super huiusmodi Judicio vestro minime contentarentur, extunc vos causam eandem, simulcum omni processu ipsius adJudicacionis vestre, absque omni grauamine ipsorum exponencium, ad terminum per litteras vestras prefigendum in Curiam nostram Regiam, nostram scilicet personalem in presenciam, pro maturiori eiusdem discussione, finalique determinacione transmittere modis omnibus debeatis, et secus ne feceritis, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Opido nostro Thorda, in festo Beatorum Simonis et Jude Apostolorum, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quarto.

Majlád István vajda 1537-diki hiteles átiratából.

591.

Majlád István erd. vajda és székely ispán Angyalosi Mózes Domokos Mihály és Becz Pál ellen törvényszéke elébe idézi. Kelt Székely-Vásárhelyen 1535. január 4-én.

Stephanus Maijlad de Zwnijogzeg, Waijuoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc. Agili Moijsi de Angijalos, Salutem et fauorem,

Exponitur Nobis In personis Agilium et Egregiorum Michaelis Damokos de Chernathon, et Pauli Becz de Zenthkozmademijen, Quod ipsi ratione et pretextu certorum negociorum et causarum atque literarum Noui Judicij Serenissimi principis domini nostri Regis, superinde de eisdem causis suis emanatarum et ad presens nobis adductarum, coram nobis locumtenentibus in causam conuenire, et a nobis ex parte prefatarum causarum secundum commissum et mandatum Sue Maiestatis Nouum Judicium accipere vellent. Requiritur Igitur te et nichilominus tibi Regia in persona firmissime committimus, Quatenus agnitis presentibus ad quintum decimum diem diei amonicionis tue cum tota serie discussionis tuarum causarum coram nobis vbicunque tunc deo duce constituemur comparere debeas et tenearis. Nam alioquin pro parte ipsorum exponencium id quod dictauerit ordo Juris execucioni demandarifiemus. Secus non facturum, presentibus perlectis exhibenti restitutum. Datum In oppido Zekelwasarhel feria secunda proxima ante festum Epiphaniarum domini Anno eiusdem Millesimo Quingentesimo Tricesimo Quinto.

(P. H.)

Hátára írva más kézzel: 1535. Ex voluntate ambarum parcium causa prorogata est ad Sabbatum post Penthecosten statim sequens, die dominico ante purificationis

Gabriel Pesthius

manu propria

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

592.

Majlád István erd. vajda és székely ispán Al-csernátoni Domokos Mihálynak és Bernáld Máténak és rokonaiknak a nagyatyjok Nyujtódi Imre jószágaiból követelt osztályrésért Nyujtódi Jánosi János özvegye ellen folytatott s hozzá feljebbezett perében, Kézdi szék, s az udvarhelyi törvényszék ítélete értelmében az özvegynek esküt rendel arra, hogy a felperesek vagy őseik a Nyujtódi Imre székely jószágaiból teljes kielégítést nyertek. Kelt Kolozsvártt 1535. jan. 23-án.

Stephanus Maijlad Waijuoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc. Egregijs et Agilibus Lazaro kwn de Osdola, et Michaeli

Cheh de Zenthkatholna, Salutem et fauorem, Noueritis quod Nobis Sabbato proximo ante festum conuersionis Beati Pauli apostoli, vna cum nonnullis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus et Siculis In Ciuitate koloswariensi constitutis et existentibus, Agilis Lucas de Zenthkijral, Nunccius sedis Wdwarhel, nostram Judiciariam veniens in presenciam, presentibus Ibidem, et pro se, Egregio et Agile Michaele Damokos de Alchernathon, et pro Matheo Bernald de eadem, fratribusque eorundem amborum, Nomine procuratorio, vt actoribus ab vna, necnon Georgio Janko de Zalaan, pro Nobile domina Barbara Relicta condam Joannis Janossij de Nijwthod, velut in causam attracta, adherente, partibus ex altera, Idem Nunccius, nomine eiusdem Sedis, per modum Interrogacionis Nobis declarauit in huncmodum, Quod cum superiore tempore prefati actores, primum in Sede Kijzdij, a prefata domina in causam attracta, de vniuersis bonis et Juribus hereditarijs Siculicalibus Agilis condam Emerici Nijwthodij, aui ipsorum, vbilibet et in quibuscuque Sedibus existentibus et habitis, porcionem ipsorum Jure Siculicali mediante. pro se ipsis requirere cepissent, Tunc procurator eiusdem domine respondendo dixisset, se de illis, erga ipsam existentibus, eisdem actoribus porcionem dare debere nullam, Namque vniuersa bona dicti condam Emerici Nijwthodij, Inter progenitores ipsorum dudum diuisa fuissent, et ipsi actores, loco porcionum erga ipsam dominam in causam attractam habitaram, alias porciones haberent extradatas, et ijdem actores cum illis fuissent contentati. In cuius responsionis contrarium prelibati actores dumtaxat Juramento solius persone Jamfate domine In causam attracte, hoc et Id, Quod scilicet ijdem actores, loco pretactarum porcionum erga ipsam dominam in causam attractam habitaram, de prescriptis bonis memorati condam Emerici Nijwthodij, alijs porcionibus extra contentati fuissent et essent, submisissent, et quamuis procurator quoque Jamfate domine in causam attracte, hoc et Id, Quod scilicet de illis bonis prelibati actores extra contentati non fuissent neque essent, ac loco earum porcionum erga ipsam dominam habitaram de eisdem bonis alias porciones non haberent, iterato ad ipsos actores crediderit, Sedes tamen Kijzdij predicta Judicando adInuenisset, Quod quia procurator prefate domine in causam attracte dixisset, prenominatos actores loco illarum erga ipsam dominam habitaram alias porciones

habere, et quia ipsa Senior esse agnosceretur, et Istud negocium eidem magis quam dictis actoribus constare posset, ipsa eadem teneretur Juramento suo mediante domonstrare eisdem actoribus, quenam et vbi essent ille porciones, cum quibus ijdem actores, sew progenitores eorum, loco Illarum erga ipsam habitatum contentati essent vel fuissent, et isto Judicio ipsius Sedis Kijzdij procurator memorate domine in causam attracte non contentus, causa maturioris discussionis, In eo, que videlicet parcium teneatur Jurare, causam ipsam ad sedem Wdwarhel prouocasset, Vbi eciam in eodem Judicio fuisset permissa, et Illic quoque eadem pars non contenta ad Sedem Waijuodalem, nostram scilicet in presenciam, appellasset. Nos quoque Igitur Judicando commisimus eomodo, Vt ipsa eadem domina Barbara in causam attracta, vigesimo quinto die datarum presencium, in Ecclesia sua parochiali, coram vobis premissum Juramentum, sibi per predictam Sedem Kijzdij adInuentum, et per nos quoque eidem impositum, super eo, Quod prelibati actores sew progenitores eorundem de prescriptis vniuersis bonis et Juribus Siculicalibus dicti condam Emerici Nijwthodij, vbilibet habitis, ad plenum extra contentati sunt, porciones Illas cum quibus contentati fuissent, que et vbi sint denominando, deponere debeat, Cuius seriem tandem eedem ambe partes ad decimum quintum diem huiusmodi Juramentalis deposicionis In literis vestris nobis reportare teneantur, Quibus visis et Intellectis Judicium et Justiciam facere valeamus, Inter easdem partes, in premissis dictante Juris equitate. Requiritur Igitur vos, et nichilominus vobis Regia in persona sub oneribus alias in talibus obseruandis firmiter committimus, Quatinus agnitis presentibus, predicto vigesimo quinto die datarum presencium, ad predictam parochialem Ecclesiam, dicte domine in causam attracte, personaliter accedere, Ibique premissum Juramentum eiusdem, si deponere voluerit, exaudire, et tandem seriem eius fide vestra christiana mediante, Nobis suomodo rescribere debeat. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum loco et termino in prenotatis, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quinto.

(P. H.)

Lecta.

Eredetiye papiroson, a Domokos család levéltárában.

593.

A szentkirályi paulinus kolostor perjele Vecsei Antal bizonyítja, hogy Toldalagi Mihály, Barabás fia, s testvére Zsófia s annak férje Borbátvizi János nagy-ercsei jobbágytelkeik felét s ottani halastavokat elcserélték a szentkirályi kolostor Toldalagon lévő halastavának feléért, s kötelezték magokat, hogy a kolostor Unokán lévő birtokát és jobbágyságait védelmezni fogják. Kelt a szentkirályi kolostorban 1535. márczius 16-án.

Nos frater Antonius Vechey Prior, totusque Conuentus fratrum Heremitarum ordinis Sancti Pauli primi Heremite Claustri Beate Marie Virginis de supra Szentkiraly fundati, Damus pro memoria quibus expedit vniuersis, Quod Nobiles Michael et domina Sophia, heredes et filij pie memorie Nobilis Barnabe de Toldalagh, et Johannes Borbatvizi vir et maritus domine Sophie, ad nostram venientes presenciam, fecerunt nobiscum et cum claustro tale concambium. Pro directa medietate cuiusdam piscine ad nos pertinentis, nunc quidem desolate, donauerunt nobis partem mediam omnium Jobagionum sessionalium, in quarum sessionibus in presenciarum quatuor Jobagiones inhabitant, quorum nomina Ceegij Paulus, Thomas Benke, Blasius Sipos et Blasius Naagh, cetere desolate, que medietas ex parte ecclesie parochialis consistit, cum omnibus vtilitatibus, terris arabilibus, fenetis, pascuis, cultis et incultis, nemoribus, syluis, molendinis, aquarum decursibus, ac unam piscinam, que omnia in Naagh Erche existunt, insuper florenos duodecim, quibus tunc pisces euacuauerunt de piscina, ac directam possessionis in predicta Erche medietatem, vt prefertur, absque omni contradiccione, Et nos similiter in concambium donauimus predictam medietatem piscine desolate predicte in possessione Toldalag site predictis dominis Nobilibus Michaeli filio condam Barnabe de Toldalagh ac domine Sophie filie eiusdem coniugi nobilis Johannis Barbatvizi, ac eidem Johanni Barbatvizi, parili consensu, cum omnibus suis vtilitatibus, ac locis molendinorum, aquis et aquarum decursibus tantum, Imo dedimus et, contulimus irreuocabiliter tenendam pariter et habendam ipsis et suis heredibus ista condicione tamen, quod si heredes horum, filij vel filie ex his nati defecerint, mox omnino predicta piscina in predicta possessione Toldalag sita totaliter cum omnibus

suis vtilitatibus et molendinorum locis, ac molendinis, ad nos et Clastrum nostrum deuoluatur absque omni contradiccione, Ita tamen, quod vtraque pars se mutuo in his manutenere et defensare teneantur suis, et si qua parcium hanc ordinationem infringere conaretur, extunc sit harum vigore litterarum conuictus in ducentis florenis auri puri, Dempto, quod fenile meum, quod hactenus ad nostram domum vsus sum, quod est in valle Zopollya velgh, habeam semper. Preterea adstrinxerunt se predicti Nobiles, terras nostras et bona, ac Jobagiones de Vnoka tueri in omnibus eorum Juribus. Hec acta et ratihabita sunt coram dominis Nobilibus, honorabili domino Benedicto plebano de Toldalagh, Thoma Warsanij de Almas, Bernaldo Jarajj. In cuius rei memoriam, robur et testimonium presentes Sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum in Claustro vbi supra in feria tertia post Judica dominicam, Anno domini Millesimo, Quingentesimo Tricesimo Quinto.

A kolosmonostori convent 1771-diki hiteles átiratából, a gr. Toldalagi család radnótfáji levéltárából közöltem **Történelmi Tár 1888. évf. 94. l.**

594.

Altorjai Apor László a Kézdi széken Bélafalván lévő Máté Domos Jakab-féle székely örökséget Polyáni Veres Györgynek 25 magyar forintért örökösen eladja. Kelt Altorján 1536. ápr. 25-én.

Nos **Ladislaus Apor de Althorya** ad vniuersorum noticiam memorie commendamus per presentes, Quomodo nos quibusdam nostris necessitatibus nos ad presens sumpme vrgentibus evitandis quendam (*igy*) **nostram hereditatem siculicalem domokos mathe Jakab vocitatem** et ab eodem Jacobo domokos mathe presente filio suo Valentino et patri suo in nullo contradicente precio perpetuo emptam, **in villa sew possessione Belaffalwa in Sede Kyzdi**, parte ab orientali inter hereditates agilium pauli Mathe parte vero occidentali petri Bechyek habitam et existentem, simulcum sessione et vniuersis terris arabilibus, fenetis, silvis, necnon alijs ad candem hereditatem siculicalem pertinencijs iam ad nos de Jure spectantibus et de Jure pertinere debentibus, ex consensu et voluntate filiorum

puerorum omniumque fratrum et consanguineorum nostrorum et nullo nobis contradicente, agili **Georgio Weres de pulyan** ac eius heredibus et successoribus in filios filiorum pro viginti quinque florenis hungaricalibus **in puris asperis et bonis** ab eodem plene et integraliter levatis et habitis, precio perpetuo, perpetue et irreuocabiter possidendam tenendam pariter et habendam dedimus, donauimus et contulimus, immo donamus damus et contulimus (*igy*). Assumpimusque nichilominus annotatum Georgium Weres ac eius heredes et successores omnesque fratres et consanguineos eiusdem in pacifico dominio prescripte hereditatis domocos mathe Jakab dicte simulcum omnibus vtilitatibus ad eandem pertinentibus contra quoslibet impeditores causidicos et actores, **iuxta antiquam laudabilem consuetudinem sedis Kyzdi dicte**, proprijs nostris expensis laboribus et fatigijs protegere, tueri et conseruare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes has litteras nostras sigillo nostro pendenti duximus roborandas. Et in hac siquidem arenda et paccione presentibus ibidem Egregijs Michaele et Joanne Apor de Althorya dicta, Lazaro Therek de Karathna, Bartholomeo Bernald de Peselnek, ac petro scholastico similiter de Althorya, alijsque quampluribus fidedignis testibus presencialiter ad hec rogatis et vocatis. Datum in sepefata Althorya, in edibus nostris, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo sexto vigesima quinta die mensis Aprilis.

Eredetiye, függő pecsétje nélkül, a **báró Bálintitt család levéltárában**. – Közölte Deák Farkas, **Hazai Oklevéltár. Bpest. 1879. 379. sz.**

595.

Miklós bölöni lelkész és szent széki közjegyző bizonyítja, hogy Altorjai Apor László a Bélafalván lévő Máté Domokos Jakab-féle székelly örökséget 25 forintért Polyáni Veres Györgynek örökösen eladta. Kelt Al-Torján 1536. ápr. 25-én.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum inspecturis Nicolaus sacerdos plebanus de Bolon etc. apostolica auctoritate publicus notarius Salutem in salutis largitore, Quoniam ea que fiunt volubilitatis in tempore simul labuntur cum tempore et rem gestam ipsa

volubilitas celat ab hominum memoria, Ideo virorum proborum adinvenit solercia eorum posteris memorialiter reservanda, ut litterarum patrocinio roborentur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod egregius dominus **ladislaus apor de also-torya** coram nobis constitutus personaliter hereditatem suam **in villa Byelafalva** situatam, Mathe damokos yakab vocitatum, cum omnibus vtilitatibus suis, simul cum terra culta et inculta, et ad eandem pertinentibus sev exspectantibus, de consensu filiorum sev puorum et omnium cognatorum suorum, nullo contradicente seu contradictore existente, vendidit et tradidit **georgio Veres de Polian** et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus in filios filiorum iure perpetuo et irrevocabiliter ac pacifice possidendam pariter et habendam, pro viginti quinque florenis argenteis, quos plene ab eodem recepisset. Assumpmens nihilominus predictus egregius apor eundem Georgium Veres de polian et suos proximos ac heredes secundum vsum et consuetudinem sedis kyzdy ab antiquo approbatam proprijs laboribus et expensis expedire ab hominibus ratione hereditatis Mathe damokos iakabh et suarum vtilitatum volentibus molestare. In cuius Rei memoriam litteras nostras patentes ad instantem petitionem parcium eidem rogatus et requisitus conscripsimus ac sigilli nostri munimine roboratas consignauimus. Date in also torya in domo predicti egregij domini ladislai apor, anno domini Millesimo quingentesimo trecesimo sexto, Indiccione nona, die vero vigesima quinta Mensis Aprilis, presentibus ibidem Michaele apor, Johanne apor de eadem also torya, Michaele cheh de Zentkatolna, Bartolomeo Bernaldh de Peselnekh, petro scolastico de also torya, alijsque quampluribus fidedignis testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis.

Eredetije pergamenen, ép gyűrűpecséttel, két példányban, a **báró Bálintit család levéltárában**. – Közölte Deák Farkas, **Hazai Oklevéltár**. 380. sz.

596.

Majlád István erd. vajda és székely ispán Csernátoni Domokos Mihály pereit, a moldvai hadjárat miatt, a had leszállása után tartandó legelső országgyűlésre halasztja. Kelt Szász-Kézden 1536. május 6-án.

Nos Stephanus Maijlath Waijwoda Transsiluanus et Sicularum Comes etc. Damus pro memoria. Quod Nos vniuersas causas Egregij et Agilis Michaelis Domokos de Charnathon, tam ipsius contra alios, quam aliorum contra ipsum, eo quod ad presentem expeditionem contra Insultacionem Moldauicam vniuersos tam Nobiles quam Siculos consurgere coacti sumus, pro defensione Regni, Ita sicuti aliorum coram nobis causancium causas, distullimus ad Generalem Congregationem Regni post descensum belli presentis primitus celebrandam, prorogare et differre decreuimus, Immo prorogamus et differimus presencium litterarum nostrarum testimonio mediante. Datum in Zaazkijzd feria sexta proxima post festum Sacratissimi Corporis christi, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Sexto.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije papiroson a **Domokos család levéltárában.**

597.

Majlád István erd. vajda Angyalosi Mózes részére átírja és kiadja János királynak 1534. oct. 28-dikán kelt levelét. Kelt Kolozsvártt 1537. ápr. 30-án.

Nos Stephanus Maijlath, Wayuoda Transsiluanus et Sicularum Comes etc. Damus pro memoria Quod cum in causa racione Markosfalwa vocata, in Sede Kijzdij existentis habite (*igy*) pro parte Egregiorum et Agilium Michaelis Damokos de Alchernathon, et Pauli Becz de Zenthkozmademijen, contra Agilem Moijses de Angijalos, quedam littere Regie Maiestatis, domini nostri graciousissimi, Noui Judicij per Paulum Mathijas de dicta Chernathon, producte fuissent In Iudicio coram nobis. Mox Matheus Bernald de Alchernathon legitimus procurator prefati Moijses Angijalossij in persona eiusdem nostram Judiciariam exurgendo presenciam, paria litterarum per nos eidem dari Instanter Juris sui ad cautelam postulauit, hunc tenorem continencium Joannes dei gracia Rex Hungarie stb. (*Lásd fõntebb 590. sz. alatt.*) Quas nos de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali, variacioneque sine omni, transcribi et transsumpmi presentibusque litteris nostris patentibus inse-

rifacientes, pro annotato Moijse Angyalossij Juris sui ad cautelam duximus concedendas, emanarique faciendas et extradandas, communi Justicia suadente. Datum in Ciuitate Koloswariensi feria secunda post, dominicam Cantate, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Septimo.

(P. H)

Lecta.

Eredetije papiroson, a Domokos család levéltárában.

598.

Majlád István erd. vajda és székely ispán a Domokos Mihály és Becz Pál által Angyalosi Mózes ellen a márkosfalvi Szép Péter-féle székely örökségért folytatott perben hozott ítéletét, – mely szerint a János király által kiadott perujítási engedélyt, minthogy a pert a felperesek 60 nap alatt meg nem ujitották, erejét vesztettnek nyilatkoztatta, – a felperesek kívánsága s a király parancsa szerint János király elébe fölterjeszti. Kelt Kolozsvártt 1537. május 4-én.

Serenissime Princeps, et domine domine mi naturalis clementissime, fidelium seruiciorum meorum perpetuam commendacionem. Nouerit Maiestas Vestra Serenissima Quod cum in presenti termino Egregij et Agiles Michael Damonkos de Alchernathon, et Paulus Becz de Zenthkozmademijen, personaliter astantes, medio Pauli Matthijas procuratoris ipsorum, eisdem adherentis, In quadam causa quam ipsi contra Agilem Moysen de Angijalos, in facto cuiusdam hereditatis Siculicalis olim Petri Zep dicti in possessione Markosfalwa vocata, in Sede Kijzdij existente habite resuscitare Intendebant, Quasdam binas literas, primam videlicet Maiestatis Vestre Serenissime graciosas, per modum Noui Judicij confectas, In Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo quarto in festo Beatorum Simonis et Jude apostolorum thorde emanatas, In qua Maiestas Vestra Serenissima mihi inter cetera mandauerat, vt predictas ambas partes ad vnum certum et breuem terminum in mei convocare presenciam, et predictam causam Inter eos de nouo reuidere, et si prefati exponentes meo Judicio non contentarentur, tunc In curiam Maiestatis Vestre Serenissime transmittersse deberem, Alteram vero meam preceptoriam Anno tunc Inmediate sequenti feria secunda

proxima post festum Epiphaniarum domini, In oppido Zekelwasarhel datam, cum qua prenominati actores annotatum Moijsen Angijelossij penes prescriptum Nouum Judicium amonere et euocare debuissent, voluissentque, et euocassent, In Judicio exhibuissent coram Nobis, tunc idem Moyses Angijelossij sic euocatus, (causa ipsa ab eo tempore per diuersas prorogaciones ad presentem terminum nostram in presenciam dilatiue deveniente ventilanda) modo simili personaliter astans, medio Mathei Bernald procuratoris sui sibi similiter adherentis, Accepta prius paria prescriptarum literarum Noui Judicij, respondit, Qualiter predicti actores ipsum vigore illarum literarum in causam attrahere nequiuissent, et ad respondendum vel Juri standum cogere non valerent, Nec ipse ad easdem literas respondere sed nec Juri stare teneretur neque vellet. Quia cum illo Nouo Judicio ipsum nec ammonuissent, nec euocassent, Sed saltem cum predictis literis nostris preceptorijs. Sicuti autem ex datis earundem literarum videre liceret, dum ipsas literas nostras preceptorias penes prescriptum Nouum Judicium extraxissent, tum iam terminus Sexaginta dierum ad exequendas huiusmodi literas a lege et consuetudine prefixus dudum preterijsset, Quo expleto vigor literarum Noui Judicij expirasset, postulans prefatus attractus per Nos sibi exinde Juris equitatem impertiri. Cum autem perspectis et computatis diebus datarum ambarum literarum Juxta continencias Tricesimi tercij articuli prime partis generalis decreti superinde conscripti et stabiliti Judicialiter pronunciassemus, Annotatos actores literas illas viribus destitui permisisse, et antefatum in causam attractum cum illis ad Juri standum et respondendum cogere non posse, Tunc Idem Actores allegant(es) terminum exequucionis huiusmodi literarum Noui Judicij Regiarum non Sexaginta saltem, sed integrum annum et tres dies esse, Aliud autem, quod istud Nouum Judicium, quia ab alio Nouo Judicio Serenissimi principis quondam domini Ludouici Regis, coram Nobis similiter producto, Quod etiam absque exequucione reuisionis permansisset, Et quod lis et causa ista ab eo tempore per premissas diuersas prorogaciones inter ipsas partes iam contestata esset, (Quod tamen Nos minime potuimus Inuenire), viribus ergo destitute non essent, nostro Judicio contentari nolentes, In curiam Maiestatis Vestre Serenissime transmitti instanter prouocarunt. Et quia secundum contenta articuli eiusdem

decreti de Siculis Transsiluanis editi, quelibet causa in factu hereditatis Siculicalis, supra tres florenos valentis, vertens transmitti consuevit, atque debet, Quamuis hec deliberacio nostra precise et, directe non factum hereditatis sed literarum dumtaxat concernere videbatur, Quia tamen ipse in facto hereditatis emanate esse, et causa ipsa factum hereditatis tangere, et deliberacio ipsa ex eodem facto pendere apparebat, Cum igitur ex eo, tum vero quod Maiestas Vestra Serenissima transmitti mandasset, cuius mandato mihi modis omnibus obtemperandum esset, et ipsi actores instanter postulabant, et quia In dominio hereditatis annotatus attractus existere Intellegebatur, et facilius esset sibi deduccionem cause sufferre, quam prelibatis actoribus extra dominium existentibus, Ob hoc pro termino coram Vestra Maiestate Serenissima comparendi ipsis partibus Quadragesimum diem datarum presencium prefigendo, causam sew deliberacionem nostram prescriptam ad curiam Maiestatis Vestre Serenissime duximus transmittendam, factura Maiestas Vestra Serenissima Id quod Juri videbitur expediri. Altissimus dignetur Maiestatem Vestram Serenissimam ad sua vota semper foelicissimam conseruare. Datum in coloswar In crastino festi Inuencionis Sancte crucis. Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Septimo.

Vestre Maiestatis Serenissime Seruus fidelis
Stephanus Maylad Waijuoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc.

János király 1537. jun. 12-én kelt ítéletleveléből, a **Domokos család levéltárában.**

599.

János király Majlád István erd. vajdának és székely ispánnak a Domokos Mihály és Becz Pál perében hozott ítéletét megsemmisítvén, a pert a vajda törvényszéke elébe eldöntés végett visszautasítja. Kelt Váradon 1537. június 12-én.

Nos Joannes dei gracia Rex Hungarie Dalmacie croacie etc. Damus pro memoria. Quod Nobis feria secunda proxima post octauas festi Sacratissimi corporis christi nunc preteriti, vnacum nonnullis dominis prelatis ac Baronibus, et huius Regni nostri Nobilibus hic

Waradini Nobiscum constitutis et existentibus, Egregius et Agilis Michael Damonkos de Alchernathon, Juxta continenciam literarum fidelis nostri Spectabilis ac Magnifici Stephani Maijlad de Fogaras, Wayuode nostri Transsiluanensis et Sicularum nostrorum Comitis transmissionalium, In quadam causa inter eundem ac Agilem Paulum Becz de Zenthkozmademijen, vt actores ab vna, ac Agilem Moijsen de Angijelos, veluti in causam attractum partibus ab altera confectarum, in figura nostri Judicij personaliter comparentibus, easdem litteras transmissionales nostrum Judicarium produxit in conspectum. Quarum quidem litterarum supra scripcio ab extra talis est. Domino Regi Hungarie dalmacie croacie etc. Infra scripcio vero, Vestre Maiestatis Serenissime Seruus fidelis Stephanus Maijlad Waijuoda Transsiluanus et Sicularum Comes etc. continencia autem verbalis earundem hoc modo sequitur. Serenissime Princeps et domine *stb.* (*Lásd fõntebb 1537-re 598. sz.*) Quibus exhibitis et presentatis prefatus Michael Damonkos per Nos in premissis Juris equitatem supplicauit elargiri. Verum quia prout ex seriebus et continencijs prescriptarum literarum dicti Waijuode nostri, scilicet responsione predictarum parcium coram eodem Waijuoda nostro facta edocebamur, prescripte litere nostre Noui Judicij pro parte antefati Michaelis actoris extradate vigorose esse neque viribus destitute, Nam et alioqui iuxta continencias Tricesimi tercij Articuli prime partis generalis decreti, nulla mencio de Inuigrositate literarum Noui Judicij, sed de literarum dumtaxat Statutoriarum, Reambulatoriarum, Amonitoriarum, et breuium Euocationum expressa sit, ob hoc prenarrata Iudiciaria deliberacio ipsius Waijuode nostri cassari et Inualidari, prescriptasque literas nostras Noui Judicij vigorosas, ac dictum Moijsen in causam attractum Juxta adquisicionem nouasque propositiones et excepciones ipsius actoris de Jure respondere, Juri que stari cogi debere, Nobis ac prefatis dominis prelatis, Baronibus, Regnique nostri Nobilibus, Nobiscum in discussione et examine presentis cause pariter constitutis perspicue agnoscebatur, de quorum consilio prematuro Nos predeclaratam prefati Waijuode nostri Iudiciariam deliberacionem cassantes et penitus Inualidantes, causam premissam ad Tricesimum secundum diem Regressus ipsius Waijuode nostri Transsiluaniam, pro sui execucione et perfeccione rursus in presenciam suam duximus remittendam.

Datum Waradini tercio die termini prenotati, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo septimo.

Kivül: Supor deliberacione cause Introscripte Pro Egregijs et Agilibus Michaelae Damonkos de chernathon et Paulo Becz de Zenthkozmademijen, contra Agilem Moijsen de Angijelos, pro perfectione et exequcione eiusdem cause in presenciam Waijuode nostri Transsiluani et Siculorum nostrorum Comitum, ad terminum Intronominatum Remissio.

Hátára jegyezve: 1537. feria 2-a in profesto Beate Barbare virginis, Tricesimo secundo scilicet die felicis regressus domini Magnifici in Balwanijos. A. videlicet Michael presente medio Nicolai Thoth pro eodem Michaelae et pro altero quoque A. comparendo exhibuit presentes, et pecijt executionem et perfectionem. I. non venit neque misit, convictus in amissione cause sue. Commissum est Actoribus restatui hereditatem.

1538. Sabatho dominice Cantate, ad quod deuenit, Tborde, in congregacione, anichilata est ex quo non fuisset prefixus xxxij. dies, similiter Sentencia ad presentes facta, ergo remittuntur Bona Moijsi, et A. procedat cum Nouo Iudicio, cui datus est vigor.

Eredetije papiroson, zárlatán a királyi ép pecséttel, a **Domokos család levéltárában.**

600.

Altorjai Apor László, Oltszemei Mikó János, Köröspataki Kálnoki Péter, Altorjai Apor Balázs, Matisfalvi Csató György Kézdi széki kapitány és Albisi Both Bertalan Kézdi széki bíró jelentik Majlád István erd. vajdának, hogy parancsa szerint Domokos Mihályt és Becz Pált a néhai Szép Péter márkosfalvi örökségébe beigtatták. Kelt Márkosfalván 1537. dec. 15-én.

Seruicium fidele Spectabilis et Magnifice domine domine nobis graciose. Noueritis nos literas vestre Magnificencie scilicet preceptorias et adJudicatorias nobis porrectas summo quo decuit honore recepisse, ac quo propterea necesse fuit accessisse, Ibiqum omnes possessiones et hereditates Agilis Petri Zeph de Markusfalva, cum omnibus suis vtilitatibus et ad ea de Jure pertinere debentibus,

videlicet Sessionibus Molendino fenetis terrisque arabilibus aliisque de Jure ad ea spectantibus et de Jure ad ea pertinere debentibus, Intra metas et limites dicte possessionis Markusfalwa habitas et existentes, Quasquidem hereditates Agilis Moijses de Angelus Impri-mitiuis vttere et regere ac possidere videbatur et dinoscebatur, Egregijs Michaeli Domokos de Alchernathon, et Paulo Becz de S. kozma demijen Induximus et restatuimus perpetue et Irreuocabiliter possidendas pariterque et habendas atque tenendas. Qui quidem Agilis Moijses dictus ipso die et termino Induccionis et restatucionis ostendit nobis quasdam literas, quas fore dicebat literas Serenissimi et Illustrissimi principis domini domini condam Regis Hungarie ludovici, Nos vero vigorem literarum dicti Serenissimi domini regis ludovici minime curantes, dictas hereditates et possessiones dicti Petri Zeph de dicta Markusfalwa dictis Egregijs Michaeli Domokos et Paulo Becz, ut prefixum est, Induximus et restatuimus perpetue possidendas pariter et habendas, presentibus autem Egregijs Paulo Beldij de Wzon, francisco Mihalcz de Gelencze, Nicolao mikes de papolcz, et Emerico appor de felthorija aliisque quam pluribus ad id specialiter rogatis et vocatis. Ex Markusfalwa feria sexta post festum diue lucie virginis proxima Anno virginei partus Millesimo Quingentesimo Tricesimo Septimo.

Ladislaus Appor de Althorija
Joannes Miko de Oltzeme Petrus
Kalnaki de kerespathak Blasius Ap-
por de Althorija Georgius chijatho de
Mathisfalwa Capitaneus, ac Bar-
tholomeus Both de Albis, Judex
terrestris sedis kijzdij parati queuis
ad precepta et seruicia vestre Ma-
gnificencie conscienciose Rescripsi-
mus.

Kivül: Spectabilj ac Magnifico domino Stephano Maijlad Waij-
uodeque Transsiluano et domino nobis graciousissimo.

Eredetije papiroson, zárlatán több pecsét töredékeivel, a **Domokos család levéltárában.**

601.

Majlád István erd. vajda és székely ispán a márkosfahi székely örökségért János király perujtási engedélyénél fogva megújított perben, Báthori István nádornak 1523. martius 19-én kelt s Angyalosi Mózes által bemutatott ítéletlevelét Domokos Mihály és Becz Pál részére átírja és kiadja. Kelt Tordán 1538. május 18-án.

Nos Stephanus Maijlad Waijuoda Transsiluannus et Siculorum Comes etc. Damus pro memoria, Quod cum in presenti termino, in quadam causa, per Egregios et Agiles Michaellem Damokos de Alchernathon, et Paulum Becz de Zenthkozmademijen actores, in facto hereditatis condam Petri Zep, In possessione Markosfalwa, in sede Kijzdij existente habite, contra Agilem Moijsen de Angijalos, vigore litterarum Noui Judicij Serenissimi Principis et domini domini Joannis dei gracia Regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. domini nostri clementissimi, resuscitata infrascripte littere Magnifici domini condam Stephani de Bathor, tunc Palatini Regni Hungarie, ac Judicis comanorum, et Comitiss Themensiensis, necnon domini condam Ludouici Regis Hungarie et Bohemie etc Locumtenentis, adJudicatorie et remissionales, tenorem litterarum prefati domini moderni Regis nostri clementissimi, tunc Comitiss perpetui terre Scepusiensis, Waijuodeque Regni parcium istarum Transsiluanarum, et Comitiss Siculorum, consimiliter AdJudicatoriarum et Transmissionalium, in se continentes, per prefatum Moijsen Angijalossij, in causam attractum, medio Lazaris Benkew de dalnok procuratoris sui producte fuissent, In Judicio coram nobis, Mox Matheus Nagh de Chijkzen-gijergh procurator annotatorum Michaelis damokos, et Pauli Becz actorum, eijsdem adherens, paria earum per nos eijsdem dari postulauit Juris eorundem ad cautelam, Quarum tenor Is est, Nos Stephanus de Bathor stb. (Lásd: 1523. mart. 19-re 569 sz. a.) Quas Nos de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali, variacioneque absque omni transscribi et transsumptumque earum pro annotatis Michaelle Damokos, et Paulo Becz, Jurium ipsorum ad cautelam concedendas duximus emanarique faciendas, et extradandas Justicia suadente, Datum in Oppido Thor-

densi, Sabatho dominice Cantate, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo octauo.

Lecta cum tenore.

(P. H.)

Eredetije papiroson a **Domokos család levéltárában.**

602.

Majlád István erd. vajda és székely ispán a Domokos Mihály és Becz Pál Angyalosi Mózes elleni perét a közelebbi böjt első vasárnapjára elhalasztja. Kelt Fogarason 1538. júnus 13-án.

Nos Stephanus Maylad Wayuoda Transsiluanus et Sicularum Comes etc. Memorie commendamus per presentes Quod Nos tum ad supplicacionem nonnullorum Egregiorum et Nobilium, tum vero ex beneuolencia nostra, causam illam, et differenciam, que inter Egregios et Agiles Michaellem Domokos de Chernathon, et Paulum Becz de Zenthkozmademijen, ab vna, ac Moistem de Angelos, partibus ab alia racione certorum negociorum mota esset, et suscitata, ad dominicam Inuocauit, primam scilicet dominicam Quadragesime proxime future, differendam duximus, et prorogandam, prout differimus, et prorogamus, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Datum in fogaras, in festo Beati Anthorij confessoris, Anno domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo octauo.

(P. H.)

Ad relacionem Egregij Mathei daczó, seruitoris domini Comitum et Waijuode.

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

603.

Majlád István erd. vajda és székely ispán megparancsolja Babos Istvánnak és Erzsébetnek, Besenyei Gáspár nejének, hogy Borosnyai Istvánnak Borosnyón és az Avas erdőben lévő elzálogosított örökségét, a 7 forint zálogösszeg föl vételével, bocsássák vissza. Kelt Fogarason 1539. dec. 16-án.

Stephanus Maijlad de fogaras, wayuoda Transsiluanus et Siculorum Comes etc. Agili **Stephano Babos** et honeste domine **Elizabeth** consorti **Gasparis de Besenijw**, Salutem et fauorem. Dicitur nobis in persona Agilis **Stephani de Borosnijo** Qualiter ipse vobis, de Illis septem florenis, pro quibus hereditas sua in ipsa possessione **Borosnijo** adiacens et Silua **Awas** vocata aput vos in pignore esset, satisfacere eademque hereditatem et siluam a vobis redimere et rehabere presto foret atque vellet. Pro eo requirimus vos et nichilominus vobis harum serie in persona Regia firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus prescriptos septem *) ab annotato exponente tollere et leuare, pretactamque hereditatem et siluam eidem remittere debeat et teneamini, Jure suo possidendam. Alioqui in prima Sede vestra Judiciaria Sepsij, ad instanciam ipsius exponentis comparere Jurique stare ac respondere, et rationem reddere teneamini, Et ipsa Sedes racione premissi negocij inter eundem exponentem, et vos, in eadem prima Sede absque omni dilacione bonum et rectum Judicium facere, et si ipse exponens Judicio ipsius Sedis contentari noluerit quouismodo, Tunc eadem Sedes causam ipsam ad locum interrogacionis solito modo consueto transmittere debeat maturius reuidendam et determinandam. Secus Igitur non facturi, presentibus exhibenti restituti. Datum in oppido nostro fogaras predicto, feria tertia proxima post festum Beate lucie virginis, et martiris, Anno domini Millesimo quingentesimo Tricesimo nono.

De commissione domini Comitis
et waijuode etc.

Eredetiye papiroson, a **székely Muzeumban**.

604.

Petrovics Péter temesi ispán, Török Bálint főkapitány és Fráter György váradi püspök és kincstartó fölszólítják Lázár Jánost, Kornis Miklóst, Geréb Pétert és Mihályfi Tamást, hogy Bornemisza Boldizsárral, kit a királyi hadakkal az ország nyugalma föntartása végett hagytak Szász-Sebesben, értsenek egyet és őt szükség esetében segítsék. Kelt Déván 1540. aug. 20-án.

*) Kimaradt: **florenos**.

Agiles et Egregij Domini Amici Nobis honorandi, Salutem et nostri commendacionem Qvemadmodum nos coram dominacionibus vestris predixeramus futuras gentes Regie Maiestatis in suis Arcibus ad reprimendos conatus illorum, qui vellent publicam quietem Regni perturbare, reliquimus et Egregium dominum **Balthasarem Bornem-ijza**, in Ciuitate Zazsebes, non exercende contencionis causa, sed defensionis, itaque dominaciones vestre sint ipsis omni studio et auxilio, et si qua in re dominacionibus vestris opus erit, absque Jactura Regni et Regnicolarum presto erunt, iuxta Informacionem dominacionum uestrarum, cum quo ut mutuam habeant intelligenciam rogamus, nam preter commodum Regni nihil aliud optamus aut requirimus. Datum ex Dewa in festo Sancti Stephani Regis, Anno 1540.

Petrus petrowyth, Comes Themesiensis etc. Valentinus Thewrek, Capitaneus generalis etc. Frater Georgius, Episcopus Varadiensis, Thesaurarius etc.

Kivül: Agilibus et Egregijs dominis, **Joanni lazar, Nicolao Kornys, Petro Gereb et Thome Myhalffy** etc. amicis nobis honorandis.

Eredetije zárt levél alakban, 2 veres és egy sárga viaszba nyomott pecséttel, a **Rhédey család levéltárában Kolozsvár**tt. – Kiadva **Hazai Okmánytár V. köt. 440. 1.**

605.

Majlád István erd. főkapitány fejoesztés terhe alatt fölszólitja a brassai és bárczasági szászokat, hogy a székelyek ellen, kik fejenként fölkelve jövő kedden Segesvár mellé a sárdi rétre fognak gyülekezni, küldjenek Segesvárra azon napra hozzá 300 puskást, vagy pedig a város és kerület összes lovasainak és gyalogjainak felét küldjék el. Kelt Udvarhelyen 1541. január 21-én.

Prudentes et Circumspecti domini amici et vicini nobis honorandi Salutem, Intelligitis ex Nunccijs dominorum sicularum qualiter **omnis sedis Siculicalis, per singula Capita, Tam scilicet equitibus quam pedibus** (propter extinccionem Ignis quis nunc per tales ortus

sit quij non vnum quidem Jobagionem in hoc Regno habent) **penes segeswar In Saard Rijttthe feria tertia ventura constituetur**, pro Cuius Ignis extincione, vos quoque adiutorio esse Necessarios statuimus, Nam In tali insurrectione talis sedicio et clades solet evenijre, que inter alias naciones maiori in parte nocumento dominorum saxonum evenire solitum est, Ideo dominaciones vestras Rogamus et eciam firmissime committimus Quatenus Trecentos pixidarios statim per vos conductos ad feriam tertiā proximam dictam, Illuc ad segeswar mittere debeatis, vbi nos quoque deo volente intererimus, Si vero Trecentos pixidarios dare difficultatis, integra media pars Tam scilicet equitibus quam peditibus Ciuitatis vestre et districtus terre barcha Insurgere debeat, quos ad diem premissum Illuc sine omni occasione cum vestro vexillo et Timpano mittalis Nec secus sub amissione Caputum vestrorum feceritis Datum ex oppido Wdwarhelij feria sexta post beati pauli primi heremite Anno 1541.

Stephanus Maylad

Capitaneus Transsiluanensis etc.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis dominis Judici et Juratis ciuibus ciuitatis Brassouiensis Necnon terre Barcza ad eandem pertinentis etc. Amicis et Vicinis Nobis honorandis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

606.

Fráter György váradi püspök, kincstárnok és királyi helytartó Brassó város tanácsának kérelmére megengedi, hogy a város a Fogarasban a székelyek ellen hozott ítélet végrehajtását s a székelyek letartóztatását addig függeszsze föl, míg a székelyek a megújított perben új ítéletet nem nyernek. Kelt Kolosmonostoron 1542. nov. 5-én.

Prudentes et Circumspecti domini, Amici honorandi Salutem et nostri commendacionem. Accepimus literas dominacionum vestrarum in quibus rogant Nos vt **ab arestacione Siculorum, quo in execucione sentencie fogarasiensis fieri deberet**, dominaciones vestras liberas faceremus, causamque quo magis hoc eisdem concederemus adduxistis commercium, quo Siculi cum colonis dominacionum vestrarum vterentur, cuius violacio sine magna factura ciuitatis fieri

non posset, Nos quidem pro nostro erga vos studio libenter hoc dominacionibus vestris concederemus, tamen eiusmodi Judiciariam deliberacionem longa consuetudine Regni approbatam, nec sine publica Juris violacione, nec sine diminucione Authoritatis nostre, mutare possumus, vt, quo Jure omnes Regnicole vterentur, Id per priuatam concessionem, non sine multorum offensione impediremus, Itaque cum Juribus et libertatibus Regni dominaciones quoque vestras inseruire oporteat, Rogamus easdem, Ne id a Nobis fieri postulent, quod cum diminucione existimacionis nostre coniunctum esse videretur, Ceterum cum Siculi Nouo Judicio causam eorum prosequi statuerint, interim quo causa ipsa alium Juris processum fuerit consequuta, dominaciones quoque vestre, ab arestacione Sicularum libere esse pote(runt). Dominaciones vestras bene valere optamus, Datum in (Colo)smonostra in festo Beati Emerici Ducis, Anno domini 1542.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis
Thesaurarius et locumtenens etc.

Kivül: Prudentibus et Circumspectis dominis Judici Juratis ciuibus Ciuitatis Brassouiensis. Amicis honorandis.

Eredetije **Brassó város levéltárában.**

607.

Szamosfalvi Mikola László erdélyi királyi alhelytartó megparancsolja több Kézdi széki előkelő székelynek, hogy Márkosfalván a hely színén tartsanak vizsgálatot az iránt, hogy Márkosfalvi Török Mátyás, midőn a néhai Szép Péter-féle székely örökséget ítélettel megnyerte és birtokába vette, nem foglalt-e el némely oly örökségeket is, melyek a perrel megnyert örökséghez nem tartoznak, s melyeket Domokos Mihály és Becz Pál régtől fogva békésen birtak. Kelt Szamosfalván 1544. július 5-én.

Ladislaus Mijkola de Zamosfalwa in Regno Transsiluanie Vicelocumtenens Regius etc. Egregijs et Agilibus, Lazaro Kwn de Osdola, Michaeli Cheh de Zenthkatholna, Clementi Gethffy de Mathijsfalwa, Adriano Bekes de Maxa, Simoni de Borosnijo, Joanni Mijkes de Zabola, Georgio Mijhacz de Illefalwa, Francisco chijerijek

de Zolthan, alteri francisco Mijhalcz de Gelencze, Joanni Mijko de Oltzeme, et Michaeli Apor de Thorija. Salutem et amicicium paratam cum honore. Noueritis Quod Nobis feria secunda proxima post festum visitacionis Beatissime Virginis Marie, vna cum nonnullis dominis et harum parcium Regni Transsiluanarum Nobilibus pro faciendo moderatiuo Judicio causancium, in Sede nostra Judiciaria sedentibus, Agilis Valentinus fanchalij, Nunccius Sedis Wdwarhel retullit. Qualiter inter Egregios Paulum Becz de Zenthkozmademijen, et Michaellem Domokos de charnathon vt actores ab vna, pro quibus Joannes Both de Zeplak, ac Agilem Matthiam Thewrewk de Markosfalwa, veluti in causam attractum partibus ab altera, pro quo Adrianus Bekes de Maxa, coram nobis comparuerunt, quedam causa primum in Sede Kijzdij mota, et tandem per viam appellacionis ad sedem Wdwarhel deducta fuisset, vbi actores contra in causam attractum proposuissent eomodo, quomodo Annis superioribus inter partes ratione hereditatis Agilis condam Petri Zep, in possessione Markosfalwa vocata in Sede Kijzdij existente habite, quedam causa versata, et ad deffinitiuam sententiam deducta fuisset, In qua causa Idem in causam attractus eandem hereditatem consecutus fuisset, et cum Idem in causam attractus Justiciam execucioni demandare habuisset, certas suas hereditates Juxta adiacentes, videlicet hereditatem olim Nicolai Sijpos, cum suis pertinencijs, ac quedam; feneta komlosrheth vocata, supra et infra confluuium fluentorum chernaton et feketiejg adiacencia, Item nemora komlos Berek vocata, cum paludibus interiacentibus, in quorum pacifico et quieto dominio Idem Actores abantiquo perstitissent, et in eisdem longo tempore prescripissent, pro se extra continenciam Judiciarie deliberacionis occupasset, potencia mediante, Quod oculata reuisione, medio Capitanei et Judicum celebranda probare asseruissent. Quo audito in causam attractus respondisset exaduerso, Quod in eadem possessione Markosfalwa non sunt alie hereditates, preter hereditatem olim Petri Zep, quam ipse cum pertinencijs occupasset, In qua causa, in Sede Wdwarhel oculatam reuisionem veluti Juste postulatam admisissent, quam nos quoque Jure admittimus, Requirimus igitur vos, et nichilominus vobis harum serie autoritate domini nostri graciousissimi qua fungimur committimus, quatinus acceptis presentibus, sub oneribus alias in talibus obseruari solitis, in festo beati Laurencij mar-

tiris nunc venturi, ad faciem possessionis Markosffalwa predicte, consequenterque porcionum possessionariarum et hereditatum litigiosarum, vicinis et commetaneis eiusdem possessionis Markosfalwa, alijs etiam quibusuis testibus, quos videlicet partes ipse voluerint, sub onere sedecim Marcarum, vestri in presenciam convocando, Ibique ab eisdem ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque Sacre Corone Regni obseruandam, easdem hereditates oculata fide rescire et investigare, Vtrum prefatus in causam attractus solummodo prescriptas hereditates annotati condam Petri Zep, vel autem prefati quoque Nicolai Sijpos, ac alia feneta et nemora superius in accione actoris denotata, pro se Idem in causam attractus per potenciam occupauerit, nec ne, sciatis, inquiratis, et experiamini meram plenam atque omnimodam certitudinis veritatem. Et post hec huiusmodi oculate reuisionis et rescite veritatis seriem, vt fuerit expediens, cum nominibus et cognominibus vicinorum et commetancorum, aliorumque testium comprouincialium, nobis ad tricesimum secundum diem prescripti festi Beati Laurencij Martiris fide vestra mediante rescribere debeatis et teneamini. Secus non tacturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum in Zamosfalwa. secundo die termini prenotati. Anno domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quarto.

Martinuzzi György kir. helytartó 1544 sept. 25-én kelt leveléből, a Domokos család levéltárában.

608.

Fráter György váradi püspök és kir. helytartó megparancsolja több Kézdi széki előkelő székelynek, hogy Kézdi-Vásárhelyen hallgassák ki Mátisfalvi Csató Györgyöt és Jánost az iránt, hogy Domokos Mihály a maga tanuit nem ígéretekkel vesztegette-é meg arra, hogy a per alatt álló örökséget a néhai Sipos Miklós örökségének vallják. Kelt Enyeden 1544. sept. 25-én.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis, Thesaurarius, Locumtenens Reginalis Maiestatis et Illustrissimi filij sui ac in Regno Hungarie et Transsiluanie Judex Generalis etc Egregijs et Agilibus, Georgio Janko de Zalan, francisco cherijek de Zolthan, Simoni de

Borosnijo, Clementi Gethfij de Mathijsfalwa, francisco Mijhacz de Gelencze, Joanni Mijko de Oltzeme, Michaeli Chel de Zenthkatolna et Benedicto Balijnth de fwthasfalwa, Salutem et fauorem Noueritis quod nobis feria quinta proxima post festum Beati Gerardi Episcopi, vnacum nonnullis dominis et harum parcium Regni Transsiluanarum Nobilibus, pro faciendo moderatiuo Judicio causancium, in Sede nostra Judiciaria sedentibus, Johannes Both de Zeplak, pro Egregijs Michaeli Domokos de Chernaton, et Paulo Bech de Zenthkozmademijen, vt actoribus ab vna, ac Wolffgangus de Lupsa, pro Egregio et Agile Matthia Thewrewk, de Markosffalwa, veluti in causam attracto, partibus ab altera. Juxta continenciam Literarum Adjudicatoriarum ac attestatarum vicelocumtenentis nostri, ac certorum hominum suorum vicelocumtenentis superinde rescricionalium in figura Judicij nostri comparendo, easdem literas adjudicatorias ac Attestatorias et Rescricionales nobis vtrinque exhibuerunt et presentauerunt. Quarumquidem literarum, videlicet adjudicatoriarum et Attestatarum tenor talis erat, Ladislaus Mijkola de Zamosfalwa in Regno Transsiluanie Vicelocumtenens etc. (*Lásd: fõntebb 607. sz.*). Quibus exhibitis procurator prefati in causam attracti allegauit eomodo, Quod prefatus actor, videlicet Michael Damokos, cum testibus suis, per eum negocium ad prescriptum productis, nocte intempesta in agro possessionis Markosfalwa ea condicione conuenissent, vt prescriptam hereditatem litigiosam ipsi testes Agilis olim Nicolai Sijpos fuisse confiteantur, et pro huiusmodi confessione certam quandam promissionem Illis obtulisset, et super hoc, coram duobus arbitris, videlicet Georgio et Joanne chato de Matijsfalwa, solemniter recognouisset, et eosdem pro testibus superinde futuris habere voluisset, et ex eo omnes testes eius, qui hereditatem litigiosam olim Nicolai Sijpws fuisse asseruissent, false et fraudulenter veluti testes redempti fassi fuissent, Quod probare vellet cum duobus prefatis arbitris. Et quia partibus Justicia fieri non poterat, nisi super premissa allegacione et obieccione procuratoris dicti in causam attracti per vos veritas inquireretur, Requirimus igitur vos, et nichilominus vobis harum serie, autoritate qua fungimur firmiter committimus, Quatinus decimo quinto die a die presenti numerando, ad oppidum Kijzdij wasarhel convenire, Ibi que prefatos duos arbitros, videlicet Georgium et Joannem Chato, sub onere sedecim Mar-

carum vestri in presenciam convocando, Ab eisdemque ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque Sacre corone Regni obseruandam, super premissa allegacione et obieccione procuratoris dicti in causam attracti, sciatis inquiratis, et experiamini meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem. Et post hec huiusmodi rescite veritatis seriem, vt fuerit expediens, Nobis ad decimum quintum diem, diei Attestacionis premissa, fide vestra mediante rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in oppido Enijed termino in prenotato. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragésimo Quarto.

(P. H)

Lecta.

Hátára jegyezve: 1545 feria tertia proxima post festum Beate dorothee virginis, discussio cause intrascripte de voluntate parcium, in eo in quo nunc existit statu, ad decimum quintum diem, diei festi Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum, dilata est et prorogata.

Joannes literatus
de Bwda m. p.

Eredetije papiroson, a Domokos család levéltárában.

609.

Szentkatolnai Cseh Mihály és két választott biró társa bizonyítják, hogy Domokos Mihály tizenöt darab szántó földét oly föltétellel hagyta Alcsernátoni Pető György és fiai kezén, hogy őt, mint eddig, ezután is szolgálják, ellenkező esetben pedig azokat tőlök visszavehesse. Kelt Al-Csernátonban 1544.

Nos Michael Che de Zenthkatolna, ac Andreas wegij de felcharnathon, ac Jacobus keneres de Alchernathon, Damus promemoria quibus expedit vniuersis et singulis presentibus pariter et futuris, Quomodo eramus Iudices Constituti, et erat coram nobis cause mote (*igy*) Inter Egregium dominum **Michaelem Domokos**, ac **Georgium Petho de Alchernathon** existentem, Quomodo habebat sew tenebat dictus Georgius Petho vnam porcionem, que tamen continebat quindecim terras arabiles, Cum tamen dictus Egregius dominus Michael Domokos volebat ab eodem Georgio Peto reacipere, fecit tamen talem condicionem, talique modo Jam dictas

terras eidem Georgio Petho relaxauit, vt si eundem Michaellem Domokos ac filios suos, videlicet Stephanum, Joannem thomam ac Paulum, voluerit seruire, extunc habeat vti, quemadmodum antea, sin vero seruire noluerit, extunc dictas terras ab eodem habet potestatem accipere absque omni Iudicio, In cuius rei memoriam firmitatemque has nostras literas sigilloque nostro munitas ac roboratas duximas destinandas, Datum ex Alchernathon, In festo Mathie apostoli et ewangeliste, Anno vero a natho Christo Millesimo Quingentesimo Quadragésimo quinto.

(P. H.) (P. H.) (P. H.)

Eredetiye papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

610.

Fráter György váradi püspök s kir. helytartó megparancsolja Osdolai Kún Lázárnak, Maksai Békés Adorjának, Torjai Apor Mihálynak és Gelenczei Mihálcz Ferencznek, hogy mint a felek által választott bírák a Csernátoni Domokos Mihály és a Nyujtódi Jánosi János özvegye közt fenforgó perben, melyet folyóást halasztgatnak, hozzanak ítéletet. Kelt Tordán 1545. ápr. 28-án.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis Thesaurarius, Locumtenens Reginalis Maiestatis ac Illustrissimi filij sui ac in Regno Hungarie et Transsiluanie Iudex generalis etc. Egregijs et Agilibus **Lazaro kwn de osdola, Adriano Bewkews de Maxa, Michaeli apor de Thorija, et francisco Mijhalcz de Gelencze,** Salutem et fauorem, Dicitur Nobis in persona Egregij **Michaelis Damakos de chernaton** Qualiter diebus superioribus idera exponens ab vna ac honesta domina **Barbara Relicta Egregij quondam Joannis Janossij de Nijwijtod,** partibus ab alia, in quadam causa vos pro arbitris eorum elegissent et causam eorum arbitracioni vestre commisissent, quam vos nescitur quibus respectibus de termino in terminum prorogaretis, discutereque et adiudicare recusaretis in preiudicium et dampnum ipsius exponentis manifestum Vnde requisiti sumus pro parte et in persona prefati exponentis, vt eidem superinde de condigno Juris remedio prouideremus, requirimus igitur vos et nichilominus vobis

harum serie autoritate qua fungimur committimus, quatenus acceptis presentibus in vno certo et breui termino per vos prefigendo premissam causam vestri in presenciam assumere eamque secundum deum et eius Justiciam discutere cognoscereque et adiudicare, et si qua parcium huiusmodi vestro Iudicio non contentabitur, extunc vos causam eandem maturius reuidendam eo quo vestra requirit consuetudo transmittere modis omnibus debeatis et teneamini; secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Thorde feria tertia proxima post dominicam Jubilate Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Quinto.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije papiroson, a Domokos család levéltárában.

611.

Tanuvallatás Domokos Mihály és Becz Pál részére a Márkosfalván lévő Sipos Miklós-féle peres székelj örökség ügyében. Kelt 1547. febr. 3-án.

Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Septimo feria quinta proxima post festum purificationis Beatissime Virginis Marie, que fuit festus dies diui Blasij martiris, Nos **Martinus Andrassij, franciscus Mijhalcz, Stephanus Zewrcheij** ac **Georgius Mijhach**, per partes vtrasque litigantes, videlicet Michaellem Domokos, ac Paulum Becz, tanquam actores, atque dominam Margaretham per legitimum suum procuratorem, Valentinum Illijessij veluti in causam attractam partibus ab altera, ad hoc specialiter pari consensu electi, accepimus fassiones fidedignorum hominum, legittimeque citatorum, super litigiosa hereditate Nicolai Sijpos, in Markosffalwa habite, modo et ordine subsequenti. Item Petrus Pechij de Kijzdijsasarhel citatus et Juratus fassus est, quod a tempore Thome Ag Damakos et Pauli Damakos, Item et Emerici Becz ipse possedit et vsus est feneta et duas terras arabiles, que se extendunt ad Naghwewlgh, Insuper certo scit, quod Nicolaus Sijpos possedit hanc hereditatem ad rationem propriam, et non ad alienam, huic contradicitur. Item Paulus Waska de Dalnok citatus et Juratus fassus est ferme centenarius se certo scire, quod Nicolaus Sijpos hanc hereditatem sem-

per ad rationem propriam possedit, et non ad alienam, vtrum la tamen ab auo suo ipsi Nicolao descenderit, ignorat Similiter et Benedictus Sijpos, pater Nicolai, hanc eandem hereditatem ad rationem propriam possedit, de terris arabilibus et fenetis nichil scit, huic contradicitur. Item Blasius Ferencz de Almas nichil scit, Item Paulus Kazonij de Leezffalwa nichil scit, Item Mattheus forijka de fewlchernathon Juratus fassus est se certo scire Nicolaum Sijpos possedissee hanc hereditatem auitice, Insuper certo scit duas partes terrarum arabilium pertinere ad hanc hereditatem, item certo scit fenetum pertinens ad hanc hereditatem, Juxta decursum fluminis feketiejgh, de nomine tamen feneti ignorat, Item Ambrosius chatho de Zenth-sijmon Juratus fassus est se certo scire hanc hereditatem ipsi Nicolao Sypos fuisse auiticam, et dum Paulus Damokos versaretur in Hungaria, possedit ad rationem Pauli Damokos, de terris arabilibus et fenetis nihil scit, contradicitur. Item Bartholomeus forijka de chernathon nichil scit, Item Paulus forro de kozmas Juratus fassus est, Quod ipse tempore Emerici Becz habitauit super hanc hereditatem annis septem, domumque super eadem edificauit, ad rationem eiusdem Emerici, atque Nicolaus Sijpos sepissime dixit, ipso audiente, quod sibi hec hereditas esset auitica, ipse tamen nescit, huic contradicitur, Item Gregorius Molnar de Alchernathon nichil scit, Item Georgius wargijassij de fewlchernathon Juratus fassus est, se certo scire, Quod Nicolaus Sijpos hanc hereditatem possedit, ad rationem ville, Item Blasius chijkij de Alchernathon Juratus fassus est se certo scire, quod quo tempore Emericus Becz super hanc hereditatem domum edificabat, villani dicebant, hanc hereditatem ipsorum esse, Ipse quoque Emericus Becz ad rationem ville domum eandem edificauit, Item Daniel koach de chijkzenthgijewrgh Juratus fassus est, me (inquit) presente, cum Emericus Becz domum erigere vellet, Juxta scolam de parte superiori, villani miserunt ad eundem Emericum Becz tres e medio eorum, quorum vnus erat Joannes Dombij, alter vero Petrus olti, qui vivo vocis oraculo sic eum alloculi sunt, dominacio (inquit) vestra hic domum erigere ne velit, sed potius super auiticam hereditatem Nicolai Sijpos, quam cum ab eisdem sciscitatus fuisset vbi locorum esset, ostenderunt hanc hereditatem litigiosam fuisse aui ipsius Nicolai Sijpos, et sic domum istic erexit, huic contradicitur, Item Dominicus Somoghij de Albis

Juratus fassus est, Nicolaus inquit Sijpos possedit hanc hereditatem ad rationem propriam, Insuper scit ad eandem pertinere duas partes terrarum arabilium, preterea quoddam fenetum, quod eciam nunc vocatur Sijposmijklos zegij, huic contradicatur, preterea particulam feneti Reethfark vocatam, Item Anthonius Nyesew de Alchernathon Juratus fassus est (se scire hereditatem) litigiosam propriam fuisse Nicolao Sijpos, ad eamque pertinere duas partes terrarum arabilium, huic contradicatur, Item Joannes Egijed de fewlchernathon Juratus fassus est, se certo scire hanc hereditatem auiticam fuisse Nicolao Sijpos, ad eandemque pertinere duas partes fenetorum, preterea particulam prati In Reethfark, huic contradicatur, Item Andreas Dombij de Jkaffalwa Juratus fassus est, se certo scire Quod Nicolaus Sijpos hanc hereditatem possedit ad rationem ville, Item franciscus forijka de fewlchernathon Juratus fassus est, se certo scire quod ista hereditas fuit auitica Nicolao Sijpos, ad eandemque pertinere duas partes terrarum arabilium, in Reethfark particulam feneti, atque komloszeg, huic contradicatur, Item Georgius Marthon de fw-tasfalwa Juratus fassus est se certo scire quod Nicolaus Sijpos hanc hereditatem ad rationem propriam possedit, ad eandemque pertinere duas partes terrarum arabilium, audiuit et particulam feneti in Reethfark habitam ad eandem pertinere, certo tamen nescit, Item Matheus Pathkos de chijkzenthgijewrgh Juratus fassus est se certo scire quod Nicolaus Sijpos hanc hereditatem possedit ad rationem propriam, Item Thomas chijkij de Marthonffalwa Iuratus fassus est se certo scire hanc hereditatem litigiosam fuisse ville, Item Stephanus Santha de Alchernathon Juratus fassus est se audiuisse a patre suo ac Luca kere sew, quod ista hereditas fuerit auitica Nicolao Sijpos, huic contradicatur, Item Albertus Zeep de Zentsijmon Juratus, fassus est, se certo scire hanc hereditatem fuisse ville, et in quantum possedit Paulus Damokos, ad bona Petri Zeep possedit, huic contradicatur. Item Marti(nus) Gewdrij de Angijalos Juratus fassus est, se certo scire, Quod Nicolaus Sijpos possedit hanc hereditatem, ad rationem Petri Zeep, Item Benedictus Illijes de Angijalos Juratus fassus est, se certo scire, Quod Nicolaus Sijpos hanc hereditatem possedit ad rationem Petri Zeep, huic contradicatur, Item Joannes Beothij de Alchernathon Juratus fassus est se certo scire, hanc hereditatum quod Nicolaus Sijpos possedit ad rationem pro-

priam, ad eandemque pertinere duas partes terrarum arabilium. Item particulam feneti In Reethffark atque iuxta fluuium feketelijgh, Sijposmijklos zijgethij vocatam, huic contradicitur, Item Stephanus Nagh de Thelek Juratus fassus est, se certo scire, Quod tota possessio Markosfalwa Jurauerit super manus patris sui, qui tum tempore fuit iudex, quod hanc hereditatem Emerico Becz nullomodo concederunt, et Emericus Becz ipso audiente dixit hec verba, Ego Inquit possideo hanc hereditatem ad racionem Petri Zeep, huic contradicitur. Item domina Elizabeth, relicta Ioannis Dombij de Marthonffalwa Jurata fassa est, se certo scire quod ista hereditas fuerit ville, quia fuit vitricus ipsius Nicolai Sijpos, Item Blasius Jenyew de Beelaffalwa Juratus fassus est, se audiuisset ab Emerico Becz quod super hanc hereditatem edificabit ipse domum ad racionem ville, huic contradicitur. Item Benedictus Lwkach de Albijs Juratus fassus est, se certo scire, Quod ista hereditas fuerit ville, huic contradicitur, Item Laurentius Molnar de Fewlchernathon Juratus fassus est se certo scire, Quod Nicolaus Sijpos hanc hereditatem possedit, tanquam propriam. Nos itaque horum fassionibus tali ordine auditis, et acceptis, conscienciose scripsimus sigillisque nostris vsualibus conclusas muniuimus, Anno et dic quo supra, Coram nobis Judicibus preallegatis. In persona domine Margarethe Valentinus Illijessij, ac Mathias Therek protestati sunt, qualiter fuisset inter ipsos certa definitio ac constitucio, Ne plures incolas possessionis Markosfalwa in attestacionem adducerent, qui superioribus temporibus super hac eadem re deposito Juramento fassiones fecerant, et propterea illis omnibus contradixerunt, cuius rei pleniorum reuisionem transtulimus ad id tempus, cum simul constituti fuerimus.

Martinuzzi György 1547 máj. 18-án kelt ítéletleveléből.

612.

Fráter György váradi püspök és kir. helytartó Domokos Mihálynak és Becz Pálnak Márkosfalvi Török Mátyás neje Margit ellen a márkosfalvi Sipos Miklós féle székely örökségért folytatott perében, melyet a felek által választott birák eldönteni nem akartak, a Török Mátyás által följánlott párbajt visszautasítva, a peres örökséget a

nevezett felpereseknek ítéli, s több előkelő székelynek megparancsolja, hogy a felpereseket ezen örökségbe igtassák be. Kelt Gyula-Fehérvártt 1547. május 18-án.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis, Thesaurarius, Locumtenens Reginalis Maiestatis, et Illustrissimi filij sui, ac in Regno Hungarie et Transilvanie Judex generalis etc. Egregijs et Agilibus **Martino Andrassij de Zenthkiral, Clementi Beeldij de Zenthgijewrgh, Blasio Apoor de Thorija, Joanni Apoor de eadem, francisco Mijhalcz de Gelencze, francisco Mijko de Oltszeme, Paulo Daczo de Zenthgijewrgh, Bernardo similiter Daczo de Illijefalwa, Benedicto Balijnth de fwtsfalwa, Michaeli cheh de zenkatholna, et Anthonio Lewrijncz de Dalnok**, Salutem et amicitiam paratam cum honore. Noueritis Quod Nobis feria secunda proxima post dominicam Rogacionum, vnacum nonnullis dominis et Regni Nobilibus pro faciendo moderatiuo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus, Joannes Both de Zeeplak, pro Egregijs et Agilibus Michaeli Damokos de chernathon, et Paulo Becz de kozmas, cum nostris, vt actoribus ab vna, ac Mathias Therek de Markosfalwa pro Nobili domina Margaretha consorte sua, veluti in causam attracta, similiter cum nostris litteris procuratorijs partibus ab altera, Juxta continenciam quarundam litterarum sex arbitrorum, scilicet Egregiorum et Agilium Nicolai kornijs, Martini Andrassij, Michaelis ferencz, Michaelis Sander, Stephani Zewrcheij et Georgij Myhach ac signature cuiusdam compositionis, Inter eas inite, in figura Judicij nostri comparendo, easdem vtrinque nobis exhibuerunt, Que declarabant, qualiter partes predictae illam causam eorum, quam ratione certarum hereditatum, In possessione Markosfalwa, in Sede Kijzdij habitaram, coram nobis contrectabant, sub obligatione honoris ad cognitionem Sex prefatorum arbitrorum submisissent, iidem tamen arbitri, ex quo causa in certa sui parte factum honoris concernere dignoscebatur, eandem descindere noluisent, sed ad presentem terminum in nostram presentiam transmittendam voluisent, prius tamen earum propositionibus et allegatis vtrinque acceptis, et intellectis, ac iuxta ad probationes partibus destinatis, Qui dum ad diem constitutum reuersi fuissent, et probationes in litteris exhibere voluisent, Tunc Mathias Therek duellum in causam attracto obtullisset, que res occasionem

cause in nostram presenciam transmittende peperisset. Nos tandem volentes quieti et paci parcium consulere, differenciam earum ad solam equitatem pertrahentes, causam eatenus quatenus causam honoris concernere videbamus, sopitam fecimus et condescensam. Tandem receptis in manus predictis parcium litteris attestatorijs, earum tenor talis erat. Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Septimo *stb.* (*Lásd: fõntebb 1547-re 611. sz.*) Quibus perlectis, Intellectis et diligenter ponderatis, comperimus ex tenoribus earum, quandam hereditatem Siculicalem Sijposmijklos erekseege vocatam la possessione Markosfalwa in Sede kijzdiij habitam fuisse Agilis olim Nicolai Sijpos, quam veluti hominis communis Siculi hereditatem, et non tamquam hominis capitalis, vnacum duabus partibus terrarum arabilium ad locum Naghwewlgh habitarum, ac particulam feneti, in loco Reeth fark appellato, Item secundum fluuium feketelijgh pratum quoddam Sijposmijkloszegij appellatum in territorio eiusdem possessionis adiacens, Ex quo eandem hereditatem predecessores dicte domine In causam attracte penes litteras eorum sententionales deffuncte condam Regie Maiestatis domini nostri graciosissimi, Quibus mediantibus alias quasdam hereditates Siculicales Zeep peter ereke vocatas In eadem possessione existentes consecuti fuissent, ac tempore execucionis extra tenores iudicarie commissio- nis occupassent, quam rem procurator domine In causam attracte negasset et asseruisset nunquam in illa possessione Nicolaum Sijpos hereditatem habuisse, Jure sibi ex premissis incumbenti in perpetuum adiudicandam, ac per vos debite execucioni demandandam esse decreuimus, prout decernimus et committimus per presentes. Quocirca requirimus vos et nichilominus vobis harum serie, auctoritate nostra qua fungimur committimus, Quatinus acceptis presentibus, sub oneribus alias in talibus obseruari solitis, simul vel duo vestrum ad facies prescripte possessionis Markosfalwa, signanterque hereditatis litigiose, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legittime conuocatis et presentibus accedendo reddatis et restituatis eandem vnacum duabus partibus terrarum arabilium ac particulis feneti et prati prenominatorum, dicto actori, contradiccione et inhi- bicione eiusdem in causam attracte, et aliorum quorumlibet preuia racione non obstante, Et post hec vos seriem huiusmodi execucio- nis vestre vt fuerit expedita nobis ad decimum quintum diem diei exe-

cucionis fide vestra mediante referre vel rescribere de beatis. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albe Gijwle tercio die termini prenotati, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Septimo.

Lecta et correcta.

(P. H.)

Eredetije papiroson a **Domokos család levéltárában.**

613.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán Szentléleki Gondos Mihálynak Domokos Mihály és Becz Pál ellen a márkosfalvi Sipos Miklós-féle örökségért folytatott s hozzá feljebbezett perében a felperest mint patvarkodót 24 márkában elmarasztalja, a peres örökséget pedig az alperesek birtokában hagyja, s megparancsolja több előkelő székelynek, hogy a 24 márka birságot a felperes ingóságaiból, s ha azokból ki nem telnék, székely örökségeiből is hajtsák föl. Kelt Görgény várában 1548. febr. 28-án.

Ladislaus Ewdenffij de Naghmihal, prefectus Castri Georgen et Siculorum Vicecomes etc. Egregijs et Agilibus Emerico lazar de Chycho, Clementi Beldij de Zenthgeorgh, Petro chijko de Mendzenth, Martino lach de Zenthmarthon, Salutem et. amiciciam paratam cum honore, Noueritis quod Nobis feria secunda proxima post dominicam Reminiscere vnacum nonnullis dominis harum parcium Transiluanarum Nobilibus et Siculis pro faciendo moderatiuo Judicio causancium in Sede nostra Judiciaria sedentibus, Valentinus Illessij. pro Agile Michaele gondos de Zenthlelek, vt actore ab vna, ac Blasius Isthwan, pro Egregio Michaele Damonkos de Chernathon ac Paulo Becz de kozmas veluti in causam attractis, partibus ab altera, Juxta legacionem Agilis pauli galffij de Zombathfalwa, Nunccij Sedis Wdwarhel, in figura Judicij nostri comparendo, Qui Nunccius retulit inter partes prefatas quandam causam primum in Sede Kijzdij motam et tandem per viam appellacionis ad Sedem Wdwarhel deductam esse, vbi prefatus actor medio procuratoris sui contra in causam attractos proposuisset eomodo, quod quedam hereditas Siculicalis, Sijpos mijklos ereke vocata, in Markwsfalwa, in Sede kijzij

existens et adiacens, que ipsum Actorem Jure sanguinis et auitico concerneret, et ab eisdem in causam attractis repeteret. Quo audito procurator dictorum in causam attractorum respondisset ex aduerso, quod in prescripta hereditate plus quam triginta duobus annis prescripsisset et ab eodem tempore in pacifica possessione perstitisset, propterea Idem in causam attracti preuia ratione Juri stare recusarent, Hijs sic habitis Judices Sedis Wdwarhel adiudicassent, vt si in prescripta hereditate prescripserint, Juri stare non tenerentur, super hoc Judicio actor non contentus causam eandem in nostram presenciam preuocasset, Quaquidem relacione prefati Nunccij coram nobis modo premissa facta annotatus actor in fidem eiusdem Michaelis Damokos, quod in ea hereditate prescripserit, credit, Hoc percepto prefatus in causam attractus eo grauamine, quo de Regni consuetudine Juxta decreti formam dinoscitur, Juramentum assumpsit de facto, Juramentum quoque more solito in Sede nostra Judiciaria Juxta Judiciariam nostram deliberacionem deposuit. Quibus sic habitis procuratores parcium prefatarum causa in premissa a nobis Judicium et Justiciam sibi elargiri postularunt, Propterea Nos assumto superinde consilio prematuro et sana deliberacione prefatorum dominorum et Regni Nobilium, Annotatos in causam attractos causam gaudem videlicet hereditatem prefatam Siculicalem liti-giosam Sijpos miclos ereke vocatam simulcum cunctis suis vtillita-tibus et pertinencijs quibuslibet ab antiquo ad eam spectare debentibus, apud eosdem in causam attractos tanquam merum et sincerum Jus suum hereditarium vtendam possidendam pariter et habendam Judiciaria nostra deliberacione duximus relinquendam et committendam, Et insuper eundem actorem, ex quo eo grauamine quo vt premittitur de Regni consuetudine dinoscitur in Juramentum reliquit, in facto calumpnie, ex eoque in vigintiquattuor Marcis totidem florenos facientibus, in duabus nobis in tercia vero partibus prefatis in causam attractis prouenientibus, conuictum et aggrauatum duximus reliquendum Judicandoque decreuimus, prout decernimus et committimus per presentes. Requirimus Igitur vos et nichilominus vobis harum serie Authoritate domini nostri graciousissimi qua fungimur committimus Quatenus acceptis presentibus sub oneribus alias in talibus obseruari solitis simul vel duo vestrum, ad prefatum actorem vicinis et commetaneis vniuersis Inibi legittime

conuocatis et presentibus accedendo Ibique primum de rebus et bonis suis mobilibus, si que reperiri poterint, Illis autem non reperitis vel non sufficientibus de hereditatibus suis Siculicalibus ipsum solum proprie et precise concernentibus, super prescriptis viginti quattuor Marcis totidem florenos facientibus, in duabus nobis vt prefertur Judicij in tertia vero partibus prefatis in causam attractis contradiccione et inhbicione prefati Actoris et aliorum quorumlibet preuia racione non obstante plenariam atque omnimodam satisfactionem impendere, et posthec vos seriem huiusmodi execucionis vestre, vt fuerit expedita, Nobis ab decimumquintum diem diei execucionis vestre fide vestra mediante, refferre vel rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in Castro Gewrgen tercio die termini prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

(P. H.)

Lecta.

Eredetiye papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

614.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán Török Mátyás nejének Margitnak Domokos Mihály és Becz Pál ellen folytatott s hozzá feljebbezett perében ítéletet hozván, megparancsolja több előkelő székelynek, hogy a peres márkosfalvi örökség szinhelyén hallgassák ki a felperes nő tanuit az iránt, hogy az alperesek az általok nyert ítéletlevélben megnevezett örökségeken kivül a Szép Péter-féle márkosfalvi örökséget nem foglalták-é el törvénytelenül? Kelt Görgény várában 1548. febr. 28-án.

Ladislaus Ewdenffij de Naghmihal prefectus Castri Georgen et Siculorum Wicecomes etc. Egregijs et Agilibus Georgio Janko de Zalan, Michaeli Bassa de Zabola, Simonij Borosnijaij, Mattheo Bernard de chernathon, Stephano Zewrche de kowazna, francisco cherijek de Zolthan, francisco Miko de oltzeme, Blasio apor de Thorija, Salutem et amicicium paratam cum honore. Noueritis quod Nobis feria secunda proxima post dominicam Reminiscere vnacum nonnullis dominis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus et Siculis, pro faciendo moderatiuo Judicio causancium in Sede nostra Judiciaria

sedentibus, pro Nobili domina Margaretha, Mattheus Thewrek maritus suus, vt actrice ab vna, ac Agilis Blasius Isthwan pro Egregijs et Agilibus Michaele Domokos de chernathon ac Paulo Becz de kozmas veluti in causam attractis, partibus ab altera, Juxta legacionem Agilis pauli gallfy de Zombathfalwa Nunccij Sedis Wdwarhel, in figura Judicij nostri comparendo, qui Nunccius retullit inter partes prefatas primum in Sede Kijzdi motam et tandem per viam appellacionis ad Sedem Wdwarhel predictam deductam esse, vbi prefata domina Actrix contra in causam attractos proposuisset eomodo, Quomodo superioribus coram domino nostro graciousissimo pro quodam (*igy*) hereditate lites mouisset, de qua causa Jam per annotatos in causam attractos consecuta, quasdam litteras Sentenciales superinde priuilegiales extraxissent, vigore cuius certas hereditates Siculicales Zep peter ereke vocatas occupassent in preiudicium et damnum eiusdem actricis valde magnum, et per potenciam occupauerint, vnde penam violencie ab in causam attractis repeteret, Quo audito procurator dictorum In causam attractorum respondissent (*igy*) ex aduerso, Ouod ipse hereditatis, quam occupassent, in litteris sentencionalibus nomina expressim continentur, et extra litteras sentencionales nihil occuparificissent, et tempore statucionis in contrarium nihil protulissent, propterea ipsos calumpniose accusaret, Hijs sic habitis Iudices Sedis Wdwarhel adiudicassent vt easdem litteras Sentenciales in testimonium producere deberent, de quibus clariorem (*igy*) documentum recipere possent, qui occupauerit. Super hoc Iudicio actrix non contenta causam eandem in nostram presenciam prouocasset, Hijs sic se habitis annotati in causam attracti exhibuerunt quasdam litteras sentencionales superinde priuilegiales, quas nos clarius Intelligentes per rectam viam pure et sincere sine omni deffectu emanatas esse arbitrantes in sua autoritate et contra eam priuilegialem Sentenciam nihil tractantes, preter si Idem Annotata domina Actrix extra hunc priuilegium, Zep peter erekee vocatam occupauerit necessario probandum commisimus, Et partibus Justicia fieri non poterat nisi super premissis parcium earum assercionis per vos veritas inquiratur. Requirimus Igitur vos et nichilominus vobis harum serie autoritate domini nostri graciousissimi qua fungimur, committimus Quatenus acceptis presentibus sub oneribus alias in talibus obseruari solitis, decimo quinto die a die

presenti numerando simul vel duo vestrum ad possessionem Markwsfalwa consequenter faciem terre litigiose Ibidem habitam accedere, Ibique vniuersos testes, quos prefata domina actrix voluerit, sub onere sedecim Marcharum vestri in presenciam conuocare, ab eisdemque ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque Sacre Corone Regni obseruandam, De eo vtrum prefatij in causam attracti extra litteras Sentencionales superinde priuilegiales quorum nomina in eadem continentur nihil occupauerint, vel hereditatem prefatam dicti Petri extra litteras priuilegiales occupauerint, Nec ne, sciatis inquiratis et experiamini meram plenam atque omnimodam certitudinis veritatem, Et posthec vos seriem huiusmodi rescite veritatis vestre ad octauum diem diei execucionis vestre, vt fuerit expedita, Nobis fi e vestra mediante suo modo referre vel rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in castro georgen tercio die termini prenotati, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a Domokos család levéltárában.

615.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán megparancsolja több előkelő székelynek, hogy Torja-Vásárhelyen tartsanak tanuvallatást az iránt, hogy a Jenő nem Besenyő ágát illető lófőségi tisztség a néhai szép Péter márkosfalvi örökségéhez tartozik-é, melyet Dálnoki Török Mátyás neje Katalin perrel megnyert, s magának követel, vagy a Domokos Mihály csernátoni jószágához, s a Domokos család 32 esztendőnél tovább volt-é ezen tisztség birtokában? Kelt Görgény várában 1548. mart. 1-én.

Ladislaus Ewdenffij de Naghmihal preffectus Castri Georgen et Sicularum Vice comes etc. Egregijs et Agilibus Georgio Janko de Zalan, francisco cherijek de zolthan, Simonj Borosnijoj Stephano Gasparo Zewrche de Pakee, francisco Mijhalcz de Gelenche, Blasio Apor de felthorija, Paulo Dacho de Zenthgewrgh, Michaeli Cheh de Zenth katholna francisco Mijko de oltzemee Salutem et Amiciciam paratam cum honore, Noueritis Quod Nobis feria tertia post domi-

nicam Reminiscere vnacum Nonnullis dominis harum parcium Transiluanarum Nobilibus et Siculis pro faciendo moderatiuo Judicio causancium in Sede nostra Judiciaria sedentibus, Agilis Matthias Therek de dalnok, pro Nobile domina katharina consorte sua vt actrice ab vna, ac Georgius lewrijnchij de dalnok, pro Egregio Michaele Damokws de alchernathon veluti in causam attracto partibus ab altera, Juxta legacionem Agilis Pauli galffij de Zombathffalwa Nunctij Sedis Wdwarhel in figura nostri Judicij comparendo, Qui Nunctius retullit inter partes prefatas quandam causam primum in Sede kjsdij motam et tandem per viam appellacionis ad Sedem Wdwarhel predictam deduxisse, Vbi prefata domina Actrix medio procuratoris sui proposuisset eo modo, quod quoddam **officium primipulatus generis Jenew** ¹⁾, **ad hereditatem Petri Zep, quam hereditatem Jure mediante optinuisset, pertinens**, que ipsam dominam actricem Jure auitico concerneret, apud eundem in causam attractum haberetur a(b e)odem repetere vellet, Quo audito procurator dicti in causam attracti Respondisset ex aduerso, Quod ipsa domina actrix in prescripto officio primipulatus generis Jenew nullam vnquam porcionem possessionariam habuerit, et abantiquo predecessores sui possedissent, prescripcionemque in eo fecisset, Ex quo enim a tanto temporum in processu nullam habuisset porcionem et in alia genealogia esset, Judices Wdwarhelienses adiudicassent annotatam dominam actricem querere minime posse, super hoc Judicio domina actrix non contenta causam eandem in nostram presenciam prouocasset, Quaquidem relacione prefati nunctij modo premissa facta prefatus in causam attractus circa suam assercionem adiunxit et in sui Juris deffensionem allegauit, Quod **Dominicus Nijwyodi in genere Jenew Suppremus Capitaneus extitisset, et frondes ad chernaton duxisset**, Interim Thomas Damokws Auus Pauli Bech Suppremus Judex in prefata generis (*igy*) Jenew fuerit factus et et (*igy*) **Arborem forondosam ad chernathon direxisset**, Interim alter Thomas

¹⁾ Eredetileg generis **Jenew** állott az oklevélben, de később ugyanazon kéz itt is, alább is még hat helyen, a Jenew szót kitörölte s a helyett **Bessenyew**-t irt, bizonyosan helytelenül: mert Besenyő nem (genus) a székelyek közt nem létezett, hanem a Jenő nemnek volt Besenyő nevű ága, melyet egy 1548. jun. 21-én kelt oklevél »Ramus Bessenijew ag« néven említ – A lófőség latin neve oklevelünkben mindig hibásan primipulatus-nak van írva.

Damokws Judex in eodem officio modo simili **arborem frondosam vivum ad chernathon prefatam deduxerit**, Et posthec prefatus Michael Damokws in causam attractus in prenotato officio generis Jenew Suppremus Capitaneus fuerit, **equaliter more predecessorum arborem forondosam ad chernathon deduxisset** et tanto temporis processu in pacifica possessione perstiterit, et prefata domina actrix primatum haberet et in aliam primatum Juxta Regni consuetudinem venire non posset, et sexus mulieris contra sexum masculinum primatum tenere non posset, et prouentum officij primipulatus a genitore dicte domine actrix accepit, Hoc percepto prefata domina actrix, iterum incontrarium respondit, Quod **officium Illud, ad hereditatem prefati Petri Zep adhereret**, et eandem hereditatem ab eodem In causam attracto Jure mediante optinisset simulcum vniuersis pertinencijs ad eandem ab antiquo spectare debentibus, et pro hoc (sente)ncionales literas haberet, que litere senten(cionales)ram nobis in Judicio fuissent exhibite et presentate, (ex quib)us sane Intelleximus hereditatem prefatam optinuisse, propterea necessario probare commisimus, (Re)quirimus Igitur vos et Nichilominus vobis harum serie autoritate domini nostri graciousissimi qua fungimur com(mitt)imus Quatenus acceptis presentibus sub oneribus alias in talibus obseruari solitis feria quinta proxima post festum S. Georgij martiris proxime venturum, ad possessionem **Thorijawasarhel** ¹⁾ simul vel duo vestrum accedere Ibique vniuersos testes, quos partes ipse voluerint, sub onere sedecim marcarum vestri in presenciam conuocare ab eisdemque ad fidem eorum deo debitam, fidelitatemque Sacre Corone Regni obseruandam, de eo vtrum, prescriptum officium generis Jenew ad hereditatem condam Petri Zep de Markwsfalwa, et progenitores ipsius in causam attracti ad chernathon tenuerint et possederint, vel autem Idem officium generis Jenew non ad predictam hereditatem Petri Zep sed ad chernathon pertinuerit, et tam Michael Damokws et progenitores sui plusquam triginta duobus annis pacifice possederit nec ne, sciatis inquiratis et experiamini meram plenam atque omnimodum certitudinis veritatem, Et posthec seriem huiusmodi rescite veritatis vestre vt fuerit expedita ad decimumquintum diei attestacionis vestre Nobis fide vestra mediante refferre vel Rescribere debeatis et teneamini, Secus

¹⁾ A mai Kézdi-Vásárhely.

non facturi, presentibus perlectis exhibenti Restitutis, Datum in castro georgen loco et tercio die termini prenotati Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

(P. H.)

Lecta.

Hátára jegyezve más kézzel: 1548 feria quinta post Vitj pro A. Josa literatus pro I. Joannes Both. Quia domina Actrix nomen suum mutat, ideo Causam Cum onere consveto condescendi fecit Causam (*igy*).

Eredetije papiroson, zöld viaszba nyomott ép gyűrűpecséttel, a **Domokos család levéltárában**. – Közöltem **A régi székelység**, 218–220 l.

616.

Szörcei István és társai jelentése Nagymihályi Ödönfi László görvényi várnagyhoz és székely alispánhoz, a Márkosfalvi Sipos Miklós-féle peres székely örökség ügyében. Kelt Márkosfalván 1548. május 1-én.

Egregio Domino Ladislao Ewdenffij de Naghmihal, prefecto Castri georgen etc. Domino Nobis obseruandissimo Stephanus Zewrchei georgius Janko, Michael Bassa, Simon Borosnijaj, franciscus cherijek Vestri fideles semper obsequentes, post obsequiorum nostrorum perpetuam commendacionem, Egregie domine nobis obseruandissime, visis litteris adiudicatorijs, statim accessimus ad possessionem Markwsfalwa, Ibique vt testes super attestaciones hereditatum litigiosarum fide eorum mediante inquireremus et examinaremus, Item primus testis Thomas chijkij de Markusfalwa Juratus fassus est Quod terras arabiles prope Naghwelgh quas Michael Damokos statui fecit omnino essent Petri Zep, et Nicolaum Sijpos in nihilo concernerent, Item secundus testis Blasius lucacz de eadem Juratus fassus est, Quod fenetum prope fluuium fekethe Wgh vocatum falcauit ad rationem Moijsi, et Nicolaum Sijpos in nihilo concernit, Item Thercius testis Andreas Dombij de Ikaffalwa Juratus fassus est, sicut Blasius lucacz, Item Quartus testis Petrus Markos de Markusfalwa Juratus fassus, Quod terras arabiles, quas Michael Damokos statui fecit, omnino essent terre Petri Zep, que essent in Naghwelgh, et prope fluuium fekethe Wgh feneti vnam partem statui fecit, Juxta

eandem partem est fenetum Nicolai Sijpos, in rethfark autem fenetum Petri Zep a parte fluuij ab infra statui fecit, licet ibi quoque est fenetum quoddam Nicolai Sijpos. Item Quintus testis Augustinus georgh de eadem Juratus fassus est, Quod ipsum Michael Damokos vocauit cum litteris sentencionalibus, dixit quoque vt ipse expectaret, et ostenderent eidem, ipse autem nolluit expectare, sed in Rethfark ad Nicolai Sijpos fenetum Petri Zep statui fecit, et prope fluuium feke the Wgh fenetum euisdem Petri Juxta Sijpos zegenel, statui fecit, et In Naghwelgh omnino essent Petri Zep, quas terras statui fecit, et Mathias Therek prohibuit ne statui facerent coram nostri in presencia. Item Sextus testis Fabianus Zazko de eadem Juratus fassus est, sicut quintus testis. Septimus testis Valentinus Olthij de eadem Juratus fassus est sicut quintus. Item octauus testis Joannes terek de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis. Item Nonus testis Matheus Peter de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis. Item Decimus testis Matheus Dombij de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis. Item Vndecimus testis Jacobus Bwthka de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis. Duodecimus testis Sebastianus olthij de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis, excepto, Quod Matheus Dombij dixit, vt rogabat Mathias Therek Michael Damokos, vt pro deo ne statui faceret, ne deinde oriatu maius periculum inter nos, Item Decimus tercius testis Dionisius Sijpos de eadem Juratus fassus est Quod ipse nesciret hereditates terras videlicet arabiles et feneta Nicolai Sijpos nisi sint Petri Zep, et cum Michael Damokos statui faceret, Mathias Therek alta voce clamauit rogando, vt pro deo ne faceret statui, vt ne oriantur maiora scandala. Item Decimus quartus Thomas Olthij de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis. Item Decimus quintus testis Petrus Barabas Peter de eadem fassus est sicut quintus testis. Item Decimus sextus georgius Zabo de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis, Et hoc omnes prescripti a quinto teste infra fassi, vt nulla terra in Naghwelgh esset Nicolai Sijpos, nisi omnes Petri Zep, quas Michael Damokos omnes statuifecit. Item Decimus Septimus Blasius gal de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis, Item Decimus octauus Thomas gal de eadem Juratus fassus est, quod in Rethfark vnam particulam feneti pagenses derint Mathie Therek, circa Petri Zep, Michael Damokos hoc quo-

que statufecit. Item Decimus Nonus Julius Weres de eadem Juratus fassus est sicut Thomas gal. Item Vigessimus georgius Benedek de eadem Juratus fassus est sicut Thomas Gal, Item Vigessimus primus Ambrosius Benedek de eadem Juratus fassus est sicut Thomas gal. Item Vigessimus secundus gregorius Zawar de eadem Juratus fassus est sicut Thomas gal. Item Vigessimus tercius Michael orros de eadem Juratus fassus est sicut quintus testis. Item Vigessimus quartus Paulus albert Juratus fassus est sicut Thomas gal. Item et ipse presens fuit quoque quando Mathias Therek prohibuit Michaellem Damokos, vt ne statueret hereditatem Petri Zeph. Item Vigessimus quintus Anthonius fabian de eadem Juratus fassus est sicut Thomas gal. Nos igitur in festo Philipi et Jacobi apostolorum accessimus ad possessionem prescriptam et ad facies terrarum litigiosarum, deinde reuersi sumus ad possessionem Ibique vniuersos homines qui coram nostri in presencia accersiti sunt, ad fidem eorum deo debitam inquisiuimus et examinauimus et cum nominibus et cognominibus ad Vestram Egregiam Dominacionem ad diem octauum a die datarum presencium computando transmisimus, Deinde, cum nos fides testium audire voluimus, statim Michael Damokos et Paulus Bech cum litteris sentencionalibus ac priuilegialibus ceperunt nos prohibere, ne testes Jurare faceremus, Et testaciones eorum non acciperemus. Nos vero rogauimus litteras ipsorum prohibitorias ab eisdem, cum quibus nos prohibere possent, ipsi autem nolluerunt dare, et homines ipsorum ad hoc per Vestram Egregiam Dominacionem deputatos, et scolasticum, qui ad racionem ipsorum fassiones testium inscriberet, rogauimus, ipsi nolluerunt dare, cum autem vidissemus eos in hijs non laborare et ad vota nostra intendere, fassiones testium suprascriptorum, vt premisimus, inscribi fecimus, eandem autem Vestram Egregiam Dominacionem vnacum vestra familia felicissime valere optamus. Datum loco et termino quibus supra, Anno 1548.

Ödönfi László székely alispán 1548 jun. 21. kelt hiteles átiratából,
a Domokos család levéltárában.

617.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán bizonyítja, hogy Márkosfalvi Török Mátyás neje Margit azt a pert, melyet Alcsernátoni Domokos Mihály ellen a Besenyő ágnek a néhai Szép Péter örökségéhez tartozó lófőségi tisztségéért folytatott, minthogy az ítéletlevélben neve el volt változtatva, a szokásos teher lefizetése mellett letette. Kelt Ujoárt (Szamos-Ujoárt) 1548. jun. 21-én.

Nos **Ladislaus Ewdenffy de Nagh Mijhal Prefectus Castri Gewrgen et Vice Comes Siculorum** etc Memorie commendamus per presentes Quod Nobis feria quinta proxima post festum Beatorum Viti et Modesti Martirum proxime preteritum, vna cum nonnullis dominis Nobilibus et siculis pro faciendo moderatio iudicio causancium in sede nostra iudiciaria sedentibus, Josa literatus de Besenijew pro honesta domina Margaretha Consorte Agilis Mathie Therek de Markosfalwa, vt actrice ab vna, ac Joannes Both de Zeplak (pro) Egregio Michaeli Damokos de Alchernathon veluti in Causam attracto partibus ab altera, Juxta continenciam literarum nostrarum Adiudicatoriarum Attestatoriarum I(n facto) cuiusdam **primipulatus ad Ramum Bessenijew ag pertinentis**, quem primipulatum post hereditatem Agilis con(dam Petri) Zep, ipsa domina Actrix se contingere contendebat, confectarum, ac Agilium francisci Mijhalcz, simonis Borosnijaij, Blasij Apor, Gasparis Zewrcheij, Georgij Janko et Michaelis Cheh superinde rescripcionalium, in figura Judicij nostri comparendo, easdem literas nostras adiudicatorias attestatorias ac relatorias procuratores parcium Nobis vtrinque exhibuerunt et presentauerunt, Quibus exhibitis et presentatis, procurator domine actricis allegavit eomodo, Quod ipsa domina actrix, causam presentem sed et totum processum eiusdem cause, ex eo Quod nomen ipsius domine Actricis, cuius nomine causa hactenus prosecuta est in prescriptis literis adiudicatorijs vtrumque mutatum fuisset, cum onere consueto trium Marcarum condescendi facere vellet, et hijs dictis causam eandem condescendi fecit, ac de onere huiusmodi condescensionis nobis et parti aduerse satisfecit testimonio presencium mediante, Datum in Wijwar termino in prenotato Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

Eredeti fogalmazvány, az Ödönfi László székely alispán által 1548. martius 1-én Görgény várában ez ügyben kiadott vallató parancs hátára írva, a **Domokos család alcsernátoni levéltárában**. – Közöltem **Századok**. 1889. 3. füz. és **A régi székelység**. 221. l.

618.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán Domokos Mihály és Becz Pál részére átírja és kiadja a maga 1548. május 1-én kettő vallató parancsát. Kelt Gerlán (=Szamos-Ujvártt) 1548. jun. 21-én.

Nos Ladislaus Ewdenffy de Naghmihal, prefectus Castri georgen, et Siculorum Vicecomes etc. Memorie commendamus per presentes, Quod cum nos in quadam causa inter Egregios et Agiles ac Nobilem Dominam Margaretam consortem Egregij Matthie Therek de Markosfalwa vt Actrice ab vna, ac Michaellem Domokos de chernathon et Paulum Bech de kozmas veluti in causam attractos, partibus ab altera, quedam littere Attestatorie rescipcionales per Nobilem Josephum litteratum de Bessenyaw procuratorem Actricis in Judicio fuissent exhibite et presentate, Mox Joannes Both de Zeplak procurator in causam attractorum paria earum pro iurium suorum tuicione sibi dari postulavit. Quarumquidem litterarum tenor Is erat. Egregio domino Ladislao Ewdenffij *stb.* (*Lásd föntebb 616. sz.*) Quas nos de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali transscribi et transsumi presentibusque litteris nostris patentibus inseri facientes memoratis Michaeli Damokos et Paulo Bech Juris sui ad cautelam duximus concedendas Justicia communi requirente. Datum in gerlah feria quinta proxima post festum Beatorum Viti et Modesti Martirum Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

(P. H.)

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában**.

619.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán megparancsolja több előkelő székelynek, hogy Domokos Mihály és Becz Pál részére Márkosfalván tartsanak tanuvallatást a Sipos Miklós örökségéhez tartozó bizonyos föld iránt. Kelt Prásmáron 1548. oct. 17-én.

Ladislauſ Ewdenffy de Naghmihal Prefectus Caſtri Gewrgen et Comes Siculorum Egregijs et Agilibuſ Blasio Apor de Thorya, Joanni Apor de Alſothorija, Michaeli Cſeh Anthonio leorinchi de Dalnak, Benedicto Hadnagh de futasfalwa Salutem et amiciciam paratam cum honore. Dicitur Nobis in personis Egregiorum et Agilium Michaelis Damokos de chernaton ac Pauli Becz de Kozmas Qualiter Idem Exponentes per incolas et inhabitatores poſſeſſionis Markosfalwa pro parte cuiuſdam terre ad hereditatem **sipos myklos eoreke** pertinentis, Quas annotati exponentes ordine Judiciario obtinuissent, veſtri in preſencia quandam atteſtacionem et faſſionem facere vellent Jurij admittente, Requirimus igitur voſ et nichilominuſ vobis harum ſerie Auctoritate domini noſtri gracioſiſſimi committimus, Quatenuſ acceptis preſentibuſ ſub oneribuſ aliaſ in talibuſ obſeruari ſolitiſ ſimul vel diuiſim eo quo per prefatoſ exponenteſ vobis fuerit denotatum accedendo Ibique vniueroſoſ teſteſ quos prefati exponenteſ voluerint, ſub onere Sedecim Narcharum veſtri in preſenciam conuocare eoſdemque ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque Sacre Corone Regni obſeruandam ſuper intencionem et Inquiſicionem prefatorum exponencium fateri et atteſtari facere et poſthec voſ ſuper huiuſmodi faſſione et atteſtacione teſtium literaſ tandem eſtraſ dictiſ exponentibuſ Jurium ſuorum ad cautelam dari volumuſ. Secuſ non facturi, preſentibuſ perlectiſ exhibenti reſtitutiſ. Datum ex Prasmara feria quarta ante Beati Luce Euangelite Anno domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſſimo octauo.

(P. H.)

Lecta.

Eredetiſe papiroſon, a **Domokos család levéltárában.**

620.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán megparancsolja Kézdi szék törvényszékének, hogy Domokos Mihálynak és Becz Pálnak Alsó-Cernátoni Bernáld Mátyás és Ferencz elleni perében, melyet folyvást halasztgattak, legelső ülésökben hozzanak ítéletet. Kelt Prásmáron 1548. oct. 17-én.

Ladislauſ Edenffy de Naghmijhal Prefectus Caſtri Ghwrgen et Siculorum Comes etc. Egregijs et Agilibus Capitaneo ac Judici ceterisque aſſeſſoribus Sedis Kyzdij, Salutem et amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Egregiorum et Agilium **Michaelis domokos de alchijarnathon**, ac **Pauli Bech de cosmas** Qualliter Idem Exponentes Egregios et Agiles **Matthiam et Franciscum Bernald de also Chijarnathon**, racione certorum negotiorum vestri in presenciam in causam convenissent ac ex parte eorundem a vobis Judicium et Justiciam habere voluissent, Vos tamen nescitur vnde moti causam eandem de termino in terminum prorogando, discutere recusassetis prout recusaretis eciam de presenti in preiudicium et dampnum dictorum exponencium manifestum, Vnde requisiti sumus pro parte et in personis annotatorum exponencium vt eisdem superinde de condigno Juris remedio prouideremus. Requiritur igitur vos et nichilominus vobis harum serie Auctoritate domini nostri graciousissimi committimus Quatenus in prima sede vestra Judiciaria partibus predictis vel earundem legitimis procuratoribus coram vobis vocatis auditisque parcium ipsarum propositionibus Allegacionibusque et Responsis admissis, eciam si necesse fuerit, quibusvis testibus fide dignis et probabilibus documentis, partes inter easdem, secundum deum et eius Justiciam verum et rectum Judicium facere et administrare, et si qua parcium huiusmodi Judicio non contentaretur, extunc causam eandem maturius cognoscendam, eo quo antiqua vestra requirit consuetudo, transmittere debeat et teneamini. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Prasmar in profesto Beati Luce Ewangeliste Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo octauo.

(P. H.)

Eredetije papiroson a **Domokos család levéltárában.**

621.

Nagymihályi Ödönfi László görgényi várnagy és székely alispán bizonyítja, hogy Márkosfalvi Török Mátyás neje Margit azt a pert, melyet a Szép Péter székely örökségéért folytatott, a szokásos három forint teher lefizetésével letette. Kelt Prásmáron 1548. oct. 18-án.

Nos Ladislaus Edenffij de Naghmijhal prefectus Castri Gwrgen et Siculorum Comes etc. Memorie comendamus per presentes Quod nobis feria tertia in festo Galli confessoris vnacum nonnullis dominis Nobilibus et Siculis pro faciendo moderatiuo Judicio causantibus in sede nostra Judiciaria sedentibus, Nobilis ioseph literatus de Besenijew pro honesta domina Margaretha consortis (*igy*) Egregij et Agilis Matthie Twrok de Markosfalwa vt actrice ab vna ac Egregius Bernardus daczo pro Egregijs et Agilibus Michaele damokos de Chijarnathon ac Paulo Becz de kozmas Juxta continenciam quarundam litterarum, nostrarum adJudicatoriarum In figura Judicij nostri comparendo, vbi prefatus procurator Annotate domine Actricis allegauit eomodo, quod causam eandem ratione cuiusdam hereditatis siculicalis **Zeph Peter wroke** vocate, Quam vigore et virtute litteralium priuilegialium prefatum in causam attractum occupasse asserebat, cum onere consueto Juxta Regni antiquam et approbatam consuetudinem, si Juri et Justicie consentaneum foret, condescendere vellet, hijs dictis causam eandem cum onere consueto Tribus florenis condescendi fecit, testimonio presencium mediante, et de onere condescensionis Nobis et parti adverse satis fecit, harum nostrarum litterarum vigore. Datum In Prasmar Tercio die Termini prenotati, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Octauo.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije papiroson, a **Domokos család levéltárában.**

622.

Fráter György váradi püspök és kir. helytartó megparancsolja több előkelő székelynek, hogy Náznánfalvi Tamási Lászlót Domokos Mihály ellen idézzék az ő törvényszéke elébe. Kelt Gyula-Fehérvártt, 1549. ápr. 25.

Frater Georgius Episcopus Waradiensis Thesaurarius Locumtenens Reginalis Maiestatis et Illustrissimi filij Sui ac in Regno Hungarie et Transsilvanie Judex generalis etc. Egregijs et Nobilibus, Georgio Litterato de Dathos Michaeli Apor de Thorija Francisco Mijhalcz de Gelencze Balthasaro Polijak et Joanni Barbath de Sampsond, Salutem et fauorem. Dicitur nobis In persona Egregij et Agilis Michaelis Damakos de chernathon, qualiter idem exponens Egregium et Agilem **Ladislauum Thamassij de Naznanffalwa**, racione certorum negociorum coram declarandorum nostram in presenciam in causam convenire ac ex parte eiusdem a Nobis Judicium et Justiciam habere vellet Jure admittente, Requirimus igitur vos et nichilominus vobis autoritate qua fungimur committimus, quatinus acceptis presentibus sub oneribus alias in talibus obseruari solitis simul vel diuisim ad prefatum Ladislauum Thamassij accedendo, amoneatis eundem dicatisque et committatis eidem verbo nostro vt ipse octauo die a die huiusmodi ammonicionis vestre ipsi fiende computando personaliter vel per procuratorem suum legitimum, ad actionem et Acquisitionem prefati exponentis de Jure responsurus, ac exinde a nobis Judicium et Justiciam recepturus coram nobis comparere debeat et teneatur, Et posthec vos seriem huiusmodi Ammonicionis vestre vt fuerit expedita, nobis terminum ad predictum fide vestra mediante refferre vel rescribere debeatis et teneamini, Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restititis. Datum Albe gijule feria quarta proxima post dominicam Jubilate Anno domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Nono.

(P. H.)

Lecta et correcta.

Eredetiye papiroson a **Domokos család levéltárában.**

623.

A kolosmonostori convent bizonyítja, hogy Piski György, Cserényi János és Cserényi György a maros-szentkirályi kolostorban lakó Remete Sz. Pál szerzeteseit a Torda vármegyei Unoka helység elidegenítésétől, Martinuzzi György váradi püspököt pedig, valamint Pókai Jakabot annak megvételestől letiltották. Kelt 1550. február 8-dikán.

Nos Conuentus Monasterij Beate Marie Virginis de Colosmonosthra, Memorie commendamus per presentes, Quod Nobiles Ge-

orgius Pijskij, ac Joannes, et Georgius cherijnij coram nobis personaliter constitutj, honorabiles fratres, ordinis Sancti Pauli Primj heremite, **In claustro Zenthkijral vocato, penes oppidum wasarhel** constructo degentes, a vendicione, Impignoracione, Inscriptiōe, obligacione, seu quauis abalienacione totalis possessionis wnoka vocate, In comitatu Thordensi existentis habite, dominum vero Reuerendissimum **fratrem Georgium**, Episcopum waradiensem, Thesaurarium, Locumtenentem, ac Judicem generalem etc. ac **Jacobum Pokaij**, et alios vniuersos ab empcione, occupacione, detencione, In pignus recepciōe, Seque ipsos in dominium eiusdem quouis quesito colore Intromissione, ac Sibipsis pignoris, vel perhennali titulo Statuifactione, vsuque fructuum, et quarumlibet vtilitatum eiusdem perceptione, seu percipifactione, quomodolibet factis iam, vel fiendis, Inhibuerunt contradicendo, et contradixerunt Inhibendo publice, et Manifeste coram Nobis, harum nostrarum vigore et testimonio literarum Mediante. Datum Sabato, proximo post festum Beate Dorothee virginis, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo.

Eredetije papiroson, a hátára nyomott pecsét töredékeivel, a kolosmonostori konvent levéltárából, **az országos levéltárban.**

624.

Brassó város tanácsa panaszt emel Fráter György előtt Daczó Pál és a Béldiek ellen, kik azért, mert Béldi Ferencznek két székelyszolgáját kicsapongásaikért a tanács törvényesen elítélve karóba húzatta, a várost bosszúállással fenyegették, s azok több rendbeli hatalmaskodásai ellen pártfogásához folyamodik. Kelt Brassóban 1550. mart. 6-án.

Reuerendissime domine d. Gratosissime obseruandissimeque post nostrarum fidelium seruiciorum diligentissimam commendacionem. Nostra plurima grauamina nobis obuientia cogunt nos ad vestram Graciosissimam dominationem confugere, ad quam, certam habemus fiduciam, nostris molestijs amouendis, certum remedium dari posse. Et proinde ea ipsa fiducia freti, vestre Graciosissime dominationi duximus scribendum, Quum nos vnum ex seruitoribus nostris Gregorium nomine in negocijs nostris in Moldauiam

intromissemus, et ille feria secunda Carnispriuij illinc reuersus, ad territorium nostrum possessionis Zenthpeter venisset, ibi venerunt ei obuam duo Siculi, famuli Francisci Beeldy, qui hic in Ciuitate in Nuptijs fuerant cum iam dicto francisco Beeldy. Qui duo, dum adhuc in Ciuitate apud eorum essent hospitem, inceperunt vituperare, et homines illic existentes Besthe zaaz nominare Deinde finito illo Conuiuio Nuptialj, ijdem duo famuli in equis existentes, et Ciuitatem exeuntes, ante portam ipsam circa piscinam, habuerunt ouiam quendam famulum natione Germanum, in equo sui domini sedentem ac in Ciuitatem equitare volentem. Ad quem alter illorum, Cuius est inquit equus iste? Mei domini est respondit Germanus. Ad quem ille Siculus. Germanus ne es tu? Cui ille, sum. Tum ille o Bestia Germane, et cum equo ad illum accedens, habena freni primum percutere incipiens, mox euaginata framea ibidem in tantum librato ictu secuit post hunc Germanum, ut framea eius e manu in terram ceciderit, ita Germanus ab eo liberatus in Ciuitatem venit. His ita habitis, duo illi Siculj, in Suburbium Bollonya dictum equitantes, repererunt quendam Citharedum Siculum etiam, qui se famulum Stephani Zewrchej nominauit, quem vocauerunt vt secum in Siculiam iret, Qui cum nollet ire cum eis, sed ingredere-tur domum, Illisque de equis descendentibus, alter illorum hunc Citharedum in domum sequutus, vi illum e domo eripere ac secum abducere voluit. Sed cum id facere (ob reluctance[m] Citharedi) non posset, arrepta securi (quam wlgo Chakan seu Hetsch nominant) percussit super illum ac Citharam confregit, moxque euaginata framea super Citharedum pupugit, et quamuis vulnus non fecerit, tamen Camisie Manicam transfixit. Et nisi hospes superuenisset, illosque abinuicem sequestrasset, Ipse Siculus ipsum Citharedum in ea domo interemisset. Ille itaque Siculus taliter e domo per hospitem extrusus vna cum suo socio equos suos ascendentes, ac domum versus euntes, habuerunt obuam Seruitorem nostrum Gregorium supradictum, in Campo nostro, Territorij Zenthpeter ex Moldauia venientem, quem cum viderunt venientem et equum eius esse delassatum, pedites illum inuadere ceperunt, Noster famulus hoc cernens, mox de suo equo desiliens equum a se per viam pepulit, et sic pedester se defendere cepit (non enim poterat ob delassatum equum illos euadere) et cum alter framea super hunc se-

caret, hicque rursum sua framea ictus exciperet, alter collo nostri Seruitoris impendens ipsum ad terram deijcere nitebatur. Noster homo videns, aut sibi illic moriendum esse, aut certo omni conamine resistendum, librata sua framea alterum illorum per Crus transfixit, Qui, vulnere accepto, mox corruit. Deinde noster homo ab altero, qui collo eum tenuerat, eluctans, post suum equum currere cepit, Et cum equum comprehendisset, ac eum iam ascendere vellet, venit currendo alter, arreptaque framea nostri hominis, ipsum non permisit equum suum ascendere. Et cum ita hy duo inter se luctarentur, noster homo illum Siculum vnacum framea ad se trahens atque astringens, in terram coniecit, Dixitque illi ita in terra iacentj, videsne iam tu pessime homo quid possem facere tecum si velim. Verum licet facile illum ledere potuisset, tamen nihil quicquam illi nocuit, sed accepta sua framea atque suo equo conscenso venit domum ad nos nihil quidquam ex illorum rebus secum ferens. Quos ambos tam mortuum, quam etiam viuum ad nos introductos, ac ad tertiam diem seruatos, inque Iudicium productos, testiumque prescriptorum Juramentis coram nobis depositis conuictos, ac demum sententiatos, in palos adiudicauimus suffigendos. His itaque gestis Stephanus Thot miserat vnum suum famulum in Sedem Sepsy. Quem Paulus Daczo cum suis et Beeldiensibus, cum veru iam paratum et acuminatum ponere volebat, multum Jurans et minitans, se non solum ex vulgaribus et plebeys Saxonibus (propter illos duos in palos suffixos) sed primum quemque ex Ciuibus Juratis nostris, quem comprehendere poterit, in palum affigi facere velle. Nos cum Minas illas percepissemus, misimus hunc Simonem Ewrdog, cum literis nostris credencialibus ad Paulum Daczo, vt eum nostro nomine rogaret, ne violentiam aliquam contra nostros homines, ac nos exerceret, sed si quid actionis contra nos haberet, aut se habere pretenderet, quereret nos Jure mediante, nos parati essemus in Iudicio stare, ac secundum iusticie exigenciam nos defendere. Nos enim id, quod egissemus, Jure mediante fecissemus, et nullam violentiam commissemus. Quid vero Paulus Daczo, et qui cum eo fuerunt, per hunc Simonem nobis minitauerint, vestra Gratosissima Dominatio dignetur ex ipsomet cognoscere.

Quin insuper, qualiter vnum Ciuem nostrum Juratum, quem ex commissione vestre Gratosissime Dominationis in Legatione ad

Wayuodam Moldauensem expediuimus (cum quo et Stephanus Thot vnacum pecunia per vestram Gratosissimam Dominationem per nos dari iussa vadit) pepulerint et fugauerint viginti famulis ipsos insequentes, vt ipsimet nobis nunciarunt, Et quomodo Sex famulorum, super nostrum Territorium in Praowa ad interficiendum Gregorium prescriptum miserint, Et insuper quales violencias ex Paulus Daczo in Wyfallw huc pertinente possessione, vbi tres cubulos auene, quinque Gallinas, et 19 octoalia vini accepit: hec omnia commisimus huic Simoni referenda, humilime ac diligenter rogantes vt Vestra Reuerendissima Dominacio de condigno remedio nobis prouidere, informareque nos, vel etiam (si vestre gratosissime dominationij visum fuerit) Mandatum super illo Paulo Daczo ac Beeldiensibus dare dignetur, vt sub protectione vestre gratosissime dominationis pacem habere possimus. Id quod nos perpetuis seruicij erga vestram Gratosissimam Dominationem reseruare curabimus. Quam deus Altissimus seruet quam diutissime felicem. Datum Brasouie feria quinta ante Dominicam Oculj Anno domini 1550. Vestre Reuerendissime Dominationis

Inseruire paratissimi
Judex et Jurati
Ciues Ciuitatis
Brassouiensis.

Reuerendissimo D. D. Georgio Ecclesie Waradiensis Episcopo etc. etc.

Eredeti fogalmazvány **Brassó város levéltárában.**

626.

Kendi Ferencz és Dobó István erdélyi vajdák Székely-Vásárhely mezővárosnak engedélyt adnak, hogy a város határában a Maros folyóra malmot építhessen. Kelt Régenben 1554. május 1-én.

Nos Franciscus Kendij de Zenth Iwan. Ac Stephanus Dobo de Rwezka, Waijwode Transsiluanenses: et Sicularum Comites etc. Memorie Commendamus tenore presencium, Significantes quibus expedit vniuersis, Quod Nos cum ad supplicationem Nonnullorum dominorum Regnicolarum pro parte Prudencium et Circumspectorum

Judicis ac Juratorum Ciuium, ac omnium inhabitatorum **oppidi Zekelwassarhel** vocati, nobis factam, Tum vero ex officio nostro, quo communem iusticiam, prout tenemur, soliti summus conseruare et protegere: Id eisdem duximus Concedendum prout concessimus per presentes: Vt ipsi intra veras metas eiusdem oppidi Zekelwassarhel, in fluuio Morosijensi, vbi pro vsu ipsorum aptum locum habere poterunt, Molendinum cum debita impositione aggerum edificare et construere possint et valeant. Quocirca vos uniuersos et singulos, Egregios et Agiles, Capitaneos, Judices, primipulos ae cuiuscunque status et condicionis horaines vbiuis in hoc Regno Transsiluanie constitutos et commorantes, ac signanter inhabitatores Sedis Maros, territorijque eiusdem oppidi Zekelwassarhel conterminos, harum serie Requirimus, et Nichilominus vobis, Authoritate domini nostri clementissimi, qua fungimur, committimus, quattinus a modo deinceps, eosdem Judicem ac Juratos Ciues ac vniuersos Inhabitatores dicti oppidi Zekelwasarhel in edificacione predicti Molendini, Molestare seu damnificare nulla ratione presumatis: nec sitis ausi Modo aliquali. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in oppido Reghen, feria Tercia in festo Beatorum Philippi et Jacobi Apostolorum. Anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto

(P. H.) (P. H.)

Lecta.

Eredetije papiroson **M.-Vásárhely város levéltárában.**

626.

Kendi Ferencz és Dobó István erd. vajdák megparancsolják több előkelő székelynek, hogy Székelyvásárhely mezővárosát a város határában a Maros folyóra hatalmaskodva épített két malom birtokába igtassák be. Kelt Székely-Vásárhelyen 1554. május 22-én.

Franciscus Kendi de Zenthijwanij et Stephanus Dobo de Rwzka, Waywode Transsiluanenses et Sicularum Comites, Egregijs et Agilibus, Nicolao Alardh de panijth, Thome Mijhalffy de koronka, francisco Michalffij de Zenthtrijnijthas, Nicolao nagh de Zenthijwanij, Blasio Pokaij de Zenthmijklos, Joanni kijs de Bergenije et Anthonio pethew de ZenthJwanij Salutem et fauorem, dicitur Nobis, in

personis Prudentum ac Circumspectorum Judicis et Juratorum Ciuium huius **oppidi Zekelijwasarhelij**, Qualiter ijdem exponentes, In dominium quorundam duorum Molendinorum super fluuio Marwsij, intra veras metas huius oppidi Zekelijwasarhelij, in Sede Marws existentis, violenter constructorum, Juxta contenta publicorum Articulorum, Annis superioribus super remittendis Bonis, per potenciam occupatis, Posonij editorum, medio vestri, legitime vellent introire: Quocirca requirimus vos, et Nichilominus, vobis Authoritate, qua fungimur committimus, quatinus acceptis presentibus, statim sub oneribus alias in talibus obseruari solitis, simul vel duo vestrum ad facies dictorum Molendinorum, vicinis et commetaneis eorundem vniuersis Inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo, introducatis prefatos Exponentes in dominium eorundem Molendinj, (*igy*), Statuatisque eosdem eisdem, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet perpetuo possidenda. Si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint Euocetis eosdem, contra Annotatos exponentes, ad primam Sedem Judiciariam sedis Maros, rationem contradictionis ipsorum reddituros, Committimus Nichilominus Capitaneo Judici et assessoribus eiusdem Sedis Maros, vt ipsi causam eandem, partes inter predictas, in prima statim eorum sede Judiciaria, post harum ipsis exhibicionem, per vos celebrandam, absque vltiori prorogacione, secundum deum et eius iusticiam cognoscere, discutereque et adiudicare, Et si qua parcium huiusmodi eorum Judicio non contentabitur, extunc ipsi causam eandem maturius reuidendam, in locum interrogacionis ipsorum solitum, sine grauamine parcium aliquali transmittere modis omnibus debeant et teneantur. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum In Oppido Zekelijwasarhelij, feria tertia proxima post dominicam Trinitatis, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo quarto.

(P. H.) (P. H.)

Lecta.

Eredetije papiroson, **M.-Vásárhely város levéltárában.**

627.

Kendi Ferencz és Dobó István erd. vajdák megparancsolják Köpeczi Tamásnak, Székelyvásárhelyi Varga Györgynek és Szentkirályi Varga

Györgynek, hogy azt az ítéletet, melyet a Székely-Vásárhely városa és a szentkirályi paulinus kolostor között egy a város határában épített malom ügyében folyt perben mint a felek által választott bírák hoztak, a város részére írásban adják ki. Kelt Szentkirályon 1554. aug. 17-én.

Franciscus Kendj de Zenthywan et Stephanus Dobo de Rwzka waywode Transsiluanenses et Sicularum Comites etc. Prudentibus et Circumspectis Thome keopeezy Georgio Wargah de Zekelwasarhel, et Agili Georgio Wargah de Zentkyral, Salutem et fauorem. Dicitur Nobis in personis prudentum et Circumspectorum Judicis et Juratorum ciuium dicti Oppidi Zekelwasarhel, Qualiter diebus proxime superioribus vos veluti Arbitri per eosdem exponentes ab vna, ac **Religiosos fratres heremitas in claustro Beate Marie Virginis supra Zenthkyral fundato degentes**, partibus ab altera, vnanimiter electi. in facto cuiusdam Molendini Intra metas dicti Oppidi Zekelwasarhel in Sede Maros existentis adiacentis et constructi, vobis bene cogniti, inter ipsas partes quandam fecissetis arbitratiuam compositionem, Vnde Ipsi exponentes, ad presens literis vestris testimonialibus pro Jurium suorum tuicione plurimum indigerent et essent necessarii, Requirimus igitur vos et Nichilominus vobis Auctoritate qua fungimur committimus, quatenus, dominica proxime affutura ad locum per exponentes vobis prefigendum sub consuetis oneribus accedere ac premissam compositionem parcium In memoriam Reuocare, et superinde literas vestras Testimoniales Memoratis exponentibus fide vestra mediante conscribendas dare et concedere Modisomnibus debeat et teneamini. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Zenthkyral feria sexta proxima post festum Assumpcionis Beatissime Marie Virginis, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quarto.

(P. H.) (P. H.)

Lecta.

Eredetije papiroson **M.-Vásárhely város levéltárában.**

628.

Az 1555-diki maros-vásárhelyi országgyűlésnek a székelyek törvénykezésére vonatkozó végzése. Kelt 1555. ápr. 24-dikén.

. . . . Item Judicia nouorum Actuum potenciariorum tam inter Nobiles quam eciam Siculos continue celebrentur, Siue iam orte sint siue oriantur, generalia vero Judicia in deminica Cantate inchoentur.

Ijdem **domini Siculi affirmant leges suas a legibus ceterorum Regnicolarum discrepare**, postulantque vt Juxta veterem eorum consuetudinem, cum literis Euocatorijs dominorum Waijwodarum, in presenciam corundem racione quorumuis Negociorum, ne euocentur, Quorum postulacioni domini Waywode consenserunt Ea tamen Condicione, vt Siculi causas Reliquorum Miserorum Plebeorum Coram Ipsis vertentes, Citra vllam dilacionem adiudicare debeant. Alias enim Illos qui Contra Miseros peccauerint, ad Requisicionem Ipsorum in presenciam eorundem dominorum Waijwodarum per litteras Euocatorias Citari faciant.

Ezen országgyűlés eredeti törvényczikkeiből **az erd. Muzeum kézirat-tárában (Jos. Com Kemény Codex Authent. Art. Diaet. Trans. I. köt.)**.

629.

Vas László jelentése az I. Ferdinánd király számára a székely székekben végrehajtott ökörsütésről. Kelt Tordán 1555. jul. 20-án.

Reverendissimi et Magnifici domini mihi observandissimi. Seruitiorum meorum commendationem. Accepi litteras dominationum vestrarum, simul cum exemplo litterarum Sacratissimae Regiae Maiestatis domini nostri clementissimi vigesima die mensis Julii ex Augusta ad dominationes vestras scriptarum, monent me dominationes vestrae, ut modum de abigendis bobus signatis dominationibus vestris perscribere deberem. Cum autem ego Maiestati Regiae meam in hac re sententiam jam pridem significaverim, intelligamque tum ex litteris dominationum vestrarum, tum etiam ex litterarum sue maiestatis exemplo, scripta mea per ejus Maiestatem ad dominationes vestras esse missa, non dubito quin dominationes vestrae iam bene intellexerint, quae fuit mea opinio in abactione eorum pecorum. Ego itaque ne nunc quidem aliud scribere scio, praeter id, quod semel Maiestati Regiae scripsi Quamobrem Dominationes vestrae adhibeant curam, ut primoquoque tempore mittant hominem aliquem

idoneum, qui praesit et, curam abigendorum pecorum habeat. Ego enim ad hanc curam neque sumptu neque ingenio sufficiens esse potero, cum me etiam reliquis negociis suae maiestatis, quae hic curari debent, insufficientem esse agnoscam. De conducendis haydonibus et pastoribus eam habiturus sum curam, ut qui idonei ad hoc esse videbuntur, usque ad locum per Maiestatem regiam designatum, pecora ipsa depellant, exceptis illis, qui in itinere vel morbo, vel alia aliqua causa deficerent.

De modo autem abigendorum pecorum utrum simul disiunctis gregibus, vel per vices abigantur, ego tandem cum homine, quem Dominationes vestre missurae sunt, concludam, curaboque, quemadmodum voluntas est suae Maiestatis, ut omnia pecora, quaecumque adeo firma erunt, eo quo sua Maiestas mandat, propellantur, de imbecillioribus autem, et precipue illis, quae propter claudicationem, cecitatem, vel senectam aut aliquem alium morbum nullo modo abigi poterint, cum eodem homine Dominationum vestrarum deliberraturus sum, hic ne remaneant, aut aliquando hinc ulterius propellantur. Interim autem quoad ille supervenerit, conferam de hac re etiam cum negociatoribus, qui in hoc regno sunt, horum quoque opinionem in hac re experturus, cuperem enim ex animo omnia in commodum suae Maiestatis cedere, interea tamen dominationes vestrae absque ulla mora festinent hominem ipsum mittere, periculosum enim est diutius pecora ipsa hic esse, tum propter statum praesentis turbulenti temporis, tum etiam ob propinquitatem hyemis, nam etiam si nunc pecora ipsa moverentur, duobus integris mensibus difficulter possent abigi Viennam, hoc igitur negocium nullam ferre potest moram.

Numerum boum signatorum dominationes vestrae **ex scheda praesentibus inclusa** intelligent, restat adhuc aliquid boum qui nondum sunt administrati. Non desino tamen signatores urgere incessanter, ut primo quoque tempore administrantur, praeterea signatores boum pro salario eorum, secundum veterem consuetudinem boves acceperant, nunc in hoc operam do, ut boves illos quoque ab eis opera Reverendissimi domini Episcopi et dominorum Waywodarum auferam, et eos paratis contentem pecuniis; siquid igitur in hac re efficere potuero, et quicquid etiam de restanciis administratum fuerit, numerum illorum quoque in litteris meis dominationi-

bus vestris significaturus sum, quam primum ipse certior factus fuero. *sat.*

Datum Thordae 20. die mensis Julii anno domini 1555.

Servitor

Ladislaus Was

de Gijalw.

Külczim: Rev. et Magn. Dom. Sacr. R. Mattis Camere hungarice praefecto et consiliariis domini mihi observandissimis.

Hátára jegyezve: 18. aug. 1555. Ladislaus Vas de numero boum signatorum.

Melléklet:

Summarium Boum in septem Sedibus Siculicalibus ad regiam rationem exustorum anno 1555.

In Sede Wdwarhel connumerati vel signati ad regiam rationem boves MLXVIII

Ex hijs

Francisco Kathay Capitaneo eiusdem Sedis pro salario dati boves XXV.

Nicolao Kornijs Judici eiusdem Sedis pro salario dati boves XVIII.

Antonius Dorchay et Jacobus Pokay exustores boum, ratione suorum salariorum acceperunt boves XXXII.

Judici oppidi Wdwarhel pro servitio ipsius datus bos I.

Hominibus, qui boves cum ferro signaverunt vel exusserunt, pro suis servitiis datus bos I.

Coco pro servitio bos I.

Joanni litterato rationistae bos I.

Tredecim hospitibus in diversis locis juxta continentias articuli regnicolarum relaxati boves XIII.

Jacobus Pokay supra suum sallarium accepit boves XX.

Ad manus Perceptoris boum ad regiam rationem pure dati
boves VIII LVII

Restant adhuc exigendi supra praemissam summam boves XLVI.

In Sede Sepsy connumerati vel signati boves VILV

Ex hijs

Paulus Dachyo et Ladislaus Kwrthy Comites eiusdem Sedis ratione salarii eorundem levaverunt boves XII.

Tribus Judicibus eiusdem Sedis ratione suorum Sallariorum boves XII.

Hospitibus undecim iuxta continentiam articuli Regnicolarum relaxati boves XI.

Vincentius Somogij et Leonardus Bank exustores boum ratione suorum sallariorum levaverunt boves LXVI.

Ad manus Perceptoris boum ad regiam rationem assignati boves V XLII.

Restant adhuc exigendi boves XII.

In Sedibus Kyzdy et Orbay connumerati vel signati boves III XI.

Ex hijs

Capitaneo Sedis Kyzdy pro suo salario dati boves XII.

Judicibus eiusdem Sedis ad salarium dati boves XII.

Hospitibus decem iuxta continentiam articuli relaxati boves XI. (*igy*)

Judicibus Sedis Orbay pro suo salario dati boves XII.

Hospitibus octo iuxta continentiam articuli regnicolarum relaxati boves VIII.

Franciscus Bay et Matheus Pestessy exustores boum pro salario acceperunt boves XXXII.

Perdiderunt boves II.

Ad regiam rationem pure assignati boves III XXIII

In Sede Maros exusti vel connumerati boves M III XXXV.

Thome Mihalfy Capitaneo eiusdem Sedis ratione sui sallarii dati boves XXIV.

Judicibus eiusdem Sedis ratione suorum sallariorum boves XVI.

Nicolaus Horwath et Georgius Hamway exustores boum pro eorum salario acceperunt boves XXXX.

Hospitibus undecim iuxta continentiam articuli relaxati boves XI.

Pauperibus in hospitali existentibus pro elemosyna bos I.

Monialibus pro elemosyna bos I.

Ad manus perceptoris ad rationem regiam pure dati boves M II XXXII.

Restant exigendi supra premissam summam boves

In Sede Aranyos conumerati vel signati boves III. XVI.^c

Ex hijs

Joannes Naghwarfalwy Capitaneus ejusdem Sedis ratione sui sallarii accepit boves XII.

Gregorius Warfalway Comes ejusdem Sedis ratione sui sallarii accepit boves XII.

Caspar Feoldwary Judex ejusdem Sedis ad sallarium suum accepit boves XII.

Hospitibus duodecim juxta continentiam articuli relaxati boves XII.

Nicolaus Kerey et Andreas Myske exustores boum pro suis sallariis acceperunt boves XXIV.

Ad manus perceptoris boum ratione regia assignati boves III XXXXIII.^c

Regestrum Sedis Chyk nondum est computatum, sed tamen ad manus Perceptoris boum ratione regia praesentaverunt boves V VII.^c

Summa boum ad regiam rationem pure perceptorum facit boves III VIII V.^{M C}

Eredetije **az országos levéltárban**, a magyar kamarához intézett levelek közt (1550–1559. B.).

630.

Verner György kamarai tanácsos levele, a székely ökörsütőknek nem ökrökkel, hanem pénzzel való díjazása ügyében. Kelt Eperjesen 1555. sept. 17-én.

Signatores bocum salarii loco acceperunt boves, sed multo plures, quam aequum est et ferri potest. Voluit D. Ladislaus eos contentos reddere pecunia, sed ipsi pecuniam accipere recusarunt. Et hac de re requisiti domini Vajvodae responderunt, eos in ipsorum praesentiam citandos esse, et jure requiri oportere. Cum autem hoc valde inconueniens sit, censet D. Ladislaus serio committi oportere, ut signatores boves restituant, et aequo salario pecuniario sint contenti.

Eredetije **az orsz. levéltárban**, a magyar kamarához intézett levelek közt. (1555–59. C.)

631.

Maksai Békes Adorján és neje Katalin végrendelete. Kelt 1556-ban.

In Nomine Dominj Amen. Anno Dominj 1556. Egregius **Adrianus Bekes de Maxa**, vna cum Egregia domina consorte sua videlicet Catherina, ex suis liberis arbitrijs ac pari voluntate, viua ipsorum^{*)}, nullo cogente talem faciunt et formant Testamentum.

Item primo quando Ipsi mori contingerit, prius animas ipsorum commendant Deo patri omnipotenti, qui eas creauit ex sua clementia, corpusque Ipsorum terre ad sepeliendum, vnde orriginem sumpsit, Ceterum res et bona ipsorum quas habent et possident, sic legant et committent, Quod si Egregio domino Adriano Bekes prius mori contigerit, extunc omnes hereditates, quas ipse proprijs suis expensis et laboribus quesijt, et nobilitauit, mittet ad manus domine sue.

Item hereditas, in qua domus lapidea constructa est, usque ad metam pallacij est meta hereditatis, in filios filiorum emi perpetuo tenendum et possidendum, a filijs Patakzökö vna cum orto pomarij, Jam dudum preterierunt Anni triginta et duo, ex quo possedi et in pacifico dominio persedi, et a Laurencio Patakzöke emi, in also csernaton commorante.

Item terre arabiles in pratis sunt duo, vna terra arabilis est in kws mezö, az vtb altal kelöbe az Maxa feijbe menöbe, et secunda est az közep mezöbe az kws vth melleth az fa hordo vton teri meg az vegire, vgyan azon fele föld egy chegel az Dalnak patakara menöbe.

Item In **Lezffalua** habeo quattuor villicos vlgo **földön lako** quos proprijs expensis et laboribus quesui et nobilitauit, Item due illarum fuerunt deserte videlicet super quam Ladislaus kanyo et Stephanus kowacz morantur, et super quam Stephanus et Johannes fagijas commorantur, ab ipsis solis emi precio perpetuo.

Item inter medium hereditatis fagijas existentem hereditatem Valentinj Chijkij emi precio perpetuo ad filios filiorum.

Item equaces vendidimus coniugi Francisci Bernald, et Laurencio borosnijaij tali modo, vt omni in anno duos ex pullis equacijs reddant nobis.

^{*)} Kimaradt: voce.

Item in **Maxa** habeo quinque domos villicos az aroknak az belsö felijn et hereditatem Illam emi a Johanne Mathe precio perpetuo in filios filiorum, es az also tonak az Ikmeksö zelijth azth es Mathe Janostol vöttem.

Item piscenam magnam proprijs laboribus edificaui et iam prescripcio est in Illa.

Item molendinum pariter in fine ville proprijs laboribus edificaui et iam du(dum) preterierunt annj triginta et duo, ex quo in pacifico dominio rexi et possedi.

Item hereditatem in qua desident franciscus kws, fabianus teka, georgius seteth et andreas chango, valentinus sar, et Michael chango, proprijs laboribus et expensis quesui et nobilitaui.

Item In **Bytha** az bitara mejnö vth melleth az waijda hijdatol fogua ala bytaijk enijm, az fele östöl maradt, az felijth Mate Janostol tartottam el, hogij idegen embernek atta volna, ugy tartottam el az idegentöl.

Item ad hereditatem Bita vocatam multas expensas generaui, et illam sic mitto, vt nullus fratrum meorum nec filij valeant accipere de manu consortis mee, donec mediam partem expense deposuerint sibi, et habeo expensas quasi florenos XL, et ad partem terciam cum magnis laboribus et expensis et agente lite intraui, et diuisio est in terris arabilibus et in fundis, sed fenetum diuidimus, quando falcare oportuerit, et tertia pars cum totis vtilitatibus ad me pertinent, et partes due ceteros fratres Bessenieij, Adhuc habemus in lites pro vna parte, quia media pars me concernit ad consanguineitatem.

Item In **Warhegij** habeo fenile, totaliter ad me pertinet, et iam elapsi sunt Annj tringinta duo, ex quo ego in pacifico dominio permansi et possedi, et pars media mollendinj ad me pertinet, et pars media concernit Egregium lazarum kun, et ad hereditatem istam expensi vnacum fatigijs, dampnis et expensis florenos duo centum, et media pars terrarum arabilium me concernit In interterritorio Varhegy, et pars media Lazarum kvn, excepto hereditatis filij Varhegij.

Item in **Marthonffalua** quam hereditatem habemus media pars me concernit, quam et nunc rego simulcum fenetis et mollendinis et piscenis, et de mollendino et terris arabilibus sic exceperam manus vt ad omnium *) dent mihi duos duos florenos, et iam sunt

*) **Mind szent napra.**

anni decem et sex. a quo ipsi fructum et vtilitatem acceperunt sed mihi nec nihil soluerunt, et tenentur soluere.

Item ad hereditatem Moisi in **Markosfalua** existencium . . . expendi florenos sexa(ginta) sex cetera mitto coniu(gi mee), vt ab ipsa valeant redimere, et ipsa possideat, et si (a coniug)e mea non redemerint, post decessum coniugis mee ad posteros meos condescendat.

Item in **Choboth** terras arabiles et in mezö chere az kij orothuanijok vadnak, kiket ö Ideijbe irtottam, azokat es mind neki hattam, hogy senkij ne oztozhassek vele.

Item in **Lezffalua** in territorio Lezfalua habeo quattuor terras arabiles et fenile in dalnak Rethé, Item penes fluuium csernathon habeo terras arabiles, et illa coniugij mee lego, vt nullus fratrum meorum ab ea recipere valeat, egy chegel föld az hozzuban.

Item ego Adrianus Bekes hec supra scripta fide mediante fateor vera esse, et omnia lego et committo domine coniugij mee, vt nullus fratrum meorum ipsam in prescriptis inquietare possit, nec valeat, sed nec filij, quousque vixerit, et ab ea non redemerint, omnia posteris

Item ego domina katherina simili modo quascunque res et bona habe(o) lego et mitto omnia domino meo Egregio Adriano Bekes, vt nullus fratrum meorum pro eis requirere valeant et possint.

Hec presentibus honorabilibus dominis videlicet Stephano vicearchideacone sedis kijzdij plebanoque de Dalnak, Blasio plebano de Maxa, georgio plebano de Lezffalua, Egregio vitalis de Zoltan, Nicolao Mathe, Paulo Sar, Jacobo varga, Blasio veres in Maxa comorantibus,

(P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H.)

Eredetije papiroson, a székelij nemz. Muzeumban.

632.

Izabella királyné parancsa több megnevezett királyi emberhez, hogy Toldalagi Andrást és Balázst igtassák be a Vásárhely fölött fekvő szentkirályi paulinus kolostor nagy-ercsei részjóságába, melyet ő az említett Toldalagiaknak adományozott. Kelt Kolozsvártt 1558. martius 16-án.

Isabella dei gracia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Fidelibus nostris Egregijs et Nobilibus Francisco Joga de Akna, Caspari Csekelaki de Kozma, Antonio Ispan de Szász Fülpös, Baltasari Pokai, et Francisco similiter Pokai de eadem Poka, Georgio Erchei et Johanni literato de eadem Erche, Salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Egregiorum Andree et Blasij Tholdalagi, Qualiter ipsi in dominium totalis portionis possessionariae **Heremitarum in Claustro Szentkiraly supra Oppidum Vásárhely residentium**, in possessione Erche vocata in Comitatu de Kolos existente habitae, ipsos ex donatione et collatione nostra concernentis medio vestri legitime vellent introire, Super quo fidelitatibus vestris harum serie mandamus firmiter, vt acceptis presentibus simul vel duo vestrum, sub onere alias in talibus observari solito, ad facies prescripte possessionis Erche, consequenterque porcionis possessionarie dictorum fratrum Heremitarum in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducatis prefatos Andream et Blasium Tholdalagi in dominium eiusdem, statuatisque eandem eisdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet premissae nostrae donationis titulo ipsis incumbente, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, evocetis eosdem ibidem contra annotatos exponentes nostram in praesentiam rationem ad quintumdecimum diem contradictionis eorum reddituros, Et posthec vos seriem huiusmodi Introductionis, statutionis et evocationis, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissae statutioni intererunt, nominibus terminum ad predictum ut fuerit expediens, nobis fide vestra mediante rescribere debeatis et teneamini, Secus non facturi, Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Kolosvarini feria quarta proxima post dominicam Oculi Anno Domini Millesimo Quingentesimo quinquagesimo octavo.

Pókai Balázs, Ercsei deák János, és Csekelaki Gáspár kir. emberek 1558-ban kelt jelentéséből, mely szerint a beigtatás minden ellenmondás nélkül megtörtént, 1779 diki hiteles átirat után, a **gr. Toldalagi család radnótfáji levéltárából** közöltem, **Történelmi Tár. 1888. évf 101. l.**

633.

Izabella királyné Udvarhely mezőváros részére kiváltságlevél alakban átírja a maga 1557. november 30-dikán kelt nyílt levelét, melylyel a várost, a török szultánnak fizetendő adót kivéve, minden adótól és rovattól örökre fölmentette. Kelt Gyula-Fehérvárrt 1558. nov. 7.

Nos Isabella Dei gracia Regina Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit uniuersis, Quod pro parte et in personis fidelium nostrorum vniuersorum ciuium et inhabitorum **oppidi nostri Siculicalis Vdwarhel**, exhibitae sunt nobis et praesentatae quaedam litterae nostrae Exemptionales in dupplici papijro patenter confectae, Sigilloque nostro secreto in inferiori earum margine impressiue consignatae, ac chirographa nostra propria subscriptae, quibus mediantibus nos ipsos ciues et incolas a solutione quarumlibet Taxarum et contributionum nostrarum nobis et camere nostre prouenire debentium, excepta duntaxat Taxa et contributione potentissimum Imperatorem et excelsam portam concernente in perpetuum exemisse, et supportasse aperte dignoscebamur. Supplicatumque extitit maiestati nostrae in personis eorundem humillime, ut praescriptas litteras ac omnia singula in eisdem contenta ex superabundaciori gratia nostra ratas, gratas et accepta habere, litterisque nostris priuilegialibus uerbotenus inseri et inscribifacere dignaremur, ac pro eisdem ciuibus et incolis dicti oppidi nostri Vdwarhel perpetuo ualituras graciose confirmaremus. Quarum quidem litterarum nostrarum exempcionalium, tenor talis est. **Nos isabella** stb. (*Lásd fõntebb: CCCXXIV. sz. a.*). Nos igitur praemissa supplicatione nominibus et in persona quorum supra nostrae porrecta Maiestati Reginali benignitate exaudita et clementer admissa, praescriptas litteras nostras exempcionales, non abrasas, non cancellatas nee in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus uicio et suspicione carentes, presentibus litteris nostris priuilegialibus De uerbo ad uerbum sine diminucione et augmento aliquali quoad omnes earundem continencias, clausulas et articulos, eatenus, quatenus eedem rite et legitime existunt emanatae, viribusque earum ueritas suffragatur, ex super abundanciori gratia nostra acceptamus, approbamus, ratificamus, easque ac omnia in eis contenta memoratis ciuibus et incolis dicti oppidi nostri Vdwarhel perpetuo ualituras

confirmamus, Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum, quas Secreto sigillo nostro quo ut Regina Hungarie utimur impendenti communiri fecimus. Datum in Ciuitate nostra Alba gijwla Septimo die Mensis Nouembris, Anno domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo octauo.

Ysabella m. p.

Joannes m. p.

Eredetije pergamenen, a veres, fejtér, zöld zsinóron függött pecsét töredékével, **Udvarhely város levéltárában.**

634.

Izabella királyné megparancsolja több előkelő székelynek, hogy menjenek el Gidófalvi Kövér Gáspár nejéhez Annához, hallgassák ki, s tegyenek jelentést, hogy kiket vallott ügyvédjeinek. Kelt Gyula-Fehérvárrt 1559. augusztus 14-én.

Isabella Dej gracia Regina Hungarie Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris Egregijs et Agilibus **francisco mijko de oltzeme Clementi beldj de Wzon Joanni gereb de Zenthmariazzon** ¹⁾ et **Valentino Nemes de kyllien** Salutem et gratiam, exponitur Maiestati nostre in persona generose domine Anne consortis Egregij **gasparis kewer de gjdoffalwa** Qualiter eadem domina exponens ad presens pro Jurium suorum tuicione procuratoria constitutione summe indigeret essetque necessaria (Et quia eadem domina exponens cum ob loci distanciam tum vero muliebris sexus fragilitatem pro constitutione procuratoria Nostram in presenciam venire nequit) pro eo fidelitatibus vestris barum serie firmiter committimus et mandamus Quatinus acceptis presentibus statim sub oneribus alias in talibus obseruarj solitis simul vel duo vestrum erga pefatam dominam Annam accedentes procuratoriamque constitutionem eiusdem domine audire et acceptare ac eiusdem procuratorie constitutionis seriem vt fuerit expediendum Nobis Cum Nominibus et cognominibus constitutorum fide vestra mediante refferre vel rescribere debeatis et teneaminj Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti.

¹⁾ **Szent Mária asszon** a mai **Szemeria** Sepsi-Szentgyörgy mellett.

Datum Albe Julie teria secunda proxima ante festum beatissime virginis Marie Anno dominij Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije a székelj muzeumban.

635.

II. János választott király megparancsolja Udvarhely szék királybíráinak, hogy a szék főemberei és lófejei fölött tartsanak hadi szemlét, s azokról neki hozzanak jegyzéket. Kelt Musnán 1561. martius 17-én.

Joannes Secundus dei gratia Electus Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Fidelibus nostris Egregijs Agilibus Judicibus nostris Regijs, Item **Vniuersitati primorum et primipitorum Sedis nostre Siculicalis Wdwarhely**, Salutem et gratiam. Optime vobis constare credimus, qualem deliberacionem vnacum fidelibus nostris dominis Regnicolis **super connumeracione dominorum Siculorum** antea fecerimus, Nempe vt seruitores primorum Siculorum sicuti antea ita eciam deinceps semper a taxa et contribucione liberi habeantur, ita tamen vt iidem primores cum huiusmodi exemptis seruatoribus eorum militaribus apparatibus bene Instructis sese paratos habere et vna cum illis pro rei necessitate inseruire nobis debeant. Similiter vt primipili quoque quorum Aui et Atai diuis quondam Regibus Hungarie predecessoribus nostris pro necessitate inseruiuerunt, exempti sint et in libertatibus Antiquis conseruentur, Ita tamen vt et ipsi in proprijs eorum personis militaribus apparatibus instructi semper esse, et pro necessitate Regni nobis inseruire teneantur. Quos quidem primores et primipilos volentes nos Juxta premissam deliberacionem quanto numero et quali apparatu sint in quibuslibet Sedibus nostris exacte cognoscere, Commisimus Judicibus nostris Regijs sedis illius nostrae Wdwarhelj, vt vos et quemlibet vestrum lustrare et Regestum super huiusmodi lustracione conficere nobisque adferre debeant, quemadmodum eisdem per presentes committimus, fidelitatis igitur vestris harum serie committimus firmiter, vt statim acceptis presentibus, vos primores cum exemptis seruatoribus vestris, vos vero primipili in proprijs personis vestris militaribus instrumentis

decenter vosmet adparare et ad feriam terciam proximam post dominicam Ramispalmarum adfuturam coram dictis Judicibus nostris Regijs lustrandos presentare debeatis et Teneamini, Secus non facturi. Datum in possessione nostra Saxonicali mwsna, feria secunda proxima post dominicam Letare, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo primo.

Joannes Electus Rex m. p.

(P.H.)

Eredetiye papiroson, **Udvarhely város levéltárában.**

636.

A szebeni tanács értesíti Besztercze városát, hogy mily magatartást fog követni a székely fölkeléssel szemben. Kelt Szebenben 1562. május 17-én.

Fursichtige Weise Herren vnndt freunndt, Vnnsereinn grwss vnnd freunndschafft, Mit winndschung alles Heils vnnd gwts zw ieder Zeit bevor. Wir habenn ewr Weisheit Schreiben enntpfanngenn, Vnnd bedanken vnns sehr kegenn ewr Weisheit der neuer Zeittung, So vnns eur W. des Despots vnnd des Procops dieners halbenn Annetzeit hat, Bittenn ewr W. wolle auch hinfort nit underlassen vnns mit zw theilenn, was ewr W. zukommen oder verstehen wirdt. Desgleichen wollen mir awch Allwegh was mir habenn werden Ewr W. theilhaftigh machenn. Das aber ewr W. schreibt, wie das **die Seckell einen Tabor gemacht** vnnd ewr W. entpotenn hettenn das Sich ewr W. auch zu Innen haltenn wolte vnnd gesagt, wie das Sie vnns auch der Sachenn halbenn besucht hetten, Soll ewr W. wissen, das bisher vonn Innen der Sachenn halbenn Niemandt tzw vnns kommen ist, Vnnd wo Jemandd kommenn were, So hetten wir Mitt Innenn gethan wie vnns denn konig: Majestet befolenn hat, welches befehl denn auch one Zweifel, ewr W. von konig: Majestet tzugeschickt ist, denn mir haben eine Oberkeit im Lannde, der mir gehorchenn sollen, Vnnd Solche Tumult wider die Oberkeit antzufachenn wider Gott vnnd wider vnnsere getreukeitt ist, Darumb ewr W. weitter der sachen halbenn beswchenn werdenn, So mag eur w. Nach kon. Majestet

befehl mit Innen handlenn. Hiebei willen mir Ewr W. Got befeleñ.
Actum in der Hermanstadt am H. Pfingstag Im 1562. Jar.

Burgermaister Richter
vnnd der ganntze Radt
vonn der Hermanstadt.

Kivül: Prudentibus ac Circumspectis dominis, Judici Ceterisque
Ciuibus Ciuitatis Bistriciensis, Amicis Honorandis.

Eredetije zárt alakban **Besztercze város levéltárában.**

637.

II. János király megparancsolja az összes székely székeknek, hogy közzéjök teljes hatatommal küldött kapitányának Pekri Gábornak mindenben, a mit az ő nevében parancsol, engedelmeskedjenek. Kelt Gyula-Fehérvártt 1562. július 20-án.

Joannes Secundus dei gratia Electus Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris Egregijs et agilibus Judicibus nostris Regijs, Capitaneis, Primoribus, Potioribus, Primipilis et Vniuersitati Sicularum Sedium nostrarum Siculicalium Regni huius nostri Transylvanensis, Maros videlicet, Wdwarhelj, Chijkgijrgijo, Sepsij, Kizdij Orbaj et Aranijas Salutem et gratiam. Misimus In medium vestri fidelem nostrum **Egregium Gabrielem Pekry Capitaneum nostrum** cum certa manu militum nostrorum, atque plena autoritate et informatione. Fidelitatibus proinde vestris harum serie firmissime mandamus, quatinus prefatum Gabrielem Pekrij honorifice suscipere, ipsum audire, et in cunctis rebus et negotijs nomine nostro vobis Insinuandis obedientes eidem esse, et auxilium prestare debeatis et teneamini. Secus nullo modo facturum, presentibus perlectis Exhibenti restitutum. Datum Albae Juliae vigesima die Mensis Julij. Anno Domini Millesimo quingentesimo Sexagesimo Secundo.

Joannes Electus Rex m. p.

(P. H.)

Eredetije papiroson, nyilt alakban, a **gr. Teleki család maros-vásárhelyi levéltárában.** (Missilisek 196. csom.)

638.

II. János király az Udvarhely széki királybiróság felét, melyet addig Moré Gábor, Székelytámad vár várnagya birt, Pekry Gábor székely főkapitánynak adományozza. Kelt Gyula Fehérvártt 1562. oct. 12-én.

Nos Joannes Secundus Dei gratia Electus Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit vniuersis, quod nos ad plenum confisi de fide, integritate, et in rebus gerendis atque administrandis non minus aequitate, quam prudentia fidelis nostri Egregij **Gabrielis Pekrij Capitanei nostri**, eidem igitur **dimidium officij Judicatus Regij Sedis nostre Siculicalis Wduarhelij**, quod hactenus Egregius Gabriel More **Castellanus noui castris nostri Zekelthamad durante beneplacito nostro tenuit**, cum solitis prouentibus iustis et legitimis clementer **durante beneplacito nostro contulimus**, ita tamen vt ea que sui muneris sunt fideliter exequi debeat, imo conferimus presentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris vniuersis et singulis Egregijs Agilibus, potioribus, primoribus, primipilis ac vniuersitati Siculorum predictae Sedis nostre Wduarhelij harum serie committimus et mandamus firmiter, vt a modo deinceps prefatum Gabrielem Pekrij pro vero et legitimo Iudice Regio habere et recognoscere, Judicatu ipsius astare, ac in cunctis iustis et licitis officium suum spectantibus eidem obtemperare debeatis et teneamini Secus non facturi, presentibus perlectis Exhibenti restitutis. Datum Albe Julie duodecima die Mensis octobris, Anno Domini millesimo quingentesimo Sexagesimo Secundo.

Joannes Electus Rex m. p

(P. H.)

Eredetije papiroson, nyilt alakban, a gr. Teleki család m.-vásárhely. levéltárában. (Missilisek 196. csom.).

639.

II. János király Udvarhely és Keresztúr mezővárosok panaszára megparancsolja, hogy ezentúl azon városok lakosai az ő parancsa

nélkül senkinek lovakat, ökröket, szekereket szolgáltatni s mesterembereik senkinek fizetés nélkül dolgozni ne tartozzanak, az Udvarhelyen szállásoló katonák pedig a palgárokat, kiket saját házaikból kivertek, azokba bocsássák vissza. Kelt Gyula-Fehérvártt 1564. jun. 17-én.

Joannes Secundus dei gracia Electus Rex Hungarie, Dalmacie Croacie etc. fidelibus nostris vniuersis et singulis, Magnificis, Egregijs, Nobilibus, cuiusuis Status et condicionis hominibus, vbiuis in Regno nostro Transsylvanie existentibus et commorantibus, necnon **Militibus nostris in Oppido Wdwarhel constitutis**, presentes visuris Salutem et gratiam. Ex grauissimis querelis, fidelium Nostrorum Agilium et Circumspectorum Judicum et Juratorum ciuium et Inhabitorum **Oppidorum Nostrorum dicti Wdwarhel, et Kerezthwr**, non sine magna Animi nostri offensione intelleximus, qualiter essent plerique ex vobis, qui citra nostram commissionem aut mandatum aliquod, in Rebus vestris illic in Ascensu et descensu iter facientes, ad Subuectionem Vestri, ac Rerum Sarcinarumque vestrarum, Equos, Boues et currus ipsorum adimerent, nec Justam mercedem laborum Magistrorum. Artificum in medio eorum residencium persoluerent, et vos Milites nostri ipsos Supplicantes in Wdwarhel commorantes, vbi hospicia habetis, de eorum domibus excluderetis, ac Alijs multis Iniurijs, contumelijs, damnis et vituperijs afficeretis, ita vt quidam eorum de domibus suis excedere, et alio migrare coacti sint in preiudicium et damnum suum valde magnum. Vnde Supplicatum est Maiestati nostre pro parte et in personis Annotatorum Inhabitorum Oppidorum Nostrorum Wdwarhel et Kerezthwr, vt nos ipsis circa premissa de opportuno Juris remedio clementer prouidere, atque ipsos a premissis oneribus et grauaminibus sufferendis subleuare dignemur, quo ipsi ad obeundos labores et seruicia nostra magis Idonei esse et sufficere possent, Quorum humillima Supplicatione Regia benignitate exaudita, cum nos ipsos Inhabitatores nostros a premissis oneribus fauenter releuare velimus, id eisdem clementer Annuendum et concedendum duximus, vt ipsi a modo in posterum citra nostrum mandatum nemini ad subuectionem personarum, Rerum et Sarcinarum suarum, Equos Boues et currus dare, nec Artifices citra solutionem laborum suorum operas impendere tenean-

tur Prout Annuimus et concedimus presencium per vigorem. Quocirca fidelitatibus vestris harum serie firmiter mandamus, vt Acceptis presentibus a modo in posterum dictos Inhabitatores oppidorum nostrorum, Wdwarhel et Kerezthwr, ad Subministracionem Equorum Bouum et curruum, pro deducendis personis, Rebus, et Sarcinis vestris, necnon exhibicionem laborum et operarum aliquarum citra mercedem laborum fiendam cogere et compellere debeatis, et Vos Milites nostri hospites vestros, vti par est, et conuenit, in honore habeatis, et profugos ad domos eorum intromittatis. Secus sub poena grauissime Indignacionis nostre ne teceritis, presentibus perlectis Exhibenti restituti. Datum Albe Julie Sabato post festum Beatorum Viti et Modesti Martirum. Anno domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Quarto.

Joannes Electus Rex m. p.

(P. H.)

Michael Chyaki
Cancellarius m.p.

Eredetije pergamenen, az alája nyomott teljesen ép pecséttel, **Udvarhely város levéltárában.**

640.

II. János választott király megparancsolja Pekri Gábornak, a 6 székelly szék kapitányának s Három szék tisztségének, hogy a Sepsi, Kézdi és Orbai széki székelyeket az általa nekik engedélyezett s pontonként felsorolt jogokban és szabadságokban sérteni és háborgatni ne merjék. Kelt Gyula-Fehérvártt 1564. július 5-én.

Nos Johannes Secundus Dei gratia Electus Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit vniuersis. Quod cum in proximis comitijs partialibus fidelium nostrorum Dominorum Regnicolarum Hungarorum et Transsylvaniensum pro prima dominica post festum Sanctae et indiuiduae Trinitatis ex edicto nostro regio Thordae celebratis, nominibus et in personis fidelium nostrorum vniuersorum Judicum Juratorum Ciuium et inceptorum cunctarum possessionum Trium Sedium nostrarum Siculicalium Sepsi Kezdi et Orbai

graues querelae in eo ad nos perlatae fuissent, quod essent, plerique in eorum medio, qui nescitur qua temeritate ducti omnis generis victualia citra solutionem iustorum preciorum ipsis violenter adimerent, ac ipsos ad eorum priuata seruitia pro lubitu cogere, et compellerent, ac sub praetextu persecutionis malefactorum magno numero equitum in medio ipsorum condescenderent, ad quorum vsum magnum sumptum facere cogentur, et administratio quoque Iudiciorum eisdem Iudicibus et Juratis Civibus per Iudices nostros Regios interdicta esset, ita vt ipsi coloni in quauis leui causa ipsos Iudices nostros Regios requirere et ab illis iudicium recipere compellerentur, ad vltimum non daretur ipsis facultas in rebus ipsorum citra Capitanei scitum et consensum nostram Maiestatem requirendi aduandique et interpellandi, in preiudicium libertatis eorum dampnumque valde magnum, Vnde supplicatio fuerat Maiestati nostrae pro parte et in personis praefatorum inhabitatorum possessionum nostrarum Trium sedium Siculicalium, vt nos eosdem a praemissis oneribus et grauaminibus clementer leuare atque certum modum ipsis in praemissis praescribere dignemur. Nos itaque accepta praemissa supplicatione volentes publicae quieti dictorum colonorum et inhabitatorum possessionum Trium Sedium nostrarum praedictarum consulere, communicatis consilijs cum fidelibus Dominis Consiliarijs, praemissa omnia libuit his sequentibus modis et rationibus moderari. Primo cum indignum atque iniustum sit alienas facultates diripere et illis in iniuriam proximi saginari et victitare, nos vero militibus nostris iustum stipendium et, salarium exoluamus, decreuimus et constituimus, vt a modo in posterum nemo illorum et aliorum cuiusuis status et conditionis hominum victualia et quaslibet res dictorum Incolarum nostrorum, inuitis illis, nisi soluto prius iusto precio auferre audeat, Item nemini ipsi Coloni nostri nisi ad nostram Regiam rationem seruire cogantur. Caeterum quod Iudices nostri Regij et alij Inquisitores malefactorum quoties ad illos persequendos et puniendos in medio eorundem Incolarum venerint, propria pecunia sua et sine solutione ipsorum Incolarum vivant, ac malefactorum rebus et birsagijs contenti esse debeant, ipsi vero Coloni insontes nihil illis dare gratis teneantur. Praeterea vt Iudices singularum possessionum nostrarum vniuersas et quaslibet causas intra valorem duorum florenorum libere adiudicare debeant, quorum Ju-

dicio si quae partium contentari noluerit extunc ipsi vniuersas causas ad Sedem Judicariam earundem Trium Sedium in praesentiam-Judicum nostrorum Reginum et Assessorum transmittere teneantur. Postremo vt omnibus et singulis ipsorum Incolarum citra scitum et consensum et retardationem Capitanei nostri et aliorum quorumlibet liberum sit maiestatem nostram ratione quarumlibet rerum et negotiorum adire, atque interpellare. Prout decernimus et constituimus praesentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Egregijs **Nobilibus Gabrieli Pekrij Capitaneo sex Sedium nostrarum Siculicalium in Castris nostris (Zekeltamadt) et Varhegij constituto**, alijsque militibus nostris, Item Judicibus nostris Regijs, Assessoribus Senioribus Potioribus ac cuiusuis status et conditionis hominibus in dictis Tribus Sedibus nostris constitutis, praesentibus et futuris harum serie committimus et mandamus firmiter vt acceptis praesentibus a modo in posterum memoratos Incolas nostros dictarum Trium Sedium Siculicalium contra formam praemissae nostrae moderationis et constitutionis in praescriptis Articulis, in personis rebusque et bonis ipsorum quibusuis turbare, molestareque et damnificare nusquam et nequaquam praesumatis, nec sitis ausi modo aliquali, sed praesentem constitutionem et ordinationem nostram obseruare et per hos, quorum intererit, obseruari facere debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Albae Juliae quinta die mensis Julij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto.

Joannes Electus Rex.

Michael Chyaki Cancellarius.

I. Rákóczi György 1641-diki átiratából, melynek eredetije a gy. fehérvári káptalan levéltárából megvan **az orsz. levéltárban**. – A káptalan 1736-diki hiteles átirata megvan **Sepsi-Szentgyörgy levéltárában**. – Ezen oklevelet a gr. Kemény József gyűjteményében lévő másolat után, melyben a Pekri név hibásan van Petki-nek írva, közöltem **Székely Oklt. II. köt. 176 – 178. 1.**

641.

Uzoni Béldi Kelemen és társai mint királyi emberek jelentése II. János királyhoz, a Sepsi-Szentgyörgyön Daczó György részére tör-

tént beigtatás ügyében végrehajtott tanuvallomásról. Kelt Sepsí-Szentgyörgyön 1568. január 25-én.

Serenissime Princeps domine, domine nobis semper clementissime, Allate sunt Nobis litere vestre Serenissime Maiestatis preceptorie nobis sonantes Juxta quarum tenorem mox accessimus ad possessionem Zentgiorgi. Ibi que quos coram Nobis duxerunt Nominantes illos seorsim diligenter examinavimus

Item. Primus testis Albertus Pato de Zentgiorgi. Juratus et fassus est. Ezt valla hogi óth Daczó Geórgi hitta el, Nem Izente ó nekij sem biro sem sem (*igy*) hadnagy sem zek, Mw egij embert kwltwnk vala be Daczo Palne aszszonyomhoz az hazzhoz. Meli embernek newe Nekwnk ezwwnkbe nem Jut, kij azt monda hogij ó be Ment wolt az Daczo Palne aszszonyomnak twdomant tóth hogij Iktatni Mennek.

Secundus testis Mattheus Kijllijenij, de eadem Kijllijen Juratus et fassus est, En Mentem wala walamij dolgomerth Daczo Geórgijnij es talalam asz ó hazanal asz garadiczjon, es et hijwa vele asz malomhoz, hallom hogij Itattija vala De en nem Itattam Merth engem sem lewellel sem tórwenijel nem hijwt, engemet oda Itatnij.

Tercius testis Clemens Nagij de Zenthgiórgi Juratus fassus est, tudom hogy az forro órókkijnek fele mellijnek fele bernald ferenc rezze wala, aszt birija vala daczo Pal es nala zalagon wala.

Quartus testis Georgius Patakij de eadem Zentgiórgij Juratus et fassus est, ó twggija hogij asz bernald ferenc Rezze asz forro órrókijnek Daczo Palnal volt es birta.

Quintus testis Georgius warga de eadem Zentgiórgij, Juratus et fassus est, hogy ó twggija hogij hogij az bernalt ferenc Rezze zalagon wolt Daczo Palnal es birta, es hogy Daczo Georgij meg hazzaswlt asz utan foglalta el.

Sextus testis Stephanus bartus de eadem zentgörgi Juratus et fassus est, sicut secundus testis.

Septimus testis Juratus et fassus est Georgius Marc, de eadem Zentgijórgi, sicut secundus testis.

Octaus testis Emericus bende de eadem Zentgiórgij, Juratus et fassus est sicut secundus testis.

Nonus testis Jacobus Nagij de eadem Zentgijórgij Juratus et fassus est, sicut secundus testis.

Decimus testis Georgius elekes de Zemmaria Juratus et fassus est, Ezt valla hogij twggija hogij asz Mogijaro zeget Daczo Pal birta es mijnden egijeb óróksegetes.

Vndecimus testis Petrus oswat de eadem Zemmaria Juratus et fassus est, sicut decimus testis.

Duodecimus testis Laurencius varga de Zentgijorgij Juratus et fassus est, hogij asz bernald ferenc rezzet birta daczo Pal es hatalommal wztijk kij óth belólle.

Tredecimus testis Andreas elekes de Zent maria Juratus et fassus est sicut decimus testis.

Decimus quartus testis Nicolaus Zaz de Zent maria Juratus et fassus est sicut decimus testis.

15 testis belnaldus Kadar de Zent maria Juratus et fassus est sicut decimus testis.

16 testis Paulus lazar de Zentmaria Juratus et fassus est sicut decimus testis.

17 testis Nicolaus oswat de Zentmaria Juratus et fassus est sicut decimus testis.

18 testis stephanus kereztes de Zentmaria Juratus et fassus est sicut decimus testis.

19 testis Andreas Ince de eadem Zentmaria Juratus et fassus est, ezt walla hogij Jol twggij hogij Daczo Pal birta az Mogijoro zeget, asztes twggija mikor Bernald mate es ferenc Nekij atta, daczo Palnak.

20 testis barrabas bora de Zentmaria Ju(ratus) et fassus e(st sicut) Andreas Ince.

21 testis Tomas Hegijes de eadem Juratus et fassus est sicut 19. testis.

22 testis stephanus Ince de eadem Juratus et fassus est sicut 19.

23 testis Michael Konija de eadem Juratus et fassus est ezt valla hogij twggija hogij daczo Pal birta asz Mogijaro zeget es Daczo Gijorgij hatalomwal foglalta el.

24 testis Joannes demeter de eadem Juratus et fassus est sicut decimus testis.

25 Andreas barrabas de eadem Juratus et fassus est sicut decimus testis.

Et, posthec Nos seriem Nostre (e)xecucionis seu examinis, vti

fuerunt, fide Nostra christiana mediante Vestre Serenissime Maie-
stati Rescripsimus, Datum in oppido Zentgiörgij die conuersionis
Pauli apostoli Anno Dominj 1568,

Fideles Seruitores Vestre Serenissime Maie-
statis Clemens beldij de Wzon et Tomas Kal-
nakij de Kóróspatak, baldasar Janco de Kijllijen
Joannes Gerebh (de Zent)maria.

Kivül: Serenissimo Principi Domino Domino Joanni Secundo
Regi Electo Dej Gracia Hungariae, Dalmaciae, Crouaciae, etc. Domino
Nobis semper clementissimo.

Eredetije zárt alakban, 4 gyűrű pecséttel, **a székely Muzeumban.**

642.

*II. János király megparancsolja Telegdi Mihálynak, a hat székely
szék és Székelytámadt vára kapitányának, hogy Udvarhely mezővá-
ros lakosait, kiket a szentimrei, betlenfalvi és patakfalvi lakosok az
ő határaikban lévő erdők használatától eltiltottak, ezen erdők közös
használatában a régi szokás szerint s Izabella királyné engedélye
értelmében védelmezze. Kelt Gyula-Fehérvártt 1568. mart. 13-án.*

Joannes Secundus dei gracia Electus Rex Hungarie, Dalmatie,
Croatie etc. fideli nostro Egregio **Michaeli de Thelegd, Capitaneo
sex Sedium nostrarum Siculicalium ac prefecto castris nostri Zekel-
tamatt**, eiusque vices gerentibus, modernis et futuris, presentes vi-
suris. Salutem et gratiam. Ex grauibus querelis fidelium nostrorum
Judicis et Juratorum, ceterorumque ciuium et hospitem **oppidi nostri
Wdwarhel**, intelleximus vsum Syluarum intra metas possessionum
Zentimreh, Bethlenfalwa et **Patakfalwa** vocatarum in ipsa Sede
Wdwarhel existencium habitaram, qui ipsis Wdwarheliensibus ex
consuetudine antiqua et permissione Sacre quondam Reginalis Maie-
statis domine, matris nostre desideratissime, felicis memorie, cum
Incolis dictarum trium possessionum communis fuit, nunc per pre-
fatos ciues illarum possessionum ipsis exponentibus, interdictum et
prohibitum esse, in damnum eorum valde magnum. Supplicando
nobis humiliter, vt Nos vsum earum syluarum pro tenore litterarum
dicte Sacre Maiestatis Reginalis eisdem clementer admitti facere di-

gnaremur. Quorum supplicatione exaudita fidelitalibus vestris harum serie committimus et mandamus firmiter quatinus visis presentibus et premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus a modo in posterum, Syluas liberas intra metas prenominatarum possessionum existentes, quibus videlicet ijdem Supplicantes, antea ex antiqua consuetudine et permissione litteraria dicte olim Serenissime Reginalis Maiestatis, cum incolis trium possessionum communiter vsi sunt, eisdem vtudas libere permitti facere, et eosdem in iustis causis, Juribus et rebus eorum contra Incolas trium possessionum tueri, defendere, et protegere debeatis et teneamini. Secus nec feceritis presentibus perlectis exhibenti restituti. Date in ciuitate nostra Alba Julia decimo tercio die Mensis Marcij, Anno dominij Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Octauo.

Joannes Electus Rex m. p.

(P. H.)

Eredetiye papiroson, **Udvarhely város levéltárában.**

643.

II. János király megparancsolja Telegdi Mihálynak, a hat székely szék és Székely támadt vár kapitányának, hogy Udvarhely város lakosait, kik a vár körül sok terhet hozdoznak, a székely székekből a király számára szedetni szokott adózásoknak Segesvárnál tovább való szállítására többé ne kényszeritse. Kelt Gyula-Fehérvártt 1568. mart. 1-én.

Joannes Secundus dei gracia Electus Rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. fideli nostro Egregio **Michaeli de Thelegd, prefecto castris nostri Zekeltamatt ac Capitaneo Sex Sedium nostrarum Siculicalium**, moderno et futuris, presentes visuris. Salutem et gratiam. Quia nos ad humillimam supplicationem fidelium nostrorum Prudentum circumsectorum Judicis Juratorum ciuium ac vniuersorum Inhabitatorum **oppidi nostri Wdwarhel**, habentes etiam rationem diuersorum onerum, que ipsi circa arcem nostram predictam ferre coguntur, Id eisdem clementer annuendum duximus et concedendum, vt Contributiones nostras ex illis Sedibus per fideles Capitaneos nostros pro tempore constitutos exigi solitas vsque ciuitatem duntaxat Se-

geswariensem deduci facere debeant, Neque ad vltiorem illarum vectionem per Capitaneos nostros compelli possint, Quemadmodum Annuimus et concedimus presentium per vigorem. Quocirca fidelitibus vestris harum serie committimus et mandamus firmiter, quatinus visis presentibus a modo deinceps, ipsas Contributiones, per Juratos oppidi prefati, Segeswarinum vsque duntaxat deduci facere debeatis, Neque eos ad vltiorem illarum vectionem cogere et compellere presumatis. Nec secus feceritis. Presentibus perlectis exhibenti restituti. Date Albe Julie die decima Septima Mensis Marcij, Anno dominj Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octauo.

Joannes Electus Rex m. p.

(P.H.)

Eredetiye papiroson, **Udvarhely város levéltárában.**

644.

II. János király megparancsolja több Maros széki székelynek, hogy Kendei Gergelyt, kit lófőségéből nem régen bizonyos okokért a köz székelyek közzé soroztatott de most a hadjáratokban tett hű szolgálataiért ismét az igazi lófők közzé visszaigtatott, és Maros széken Kendőn, Markodfalván és Miházán lévő székely örökségeivel s az azokban netalán lappangó királyi joggal megadományozott, ezen örökségek birtokába igtassák be. Kelt Gyula-Fehérvártt 1570. jul. 4-én.

Joannes Secundus dei gracia electus Rex Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. fidelibus nostris Nobilibus Agilibus, francisco Balassij et Mathie Teoreok de Andrasfalwa, Stephano ac Balthasari Syklodij de Markod, petro Bwza et Joanni Denessij de Demienhaza ac Michaeli Kechijetij de Chijkfalwa Salutem et gratiam. Cum nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilimam Supplicationem nostre proptera factam Maiestati, Tum vero attentis et consideratis fidelitate et fidelibus seruitijs fidelis nostri Agilis Gregorij Kendeij de Kendeo, que ipse Sacre primum dicti Regni nostri Hungarie Corone ac deinde Maiestati nostre, varijs in locis, potissimum in expeditionibus nostris bellicis, constanter exhibuit et impendit, Eundem igitur Gregorium Kendeij iure quidem et libertate primipilari antea vt

dicitur vsum, verum non ita pridem certis de causis in numerum plebeorum Sicularum redactum, In cetum et numerum verorum Regni nostri Transsilvanie primipilorum de speciali gracia nostra et Regie potestatis nostre plenitudine ex nouo annumerandum aggregandum et eligendum duxerimus, Ita tamen vt idem heredesque sui vniuersi, equis loriceis galeis, clypeis hastis, frameis et alijs militaribus ornamentis bene instructi sint, et omnibus expeditionibus nostris bellicis nobis et Regno nostro instar reliquorum primipilorum inseruituri Interesse debeant, Immo annumerauerimus, elegerimus et aggregauerimus presentium per vigorem, Decernentes per expressum vt ipse suique heredes et posteritates vniuersi veri primipili habeantur et reputentur, omnibusque illis libertatibus et prerogatijs, quibus reliqui Regni nostri Transsilvanie primipili de Jure vtuntur et fruuntur, vti frui et gaudere possint atque valeant. Pro ampliori vero clementie nostre in ipsos exhibite testimonio, Totales et Integras porciones suas possessionarias ac hereditates Siculicales in possessionibus predicta Kendeo, Markodfalwa et Mijkhaza vocatis in sede nostra siculicali Maros existentibus habitas, quas videlicet ipse Gregorius Kendeij iuste et legitime possedisset, et nunc quoque iuste et legitime possideret, et in earum quieto et pacifico dominio persisteret, verum literas et literalia instrumenta superinde non haberet, Simul cum toto et omni Jure nostro Regio in eisdem porcionibus possessionarijs et hereditatibus siculicalibus qualitercunque habito et nostram Maiestatem ex quibuscunque causis, vijs, modis et rationibus concernente, ac pariter cum cunctis earundem e eiusdem vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet, terris videlicet arabilibus cultis et Incultis agris pratis pascuis, campis fenetis, Syluis, Nemoribus, montibus vallibus vineis vinearum promontorijs Aquis fluuijs piscinis, piscaturis, Aquarum decursibus Molendinis et eorum locis, Generaliter vero quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem et idem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus existentibus, memorato Gregorio Kendeij ipsiusque heredibus et posteritatibus vniuersis vigore aliarum literarum nostrarum superinde confectarum et emanatarum Saluo Jure alieno clementer in perpetuum dederimus donauerimus et contulerimus, velimusque eundem in dominium prescripti primi-

pilatus, necnon portionum possessionariarum ac hereditatum Siculicalium prenotatarum Jurisque nostri Regij in eisdem habiti per vos legitime superinde facere introduci, Super quo fidelitatibus vestris harum serie committimus et mandamus firmiter, quatinus acceptis presentibus statim simul vel duo vestrum sub oneribus in talibus alias obseruari solitis ad facies dictarum possessionum Kendeo Markodfalwa et Mijkhaza in dicta sede Maros habitarum, consequenterque portionum possessionariarum in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime conuocatis et presentibus accedendo Introducatibus prefatum Gregorium Kendeij in dominium dicti primipilatus necnon portionum possessionariarum ac hereditatum Siculicalium Jurisque nostri Regij in eisdem habiti, Statutisque easdem et idem eidem ipsiusque heredibus et posteritatibus vniuersis simul cum prescriptis primipilatu ac alijs cunctis suis vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet Jure ipsi ex premissis Incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint, euocetis eosdem ibidem ad decimum quintum diem a die huiusmodi contradictionis ipsorum fiende computandum In curiam nostram Regiam nostram scilicet in presentiam rationem superinde reddituros. Et post hec vos seriem huiusmodi Introductionis et Statutionis vestre cum Contradictorum et Euocatorum si qui fuerint vicinorumque et Commetaneorum qui premisse statutioni Intererint nominibus et cognominibus terminoque assignato. vt fuerit expediendum, Nobis terminum ad prescriptum fide vestra mediante referre vel rescribere debeatis et teneamini. Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum In ciuitate nostra Alba Julia Quarto die Mensis Julij Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo.

(P. H.)

Lecta.

Eredetije papiroson, a Deák Farkas irományai közt talált eredeti oklevelek közt.

645.

II. Miksa választott római császár és magyar király a rokonával néhai János magyar király fiával, János erdélyi fejedelemmel, követe

Kornyáti Békés Gáspár által kötött egyesség értelmében, maga és utódai részéről császári királyi szavával biztosítja a székelyek közönségét, hogy őket mostani fejedelmüknek tett hű szolgálataikért soha sem jószágaikban és jogaikban, sem személyükben nem fogják háborgatni. Kelt Prágában 1571. január 31-én.

Maximilianus secundus diuina fauente elementia, electus Romanorum Imperator Semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclauoniae etc. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Stiriae, Carinthiae, Carniolae et Wirtembergae etc. Comes Tijrolis etc. recognoscimus et notum facimus, tenore praesentium, quibus expedit, uniuersis. Quod cum iam inter nos, ex una, et nomine Serenissimi principis, Domini Joannis, Serenissimi olim Joannis, regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. filij, principis Transsilvaniae et partium Hungariae, consanguinej et Affinis nostri charissimj, per Dilectionis suae Supremum Cubicularium, Consiliarium et Oratorem Magnificum Casparum Bekes de kornijath, ad id pleno cum mandato et potestate missum altera ex parte, conuentum sit: Quod nos proprijs literis Dominos primores Summates, in genere autem Nobiles, ac alios Status et Ordines Transsilvaniae, et partium Hungariae, quas Serenissimus princeps possidet, nostro heredumque nostrorum nomine assecurabimus. Quod ob fidelia seruitia, ipsi Serenissimo Principi moderno praestita, eos non infestaturj, neque impediturj, neque iniurias nobis aut nostris forte illatas ullo unquam tempore ulturj, neque in bonis Juribusque possessionarijs, aut in personis ob id ipsum quoquo modo interturbaturj, atque hac de re literas nostras assecuatorias, ita ut Domini primores Summates singulj Suos proprias, et Nobiles, Status et Ordines in unoquoque Comitatu itidem suas obtineant, expediturj simus: Idcirco uolentes huic conditioni Satisfacere, ex certa nostra fcientia, animo bene deliberato, ac omni meliori modo et forma, quibus potuimus et debuimus, **Vniuersitatem Siculorum** in omnibus Comitatibus Transsylvaniae, pro nobis et haeredibus nostris assecrauimus et certificauimus, ac uigore praesentium assecuramus et certificamus. Promittentes sub fide et uerbo nostro Caesareo Regioque, pro nobis et Successoribus nostris, nos ob fidelia Seruitia per eandem Vniuersitatem Siculorum ipsi Serenissimo principi moderno praestita, eam

non infestaturos, neque iniurias nobis aut nostris forte illatas ullo unquam tempore ulturos, neque in bonis, Juribusque possessionarijs, aut in personis ob id ipsum quoquo modo interturbaturos esse. Harum testimonio literarum, manu nostra Subscriptorum et sigilli nostri appensione munitarum. Datum in arce nostra Regia Pragae, die ultima mensis Januarij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo. Regnorum nostrorum, Romani nono, Hungariae octavo, Bohemiae uero uigesimo secundo.

Maximilianus m. p.

Joannes Listhius, Episcopus
Vesprimiensis etc.

Eredetije a gr. Teleki cs. m. v. levéltárában (a lajstromzatlanok közt.)

646.

Báthori István erd. vajda parancsa Udvarhely szék közönségéhez, hogy az általa Udvarhely szék királybiráivá kinevezett Szentpáli Kornis Farkasnak és Derzsi Petki Mihálynak minden törvényes dologban engedelmeskedjenek. Kelt Gyula-Fejérvártt 1571. június 9-dikén.

Nos Stephanus Bathori de Somlijo Vaiuoda Transsylvanus et Siculorum Comes etc Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit Vniuersis. Quod nos confisi de fide integritate industria, et rerum gerendarum sufficienti peritia, Egregiorum Agilium, **Volphangi Kornijs de Zentpal**, et **Michaelis Petkij de Ders**, Quibus ipsos pollere propria etiam experientia cognouimus, Eisdem Igitur autoritate nostra publica qua fungimur, honorem **Judicatus Regij Sedis Siculicalis Wdwarhelij** plena cum autoritate durante beneplacito nostro dandum et conferendum duximus, prout damus et conferimus praesentium per vigorem. Ita tamen ut ijdem Volphangus Kornijs et Michael Petkij super officio ipso ac fide nobis obseruanda Juramentum praestare, litteras et commissiones nostras exequi, Contribuciones administrare, Vnumquemque in suis iuribus et libertatibus conseruare, ac ea omnia que sui muneris sunt fideliter et diligenter peragere debeant et teneantur. Quocirca vobis Vniuersis Egregijs Agilibus potioribus, primipilis et Toti Vniuersitati sedis Vdwarhelij, Harum serie committimus firmiter, quatenus a

modo deinceps tempus infra praemissum annotatos Volphangum kornijs, et Michaellem Petkij, pro vestris veris et legitimis Judicibus Regijs habere et recognoscere, Judicio eorum et vices ipsorum gerentium astare, atque in omnibus iustis et legitimis eisdem obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini. Secus nullo modo facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Ciuitate Alba Julia, Nona die Mensis Junij, Anno dominj Millesimo Qingentesimo Septuagesimo primo.

Stephanus Bathorij

de Somlijo m. p. (P. H.)

Eredetije papiroson, a gr. Lázár család levéltárában.

647.

Báthori István erdélyi vajda utasítása Udvarhely szék összeírására kiküldött biztosainak, Cseffei Jánosnak és Kornis Mihálynak. Kelt Gyula-Fejérvártn 1571. jun. 10.

Instructio super noua connumeratione Sedis Siculicalis Vdwarhel per Spectabilem Magnificum Dominum Stephanum Bathorij de Somlijo Vaiuodam Transsiluanum et Siculorum Comitem Egregijs Joanni Czijeffej et Michaelj Kornijs ad hanc rem Commissarijs data Albae Juliae, Anno Domini 1571. 10. Junij.

Elseo Hogij mijnden ember, valakinek hatt forijnt ereo Marhaija vagijon, labas barma, hazbeli marhajatul elvalwa, egy forintba ró-tassék.

2. Valaki egez nijlat el a falw keozeott, eottwen penzre fel adora rotassek, Ha penig fel nijlat el marhatlan, segechije az fele az teobbit.

3. Az falws biró soholt meg ne rotassek.

4. Az feo emberek vag' lo fejek zolgajj keozzeol az kijek zegeodwe es fizesertt zollalljak Vrokat, chijak azok kerewllijek el a rawast, De a kijweol, wag' zabadoswl wagj oltalomert, wagj egijebert, nem fizesertt zollalljak, azok meg rotassanak, kijt az rawok hijt zerént érchijenek meg.

5. Az drabontok neweis, valakijknek rawas bijrhato marhaijok vagijon, a registromba be Jrossanak, es meg legijen specificálwa,

hogij drabontok; De addig semmit ne exigalljanak rajtok, mig mas tanwsagok nem lezen. Azoknak is, a kiknek morhaijok annij ninchen hogij foryntra rottassanak, mind azaltal newek az Regestromba Irwa legijenek.

6. Kijzdi zekbe a Bereczkij vamnak Prouentusat hijt zerentt a Rawok meg ercheijek, es az wrnak ew Nagijsaganak Regestrom zerent be hozzak, hogij twggija mijtt chijeledgijek beleole.

7. Az zegenijek, kijk forijntra nem rotatnak, morhaijok zerent segechijek a forintra rottakath.

8. Az rawok ew Nagijsága sawawal mijnden falwnak, a hol ew felsegenek majorsaga volt, ereossen meg haggijak, hogij azt azon zorgalmatossaggal kar nekewl be takarijak, es az kijral bijrak rea gondolljanak.

9. Az chijkij ravók az hamoron való kez vasal, zokot arra zerentt el aggiják, es azt az banija zokott mije el kezdesere fordechijak az elebbi fíjzetés zerént, Zewch Tamas keze által, kijre ew tarchijon zamott, howa keel.

10. Az mijnémeo feold foglалasok estek, kijket a varhoz bijrnak, lassak meg, ha a varhoz el lehetnek nala nekwl; egijeb teorwentelensegeketh is, kijt vijobban zerzettek volna keozteok, mijnt teorwen kijweol valo bijrságokat es egijebeket meg ertwen, ew Nagijsaganak twttára adgijak.

11. Az kijnkeo banijat meg lassak, es az elebbi mod zerentt az mijwet el kezdiyek; melij dologba ha walamij oly kesseg nijomorwsagatt latnak, engem Informáljanak Vgijan ezen rawo az wij zamlalas zerentt mindijartt zeggije az adott, hogij az vegezett Zent Margijtt azzon napiara be zolgaltathassak.

12. Az few nepeket Inchijek, hogij a zegenij keosseg keozt walamij méltatlan dolgot es zokatlan zolgaltatast ne chijeledgijenek, kijbeol panaz Jewijen.

13. Az kijknek Vrwnk Jozagott donalt, lassak aztis meg, menni feldeket foglalta el az donatarius, es mijnt tartija az zegen nepet etc.

14. Az so aknat az elebbi kamara espan mij moddal atta kezhez, es mijchijoda Inuentariomott hagijott ott, lassa meg a rawo.

15. Az mel falwkba kijralnak barmai voltanak, mijnt barom, jwh, dijnó, és akarmi néwel walok, el ne tekozoltassek, se el ne

ozlassek; ha eddig valamennij el ozlott volna ennek, azokatt az rawok meg lassak es eozve gyeuijchek az kijrálbirákkal egyyetembe, es az kiralbijrak hozza latassanak azon heleken, a hol ennek elotte voltak, mijg wrunk mas parancholattijat nem aggija nekijk; az ravók zamatt irwa hozzak ew Nagijsaganak.

Stephanus Bathorij de Somlyo m. p.

(P. H.)

Eredetije a **gr. Teleki család m. vásárhelyi levéltárában**. Mult századi másolata az **erd. Muzeum kéziratárában** (az egykor Benkő József birtokában volt „Miscellanea Historica et Diplomatica” cz. kötetben.).

648.

Báthori István erd. vajda meghagyja Kornis Farkas és Petki Mihály Udvarhely széki királybiróknak, hogy a vetések megóriztatására, melyeket a főnépek, a lófók és a község barmaikkal etetnek és károsítanak, viseljenek gondot. Kelt Gyula-Fejérvártt 1571. junius 10-dikén.

Egregij domini, fratres Nobis dilecti Salutem et fauorem. Nagij bernald, Swkeoij, Mijhal georg, vgijan onnat, Lukachij Jacab farczadij, Erdeos Balas dallijaij, Aggijak ertenwnk hogij, Az mijnemeo Vetes Buza, Zab kender es egijeb Maijorsag, a mezeon vagyon, kijnek gongija vijseslere hijtesek voltak, Most e valtozasba, Mijnd feo nep lo feo mijnd keosseg, Barmawal etetne Nijomottatna karossijtana, Azért kerem Kegijelmeteket, Mijwel hogij ez Immar teöbbijre kez Marha, kegijelmeteknek legijen gongija a meg eorzetesere hogy el ne vezzen, Barom mija, Kegijelmetek vgyau ezenekkel eoreoztesse meg, es a be takarasarijs vijseltessen gondot, de ez lewel e meg mondot zemelijeknek vagij Rawastol vagij egijebteol valo mentsegekre ne lehessen ez meg Irott dolog kijweol. Date Albe Julie die 10. Junij Anno dominj. 1571.

Stephanus Bathorj

de Somlyo m. pr.

Kivül: Egregijs dominis Volfango Kornijs et Michaeli Petkij, Judicibus Regijs Sedis Siculicalis Vduarhelij, Nobis dilectis.

Eredetije papiroson, az **erd. Muzeumban** (Mike Sándor gyüjt.)

632.

Báthori István erdélyi vajda, II. János király Székely-Vásárhelyen 1571. febr. 17-dikén kelt ítéletlevelének értelmében megparancsolja több Maros széki előkelő birtokosnak, hogy a Vajda István felperes és a néhai Vajai Vári Péter deák gyermekei mint alperesek közt per tárgyát képező Maros széki Vecse eszéke nevű erdő ügyében tartssanak tanúvallatást. Kelt Gyula-Fejérvártt 1571. jun. 10-dikén.

Stephanus Batho(ry) de Somlyo Waijwoda Transsylvanus et Siculorum Comes etc. Egregijs et Agilibus Blasio Zekel de Somosd Wolphgango Barrabasy de Nyaradthew alteri Wolphgango Petheo de Chijttzenthijwan, Nicolao Chyany, francisco Zekel, Paulo literato warady, Paulo Nijwijthody de Andrasfalwa, Nicolao Glesan de Geges, francisco Lazar de Zenthanna, Emerico similiter Lazar de Galakwtha, francisco Balassy de dicta Andrasfalwa, Georgio Kathay de Zenthororonthas, Joanni Georgenij, Mathie Sewkeosd de kysgeorgenij, Benedicto Kwn de Kaal et Joanni Bechykerekij, salutem et fauorem. Noueritis Quod Agilis Caspar Hetheij nominibus et in personis Nobilium puerorum, Petri et, Andree filiorum Egregij quondam Petri literati wary de waya, nostram veniens in presenciam, exhibuit Nobis quasdam literas Adiudicatorias Serenissimi quondam principis domini et domini nostri clementissimi defuncti Sancte memorie (in) oppido Zekelwasarhel, feria sexta proxima post festum Beati Valentini Martiris in termino videlicet (celebraci)onis Judiciorum octauae diei festi Epiphaniarum domini proxime preteriti, pro parte dictorum (puerorum) Petri et Andree, vt in causam attractorum, contra Egregium Stephanum Wayda velut (Actorem) emanatas, modum et formam cuiusdam Attestacionis in se continentes, vobis in
. fes(ti) Sacratissimi corporis Christi nunc venturi, et alijs duobus vel tribus ntibus, ad id aptis et sufficientibus, sub oneribus alias in talibus obseruari solitis (simul ve)l duo vestrum ad faciem sijlue litigiose **weche Ezeke in Sede Siculicali Maros** existentis adire
Ibique vniuersos testes per dictas partes coram vobis nominandos, sub oneribus singularum se(decim Mar)carum grauis ponderis, super eos sin a dicenda veritate rei quouismodo sese abstraherent'

et (test)imonium veritati perhibere recusauerint, per eos quorum interest immediate et Irremissibiliter e(xi)gendarum, vestri in presenciam conuocare, eisdemque ad fidem eorum deo debitam fidelitatemque Ipsi domino nostro Regi obseruandam, Super articulis probacionum eisdem literis insertis meram, plenam atque omnimodam certitudinis veritatem rescire, Et tandem vos seriem huiusmodi rescite veritatis, vt fuerit expediens, ad decimumquintum diem vltimi diei Ipsius Attestacionis, Eidem domino Regi fide vestra mediante referre vel rescribere deberetis, prout hec omnia in dictis literis sue Maiestatis cum presentibus vobis exhibendis, clarius continentur. Quibus exhibitis et presentatis, Requisites sumus pro parte et in personis Annotatorum puerorum Petri et Andree summa cum Instancia, vt nos celebracionem prescripte Attestacionis, in t(erm)ino ei in dictis literis Regijs prefixo per vos exequi facere vellemus. Quorum postulacione ta(mquam ius)ta et legitima exaudita et admissa, hortamur vos et nihilominus Authoritate nostra qua p fungimur, vobis committimus, vt acceptis presentibus die et termino in prenotato, sub consuetis o(neribus) . . . (ad fac)iem prescripte Sijlwe litigiose accedere, Ibiq(ue) omnia et singula in dictis literis Adiud(icatorijs) torijs Regijs contenta, suo modo exequi et peragere, Nobisque tandem seriem exequu(cionis) vt fuerit expediens, fide vestra mediante, referre et rescribere debeatis et teneamini. Se(cus ne fe)ceritis, presentibus perlectis exhibenti restituti, Date Albe Julie decimo die mensis Jun. Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

(P.H.)

Eredetije papiroson, mely több helyen elrongyollott, az **erd. Muzeum kéziratárában (b. Orbán Balázs adományából.)**.

650.

A csiki, gyergyai és kászoni székely község Báthori István erdélyi vajda biztosa Losonczy Bánfi Pál előtt kötelezi magát, hogy a vashámorhoz évenként három hetet, a fejedelmi jószág termésének betakarítására pedig egy hetet szolgál. Kelt Udvarhelyt 1571. július 25-dikén.

Mij Chijk Gijrgijo, et Cazon Zekbeilj keossijgh, (min)den falwbol az Byro harmad magawal eskewttekwel, mijkor az mij kegyelmes wrunknak az Nagysagos es Thekijntetes Somlijaj Bathorij Istwannak, Erdelij vaijdanak es Zekelyek Ispannijanak paranchijolattijabol Zenth Jacab napijara eozwe gijewijetthewnk wolna, az ew kijwalképpen walo erre bochyattatoth few Emberijnek Losonchij Banffij Palnak eleijbe, Mijkor az mij kegyelmes wrunk az mij keonijeorgijsewnkre mijden kegijelmessigijth mij hozzank megh mw-tattha wolna es terhewnknek nagijwb rijzijth rwillunk el weotthe wolna, teottewnk zabad akaratwnk zerijnth ilijen keotijsth, hogh mijnden eztendeoben három hetigh zolgalwnk az was hamorhoz, es annelkewl mijden majjorsaganak be takartatasara egh hetigh zolgalwnk. Kijnek Bijzonsagara atthwk ez mij Jegzijsewnketh, hogh Banffij Pal wram vrunknak ew Nagysaganak be mwtassa. Keolth Wdwarhelth, Zenth Jacab napijan, Anno domini Millesimo. Quingentesimo septuagesimo primo.

(P. H.) (P. H.) (P. H.) (P. H)

Eredetije a gy. fehérvári káptalan levéltárából **az országos levéltárban.**

651.

Az udvarhely széki köz székelység Báthori István vajda biztosa Losonczi Bánfi Pál előtt kötelezi magát, hogy évenként három hétig szolgál a vár építésére, vet 400 köböl öszi s ugyanannyi tavaszi vetést, az irtványokat megkaszálja és betakarítja, ad a várhoz 200 szekér szénát és hord ezer szekér fát. Kelt Udvarhelyt 1571. július 27-dikén.

Mij Wdwarhel Zekij keossegh mijden falwbol az Bijro harmad magawal eskeöttekkel mijkor az mij kegyelmes wronknak az nadsagos es Thekynteteös Somlijaj Bathorij Istwannak Erdelij waijdanak es Zekelek Ispannijanak parancholatthijabol Zenth Jacab nap wthan walo pentekre eözwe geijetteönk wolna az ew kijwaltkeppen walo ezre bochattatot few embeörenek Losonczij Banffij Palnak eleijben, mijkor az mij kegyelmes wronk az mij keönijeörgesenkre mijnden kegyelmesseget mij hozzank megh mw-tattha wolna es ter-

hwnknek nagijob rezet rolwnk et wette wolna, mij es zabad akarathwnk zeorijnth tetthwnk illyen keothijst, hogij mijnden eztendoben három hetijgh zolgalwnk az wdwarhelij warnak epetesere mijnden zeomelij ereijewel es eözzy wetesth wethwnk negij zaz keöbleöth, azonkeppen thawaz wetesth negij zazat. az irthrowanijokat megh kazalijok es be thakarijtijok, az feolet mijnd egez Wdwarhelzekwl keth zaz zeker zenat zerzwnk az warhoz es ezer zeker fath hordwnk. Kijnek bijzonsagara atthwk az mij peöchetes jedzeswnket, hogij Banffij Wram Wronknak ew Nadsaganak bemwtassa. Keolth Wdwarhell Zenth Jakab nap wthan walo penteken. Anno 1571.

(P. H.)(P. H.) (P. H.) (P. H)

Eredetije a gy. fehérvári káptalan levéltárából, **az országos levéltárban.**

652.

Báthori István erd. vajda megerősíti Kászon székeknek Zsigmond, Mátyás, II. Ulászló és II. János királyoktól nyert szabadalmait, hogy magoknak hadnagyot és bírót választhassanak, széket tarthassanak, s ezen székről a perek ne valamely más székely székre, hanem egyenesen az ő udvarába vitessenek fel. Kelt Gyula-Fejérvártt 1571. aug. 18.

Nos Stephanus Bathori de Somllyo, Vajvoda Transsilvaniae et Siculorum Comes etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, Quod Agiles **Stephanus Gaspar de Imper** et **Franciscus Bernald de Felseofalu, Siculi in Sede Kászon vocata commorantes**, nostram venientes in praesentiam, ipsorum ac aliorum universorum Siculorum ad dictam Sedem Kaszon vocatam pertinentium nominibus et in personis significari nobis curaverunt, eam ipsos ab antiquo ex indulgentia et annuentia Sacratissimi quondam Principis Domini Sigismundi Imperatoris Romanorum, deinde Serenissimi Principis Domini Mathiae Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Regum foelicis memoriae, habuisse libertatis praerogativam, ut ipsi Siculi Sedis Kaszon per se inter ipsos belli ductorem et Judicem eligere et sedem habere possent et valerent; quam quidem libertatis eorum praerogativam per Serenis-

simos quondam Principes, Dominum Ladislaum, deinde Johannem Secundum Electum Hungariae etc. Reges confirmatam haberent, per eundem Serenissimum Principem Johannem Secundum in eo augmentatam, ut causae universae in eadem Sede Kászon vertentes ad apellationem litigantium seu interrogationem, inde non quocumque in alias Sedes, sed tantum in Curiam Maiestatis Suae deducerentur, exhibentes et repraesentantes nobis in specie eiusdem Serenissimi Johannis Secundi litteras confirmationales superinde confectas, continentes in se confirmatorie tenorem litterarum confirmationalium praefati Uladislai Regis, quibus mediantibus idem Uladislaus Rex litteras dicti quondam Mathiae Regis super praemissa libertatis praerogativa confectas confirmasse dinoscebatur, requisiveruntque iidem praedicti Siculi debita cum instantia petentes, ut nos ipsos et universos Siculos dictae Sedis Kaszon in praemissa eorum libertate conservare, ac in eisdem annuere et concedere vellemus, ut quemadmodum hactenus ita deinceps quoque semper libere per se belli ductorem et Judicem eligere et. Sedem habere inter eos possent ac valerent, et ut iuxta annuentiam dicti Serenissimi Principis Johannis Secundi in litteris praedictis ejusdem confirmationalibus expressam universae causae, ad apellationem litigantium seu interrogationem, ex eadem Sede Kaszon, non quoeunque in alias Sedes, sed tantum in curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam devolverentur. Nolentes autem nos ipsos Siculos Sedis Kaszon in eorum praemissa libertate, in cuius usu hactenus fuerunt, quovis modo impedire molestareque, petitioneque eorundem Siculorum faventer admissa, id eisdem Siculis universis in Sede praedicta Kaszon commorantibus de mera et plena autoritate nostra, qua publice fungimur, annuimus et concessimus, ut ipsi praemissa eorum libertate, in cuius usu ut praemissum est hactenus fuerunt, uti et gaudere, belli ductoremque et Judicem iuxta contenta litterarum priuilegialium praescriptarum per se inter ipsos eligere, ae etiam sedem habere possint, et ut iuxta annuentiam dicti Serenissimi Electi Regis universae causae, ad apellationem litigantium seu interrogationem, non quocumque in alias Sedes Siculicales, sed tantum in curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam deducantur, prout iuxta eorundem libertates annuimus et concedimus praesentium per vigorem. Quocirca vos Agiles Judices, Belli ductores, Primores, Primpilos ac

universitatem Siculorum Sedium Siculicalium signanter Sedis Chik hortamur, et nihilominus autoritate nostra committimus quoque firmiter, quatenus praefatos Siculos Sedis Kaszon, praemissis eorum libertatibus in eligendo per se inter eos belli cuctore, Judice, et sede habenda, necnon in deducendis per apellationem causis de Sede Kaszon nostram in praesentiam, quatenus quidem in usu eiusdem libertatis fuerunt, deinceps quoque uti, frui et gaudere permittatis, neque in illis eos turbare molestare et impedire audeatis. Secus non facturi, praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albae Juliae, decima octava mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

Stephanus Bathori de Somlyo.

Franciscus Forgach Cancellarius.

Ezen kiváltságlevelet átírta Báthori Gábor 1613. jul. 20., ezt ismét átírta Bethlen Gábor 1626. aug. 20. Ez utóbbi átirat eredetiben megvan a gyula-fejérvári káptalan levéltárából **az orsz. levéltárban**. – A káptalan 1769-diki hiteles átirata, a m. vásárhelyi kir. tábla 1772-diki átiratában, megvan **az erd. Muzeum kéziratárában (Jos. Com. Kemény, Code Transsumtorum. Tom. XIII.)**.

653.

Báthori István erdélyi vajda Szentkirályi András Péter kérelmére átírja II. János királynak Székely-Vásárhelyen 1571. feb. 11. kelt parancsát, melyben a csiki főtiszteknek meghagyja, hogy az András Péter ügyében tanuskodni vonakodott Tamás Mihály, Beke Jeromos, Lukács Tamás és Benedek Péter csiki székelyeken vegyen föl 16–16 nehéz márka birságot s őket ez ügyben újabb tanuvallásra kényszeritse. Kelt Gyula-Fejérvártt 1571. augustus 21-dikén.

Stephanus Bathory de Somlio, wayuoda Transsylvanus et Siculorum Comes etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit vniuersis. Quod **Egregius Agilis petrus Andrassy de Zentkijralj** exhibuit nobis et presentauit quasdam literas executionales Serenissimi principis quondam domini Joannis Secundi dei gratia Electi Regis Hungarie, Dalmatie, Croatiae etc. pie memorie super non attestacione Nobilium et. Agilium Michaelis

Thamas, Jeronimi Beke, Thome Lwkacz ac petri Benedek in sede Siculicali chijk commorantium, sub Sigillo eiusdem Judiciali emanatas, tenoris infrascripti, postulando a nobis debita cum instancia, vt nos easdem literas executionales onerum in transumpto literarum nostrarum sub Sigillo nostro Jurium prefati petri Andrassy vberiorum ad cautelam extradare et emannari facere dignaremur. Quarum tenor is est. Joannes Secundus dei gratia Electus Rex Hungarie Dalmatie Croatie etc. fidelibus nostris Egregijs et Nobilibus Capitaneis, Judicibusque nostris Regijs Sedis nostre Siculicalis chijk, Salutem et gratiam. Exponitur Maiestati nostre in persona fidelis nostri Egregij et Agilis petri Andrassy de Zentkijralij, Quod licet nos mensibus superioribus, mediantibus alijs literis nostris compulsorijs, vniuersis et singulis Egregijs et Agilibus Nobilibus pariter et ignobilibus bone scilicet et honeste fame ac conditionis vtriusque sexus hominibus vbiuis in hoc Regno nostro Transsylvanie existentibus et commorantibus, in eo mandauerimus, vt ipsi dum et quancumque cum presentibus Requirerentur vel quilibet eorum Requireretur, statim sub oneribus singularum sedecim marcarum grauis ponderis ad diem et locum per ipsum exponentem eisdem preligendum in presentiam fidelium nostrorum Egregiorum et Agilium Pauli Antal, Michaelis Kowach, pauli literati, Michaelis Chijko, Benedicti peter, ac Emerici literati inter alios Nobiles in eisdem literis nostris compulsorijs nominatim conscriptorum accedere, ibique ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis obseruandam fateri et attestari deberent, Tamen Nobiles et Agiles Michael Thamps, Jeronimus Beke, Thomas lukach, ac petrus Benedek, in dicta Sede nostra siculicali Chijk existentes et commorantes, cum eisdem literis nostris compulsorijs requisiti veritati testimonium perhibere recusassent, In preiudicium et damnum eiusdem exponentis manifestum, Et hoc exhibitione pretactarum literarum nostrarum compulsoriarum, ac prefatorum hominum nostrorum Regionum superinde rescriptionalium in persona dicti exponentis coram nobis verificatum est. Supplicatum itaque extitit maiestati nostre pro parte dicti exponentis, vt nos eidem circa premissa de opportuno Juris. remedio clementer prouidere dignaremur, Et quia Juxta legem et consuetudinem huius Regni nostri prefati Michael Thamas, Jeronimus Beke, Thomas lukach ac petrus Benedek in testimonium citati sese in singulis sedecim mar-

cis grauis ponderis in duabus nobis in tercia vero partibus dicto exponenti prouenientibus, conuinci et aggruari permisisse, ex premissis literis rescriptionalibus dinoscebatur manifeste. Pro eo fidelitati vestre harum serie mandamus firmiter, Quatinus acceptis presentibus, statim simul vel duo vestrum ad facies hereditatum siculicalium prefatorum Michaelis Thamas, Jeronimi Beke, Thome lukach, ac petri benedek, vbiuis et in quibuscumque sedibus nostris Siculicalibus existentibus habitarum, ibique primo de rebus ipsorum mobilibus si que reperiri poterunt Illis autem non repertis de eisdem hereditatibus ipsorum Siculicalibus ipsos solos proprie et precise Concernentibus, super prescriptis singulis sedecim marcis grauis ponderis In duabus nobis, in tercia vero partibus annotato exponenti prouenientibus, plenariam atque omnimodam satisfactionem impendere, Et Nihilominus eosdem ad perhibendum super coram interrogandis veritati testimonium, sub onere duppli cogere et compellere, Et tandem seriem premissonim nobis fide vestra mediante rescribere debeatis et teneamini. Secus ne faceritis, presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in oppido nostro Zekelwasarhelij feria Secunda proxima post festum Beati Blasij Episcopi. Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo. Quas nos de verbo ad verbum sine diminutione et augmento variacioneque aliquali presentibus transcribi et transummi facientes memorato petro Andrassij Jurium suorum vberiore ad cautelam extradandas et concedendas duximus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Albe Julie die vigesima prima mensis Augusti. Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

(P. H.)

Eredetije papiroson az orsz. levéltárban.

654.

Báthori István erd. vajda megparancsolja Daczó György várhegyi kapitánynak és három előkelő csiki székelynek, hogy Szentkirályi András Márton és Péter részére, kik Szentsimoni Kovács Márton, Márton Mihály és Beke Jeromos ellen folytatott perökben az elhalt király törvényszéke előtt ugy egyeztek ki, hogy ellenfeleik nekik bizo-

nyos határidőre 116 forintot fizessenek, miután ezen határidő elmulta után sem történt meg a fizetés, ezen 116 forintra nézve a jóállókkal, Csatószegi Imre Péterrel, Kozmási Potyó Péterrel, Szentimoni Illyés Ambrussal és Szentimrei Benedek Péterrel tétessenek eleget. Kelt Gyula-Fejérvártt 1571. aug. 23-dikán.

Stephanus Bathory de Somlijo Wayvoda Transylvaniae et Siculorum Comes etc. Egregijs **Georgio Daczo praefecto arcis Warhegy, Joanni Lazar de Cziczo Thomae Salomon de Tapolcha, et Anthonio hadnagy de Szentimre**, Salutem et fauorem. Exponitur nobis in personis Egregiorum Agilium **Martini** et **Petri Andrassy de Szentkijral** Qualiter superioribus diebus inter ipsos exponentes ab vna ac Agiles Martinum Kouacz, Michaellem Marton et Jeronimum Beke de Szent Simon parte ab alia, ratione certorum negociorum vobis bene cognitorum In sede Judiciaria Sacrae defunctae Regiae Maiestatis etc. quaedam causa mota fuisset et agitata. Sed tandem postposito legitimo Juris processu ad talem pacis et concordie deuenissent vnionem, vobis tanquam arbitris pari consensu ad id habitis, quod videlicet ad certum terminum Idem Martinus Kouacz, Michael Marton, et Jeronimus Beke, eisdem exponentibus ratione praemisse acquisitionis eorum, florenos Centum et, sedecim dare deberent, et de coetero ab eorundem acquisitione quieti et immunes existerent, fideiussores pro ipsis se se interponentibus Agilibus **Petro Imre de cijatozeg, Petro Potijo de Cozmas, Ambrosio iliijes de Szentsimon et Petro Benedek de Szent Imre**, Ita vt si termino in praemisso dictam summam ipsis Egregijs Agilibus Martino et Petro Andrassij de Szentkijral soluere negligenter, de rebus et bonis eorundem fideiussorum, vos arbitri tanquam ex sententia finaliter deliberata praefatis exponentibus de praefata summa In duplo satisfactionem Impendi facere deberetis, provt clarius in literis compositionalibus ipsorum haberentur, qui licet terminus solutioni praefixus dudum praetenerit, In hunc usque diem tamen soluere mimine curassent. Vellent itaque ijdem exponentes, Juxta praemissam concordiam et compositionem de praedictis Centum et sedecim florenis, ex parte dictorum fideiussorum medio vestri satisfactionem habere, Jure requirente. Hortamur igitur vos et nihilominus Authoritate nostra qua publice fungimur, serio committimus, quatinus acceptis prae-

sentibus, et rebus sic vt praefertur stantibus et se habentibus Annotatis exponentibus. Juxta literas Compositionales et obligatorias dictorum Petri Imre, alterius Petri potijo, Ambrosij Illijes et Petri Benedek fide Jussorum, super praescriptis Centum et sedecim florenis simul vel duo vestrura, nisi legitimum aliquod obsistat Impedimentum, plenariam satisfactionem Impendere modis omnibus debeatis

et teneamini. Secus non facturi praesentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Albae Juliae die Vigesima tertia Augusti. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

Stephanus Bathory
de Somlijo m.p.

(P. H.)

Franciscus Forgach
de Gimes m.p.

Eredetije az országos levéltárban.

655.

Báthori István erdélyi vajda a Kozmási Becz Pál Csik; Gyergyó és Kászon széki királybíró és Szentkirályi András Péter közt fenforgó hatalmaskodási és kártételi perekben a felek kívánságára 8 választott bírót nevez ki, kik Tordán még azon nap összeülvén a feleket kiegyeztették, oly föltétellel, hogy az egyességet meg nem tartó fél azonnal 300 arany forint birságban marasztaltassék el. Kelt Tordán 1571. october 28-dikán.

Nos Stephanus Bathory de Somlijo Waywoda Transylvanus et Sicularum Comes etc. Memorie commendamus per presentes, Quod Egregij Agiles **Paulus Becz de Kozmas, Judex Regius Sedium Siculicalium Chlijk, gijrgio, et Kaszon** ab vna, Ac **Petrus Andrassy de Zentkijrall**, partibus ab alia, coram nobis personaliter constituti, confessi sunt sponte, et Retulerunt nobis in hunc modum. Quod quamuis hactenus partes inter easdem, ratione et praetextu diuersorum actuum potenciariorum, iniuriarumque et damnorum illationum, per ipsas partes, contra Alterutrum, diuersis vicibus et temporibus qualitercumque illatorum et commissorum, variae lites et, differentiae, contentionumque materiae ortae fuerint et suscitatae, ta-

men partes Ipsae, mutuae concordiae et fraternae dilectioni consu-
lere volentes, causas eorum praemissas Judiciariae deliberationi octo
proborum virorum et nobilium personarum per nos ad id deligen-
dorum submittere vellent, eo modo, vt quicquid octo probi illi et
nobiles viri, in causis et differentijs eorum praenotatis decernerent,
concluderentque, ac deliberarent, ea omnia ambae partes pro rato
grato et firmo haberent, atque inuiolabiter obseruarent, Casu vero
quo aliqua partium praedictarum huiusmodi Judiciariam deliberatio-
nem praefatorum octo proborum virorum et nobilium personarum,
in toto vel in parte non obseruaret, vel obseruare non curaret
quouis modo, Extunc talis pars, praemissa non obseruans, contra
partem alteram in praemissis persistentem, in trecentis florenis au-
reis conuinceretur, et conuicta haberetur eo facto; Nos itaque
iuxta vtriusque partis postulata, octo probos viros, Et nobiles per-
sonas, Puta Egregios Georgium Bamffij de nagyfalw, consiliarium
ac Supremum capitaneum aulae nostrae familiarem, Melcliorem Mar-
gai, Magistrum Curiae nostrae, Joannem geczij, Paulum Kapitan,
Michaelem Racz, Petrum Saffarijth, Valentinum Kalnoky de Keoreos-
pataka et Wolphangum Lazar delegimus, qui Juxta commissionem
nostram vigesimo octauo die mensis Octobris hic in oppido Thorda
in vnum congregati, praescriptas vniuersas lites et differentias, con-
tentionumque materias modo praemisso hactenus inter easdem par-
tes ortas sedarunt et sopierunt ea ratione, quod si qua partium
praedictarum ratione praemissorum actuum potenciariorum iniuria-
rumque et damnorum Illationum, contra alterutrum in posterum
aperte vel etiam clanculum aliquid moliri intenderet, Extunc talis
pars in praescriptis trecentis florenis aureis conuinceretur eo facto;
verum si aut Ratione Jurium possessionariorum, haereditatumque
aut vero metarum Reambulationum, vel aliorum quorumlibet nego-
ciorum litigiosorum, in futurum quoquomodo Emergendorum, aliqua
inter eas contentio suboriretur, Id Juxta Juris processum intentare
et prosequi debeant. Ad quae praemissa, et praemissorum Singula,
praelibatae ambae partes spontanea sese obligassent voluntate, In
cuius rei testimonium firmitus, Eaedem partes delegissent duos viros
honestos, et nobiles personas, videlicet praenominatos Valentinum
Kalnoky et Wolphangum Lazar, vt si qua partium in praemissis,
vt dictum est, persistere nollet, Extunc ijdem Solum vigore aliarum

literarum nostrarum praeceptoriarum superinde confectarum, eisdemque sonantium, super praescriptis trecentis florenis aureis, de bonis et Juribus possessionarijs eiuscemodi partis conuictae plenariam habeant Satisfactionem impendendi potestatis facultatem, Contradictione, Inhibitione, Repulsione, prorogationibusque non obstantibus Jmo obligarunt et delegerunt coram nobis vigore et testimonio harum nostrarum literarum Mediante. Datum in praescripto oppido Thorda, praetacto vigesimo octavo die mensis Octobris Anno domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo primo.

Stephanus Bathory
de Somlijo m. p.

(P. H.)

Eredetije az orsz. levéltárban.